EPISTOLAE

IOANNIS PHIL. ROOTHAAN

SOCIETATIS IESU PRAEPOSITI GENERALIS XXI

VOLUMEN SECUNDUM

EPISTOLAE AD SOCIETATEM

PARS PRIMA

ROMAE
APUD POSTULATOREM GENERALEM S. I.
BORGO SANTO SPIRITO, 5
1940

IMPRIMI POTEST

Romae, die 12 Aprilis 1940.

EMMANUEL PORTA
Praep. Prov. Rom. S. I.

IMPRIMATUR

Sorae, 27 Aprilis 1940.

† MICHAEL FONTEVECCHIA
E.pus Aquin., Soran. et Pontiscurvi

SOC. TIPOGR. A. MACIOCE & PISANI — Isola del Liri

PRAEFATIO IN EPISTOLAS AD SOCIETATEM

1. - ADUMBRATIO TOTIUS OPERIS.

Anno 1935, sedulo curantibus PP. Ludovico de Jonge et Petro Pirri, prodiit primum volumen Epistolarum Ioannis Philippi Roothaan (1), *vix non omnes, quae exstarent, complectens litteras, a Patre Roothaan ad parentes, amicos aliosque scriptas antequam ad supremum Societatis regimen a Congregatione Generali XXI eveheretur (9 Iulii 1829).*

Reliqua quattuor Epistolarum *volumina, quae variis de causis post diuturniorem quam sperabamus moram nunc tandem in lucem prodierunt vel mox prodibunt, litteras referunt a Patre Roothaan sive ad Societatem et Societatis Sodales (vol. II et III) sive ad externos (vol. IV et V) qua Praeposito Generali missas, ab anno nempe 1829 ad 1853, quo mortuus est. Atque ita, ut nihil dicamus de IV et V voluminibus* Epistolarum ad Externos (2), *de quibus iam praefatus est P. Robertus Züllig, qui post PP. Augustinum Neu et Silvanum Prat proxime ea edenda curavit* (3), *hoc alterum volumen complectetur litteras a Patre Roothaan suis subditis Provinciarum Galliae, Austriae et Galiciae, Germaniae, Hispaniae et Lusitaniae, Belgii et Neerlandiae, Angliae et Hiberniae; tertium vero litteras ad Provincias Italiae, ad Missiones exteras (inter quas etiam regiones Americae Septentrionalis tunc computabantur), itemque communes quasdam Ordinationes et Epistolas ad totam Societatem missas. Utrumque autem volumen, ut communi titulo designetur,* Epistolae ad Societatem *inscribitur, addita pro alterutro volumine* Pars Prima *vel* Pars Secunda.

---

(1) *Epistolae Ioannis Phil. Roothaan, Soc. Iesu Praep. Gen. XXI.* Vol. I. Ludovicus de Jonge et Petrus Pirri Sacerdotes S. I. ediderunt. Romae, apud Postulatorem Gen. S. I. (1935). Typ. Univ. Gregor. in 4° mai., pp. 368.

(2) *Epistolae Ioannis Phil. Roothaan, Soc. Iesu Praep. Gen. XXI.* Romae, apud Postulatorem Gen. S. I., 1939. Typ. Univ. Greg. in 4° mai. Duo volumina, pp. XXXII-982 (utrumque simul).

(3) Etsi ordine posteriora, re tamen volumina IV et V ante II et III prodierunt.

2. - SELECTIO EPISTOLARUM.

Ut quisque facile coniectare potest utque iam pro epistolis ad Externos notatum est, hae 1000 circiter paginae, quibus haec duo volumina constant, referre profecto non possunt totum litterarum commercium a Patre Roothaan per 24 sui regiminis annos habitum. Integra huiusmodi epistolarum divulgatio non modo complurium voluminum seriem bene longam requireret (apographa enim in regesta compacta, quae in Archivo Romano S. I. custodiuntur, 60 *circiter tomos adimplent, fere* 20.000 *epistolarum continentes, neque tamen omnes omnino litteras Patris Roothaan referunt), sed etiam lectori satietatem facesseret. Nam cum in variis Provinciis eadem saepe vel valde similia occurrant negotia, in singulis fere regestis eadem saepe vel similia inveniuntur responsa; complures praeterea ex illis epistolis ad ordinariam tantum administrationem (ut dici solet) pertinent, quarum idcirco unum alterumque exemplum hinc inde selectum attulisse ad finem huius publicationis satis esse duximus.*

3. - SCOPUS HUIUS EDITIONIS.

Etenim, sicut et aliorum scriptorum Patris Roothaan, ita etiam haec eius litterarum editio, praeter quam aptam documentorum copiam Sacrae Rituum Congregationi suppeditare ad causam Servi Dei penitius cognoscendam et diiudicandam, huc peculiari quoque ratione spectat, ut lectoribus, maxime vero Societatis Iesu sodalibus, prudentissimum Patris Roothaan regimen ob oculos ponatur, non quidem potissimum secundum exteriorem operositatem et temporum ac rerum successionem, quod egregie praestiterunt biographi ([4]), *(nominatim et plenius P. Petrus Pirri, atque, pro solis Missionibus, P. Iosephus Albertus Otto), sed potius secundum gubernationis principia, seu normas morales et asceticas, quibus tota eius gubernandi ratio constanter regebatur. Hae paginae scilicet fidelem (ni fallimur) natae sunt exhibere spiritualem imaginem Patris Roothaan, ab ipso insciente depictam.*

Non enim orationem quandam panegyricam texere mens fuit, neque vero studiose inquisivimus sciteve in unum manipulum collegimus eos epistolarum locos, e quibus virtutes Servi Dei magis

---

([4]) Cf. « Index bibliographicus » huius voluminis (pp. VII-X).

effulgere viderentur; sed epistolas secundum normas quidem quas diximus e plurimis selegimus, quas typicas quodammodo diceres, in quibus nempe quasi in speculo, pro variis rerum adiunctis, genuina et integra Servi Dei indoles, mens, character, methodus, mores, prout essent, inspici possint. Et sane in his litteris gnarus lector Patrem Roothaan excelsa de vita religiosa secundum Deum cogitantem deque divinis rebus sponte et ex corde loquentem passim deprehendet; eum cernet muneri suo totum ac fideliter intentum, divinae gloriae et animarum salutis studiosissimum, assidue et strenue ad Regnum Christi amplificandum inhiantem totisque adlaborantem viribus, sui immemorem, verum suorum bonum paterna sollicitudine curantem. Illam vero naturalem quandam animi dispositionem deteriora semper exspectantis, quam ipse P. Roothaan, ad illud Proverbiorum provocans: « Beatus homo qui semper est pavidus » (5)*, non semel ingenue fatetur, quaeque profecto ex eius epistolis hinc inde apparet, eo minus dissimulare vel tegere ausi sumus, quod altera ex parte iis ipsis in locis plerumque mira in Deum fiducia naturae infirmitatem roborans cernitur eamque elevans supra se. Si quis autem videre sibi videatur Patrem Roothaan non semper pariter ivisse cum rapida suorum temporum progressione, nec magnam quae tunc pararetur spirituum et animorum evolutionem (quam dicunt) satis persensisse, infitiari tamen non poterit haud ingratum lectori exstare vel hunc ipsum quasi prudentiae et vigilantiae excessum, cum ex intimo et sincero mundi eiusque vanitatum despectu atque ex fideli sanctarum traditionum custodia originem ducere cernatur.*

Ceterum fieri nequit quin binas potissimum lector quisque deprehendat et admiretur ex his scriptis conspicuas eminere notas: firmam nimirum in primis et constantem, ad sui ipsius regimen quod attinet, Deo et cum Deo unice vivendi voluntatem, in Eoque solo robur et solacium quaerendi, id est, ut Pater Roothaan, ad illud Davidicum reiciens, dicere solebat: « Delectare in Domino » (6)*; quod ad aliorum vero regimen, supernaturalem illam prudentiam, qua, vim et dulcedinem aequa lance contemperans, pro humana infirmitate divinam ipsam Sapientiam imitari contendebat, quae « attingit a fine usque ad finem* fortiter *et disponit omnia* suaviter *»* (7)*. Quae quidem ipsa adverbia* fortiter et suaviter, *menti et calamo Patris Roothaan quam saepe occurrunt!*

(5) *Prov.*, XXVIII, 14.
(6) *Ps.* XXXVI, 4.
(7) *Sap.*, VIII, 1.

4. - EPISTOLARUM ORDO ET DISTRIBUTIO.

Ut facile patet, epistolarum, quae hic vulgantur, textus ipse authenticus ad editorum manus non pervenit: ab iis qui eas acceperant, diu fortasse servatae sunt; sed dein vel perierunt vel in ignoto quodam Archivo conditae iacent. Verum, secundum morem etiam nunc in Curia Generalicia servatum, omnes Praepositi Generalis litterae statim atque ab eo subscriptae sunt, ab amanuensibus in propria regesta, singula pro singulis Provinciis (praeter peculiaria regesta pro litteris ad externos), ordine chronologico servato, accurate exscriptae referuntur. Quam epistolarum per Provincias distributionem etiam in hac editione servandam duximus. Quamquam enim hac ratione neque ordinem chronologicum omnino sequimur, cum in singulis Provinciis temporum series resumenda sit, neque analyticam per res distributionem, cum similes quaestiones, quae utiliter conecterentur, per varias Provincias quandoque distractae inveniantur; veriti tamen sumus, ne frigida illa per dies et menses et annos producta recensione et tam diversarum rerum ac regionum permixtione, lectorum animi a rebus ipsis earumque momento nimis distraherentur, et satietate afficerentur. Qui vero syntheses inde haurire malit, parvo negotio id sibi comparare poterit, copiosa et definita epistolarum summaria et indiculos marginales excurrendo.

Per hanc ipsam autem epistolarum distributionem facilius intuenti apparebit campus laboris a Patre Roothaan exantlati eiusque amplitudo, atque ita aequius aestimari poterit quanti momenti fuerit pro Societate Iesu diuturnum et operosissimum regimen eius vigesimi primi Praepositi Generalis.

5. - DE IPSO EPISTOLARUM TEXTU.

Cum ex apographis codicibus, ut diximus, non ex autographis, hae epistolae in nostram editionem exscribantur, legitimam quandam dubitationem antevertere iuvat. Quamquam enim id plerumque fieri nequeat, quin ipsa textus integritas et certitudo periclitetur, hoc tamen periculum, ad rem nostram quod attinet, minimum profecto videtur, attenta cura qua apographa transcripta sunt. Diem enim ex die, cum autographa adhuc prae oculis habentur, huiusmodi codices conscribuntur; quam accurate autem iam tum amanuenses officio suo fungerentur, cuique haec regesta Patris Roothaan vel obiter pervolventi extemplo patet.

Ceterum, cum nostrum non sit haec manuscripta toto illo critices apparatu communire, quo in rarissimi cuiusdam documenti editionibus criticis (quas vocant) fieri solet, religioni nobis non vertimus quominus haec pro re nata praestaremus:

1) *Epistolae, quas secundum normas supra allatas vulgandas selegimus, hic plerumque integrae referuntur; in perpaucis tamen breves quidam loci, mere ad ordinariam administrationem pertinentes quique lectori nullius fuissent momenti, omissi sunt.*

2) *Nomina personarum quandoque suppleta sunt, etiamsi in codice sola littera initiali exhiberentur; quandoque contra reticenda duximus vel ad solam item litteram initialem contraximus, si prudens caritas id exigere videretur. In utroque casu lectorem attentum reddere plerumque non omisimus in notis.*

3) *Errores transcriptionis vel menda orthographica evidentia correximus; itemque, coniectando ex contextu, supplendas curavimus pericopas et phrases, quas forte amanuensis (quamquam id rarissime accidit) omisisset. Generatim etiam in his casibus lector de re certior fit in notis.*

4) *In epistolis latinis, pro Patris Roothaan latini sermonis peritia, nihil sane quod ad stilum expoliendum fuit; quaedam tantum orthographica signa, ad uniformitatem servandam, hic illic retractata sunt.*

5) *Etiam litterae gallice vel italice scriptae, quibus quidem linguis P. Roothaan expedite et emendate utebatur, ut plurimum prout exstant exscribuntur. In gallicis tamen litteris (saepius quam in italicis) quandoque aliquae occurrunt locutiones ad grammatices leges non omnino aptatae; v. gr. « Si vous* seriez... » *vel « si vous* serez... », *itemque: « J'espère que vous* fassiez », *aliaeque similes. Quos soloecismos, in ore extranei haud penitus ingratos, mutandos non duximus, nisi forte rarissime, quando nempe totius periodi sensus vel obnubilus evasisset vel facile in oppositum deduci potuisset.*

6) *Ne autem in his voluminibus complura lectori impervia vel minus clara manerent, varios epistolarum locos notis illustrare conati sumus, praesertim ex Societatis Instituto et historia; sobrie tamen pro huius editionis indole, quamquam non omnino ieiune. Notarum vero fontes recensiti inveniuntur sive suis locis sive plenius in* Indice Bibliographico, *qui huic Praefationi additur pro hoc volumine, et initio tertii voluminis epistolis illic relatis item aptabitur.*

Demum, ut unicuique suum tribuatur, gratias quamplurimas palam agimus ex corde: cum PP. Petro Pirri et Ludovico de Jonge, qui totam hanc litterarum seriem e tot millibus primum selegerunt; tum P. Augustino Neu, qui et selectionem complevit et huic operi parando proxime manus admovit ac per annum eidem strenue adlaboravit, donec ob infirmam valetudinem illud abrumpere debuit; tum P. Iosepho Alberto Otto, qui litteras ad Missiones (in volumine III) aptis commentariis auxit; tum denique nonnullis aliis minoribus auxiliariis, quorum studium huic operi praestitum ipsorum modestia tegit.

Quod si nos, quamquam forte undecimae horae operarii videri possumus, nostra nomina hic subscribere audemus, id benignus lector praesumptioni ne tribuat, sed tantum id nos fecisse sciat ne haec duo volumina, prae ceteris iam impressis, suis editoribus careant, qui de illis propius respondeant: proximum enim adnotationum laborem et impressionis curam, de Superiorum mandato, libenter in nos suscepimus, atque alter secundo volumini, tertio potissimum alter operam qualemcumque pro modulo nostro dedimus.

Romae, die 10 Aprilis 1940.

IOSEPHUS BOUBÉE, S. I.
HILARIUS AZZOLINI, S. I.

INDEX BIBLIOGRAPHICUS HUIUS VOLUMINIS

Fontes manuscripti:

Arch. Rom. S. I. — Archivum Romanum Societatis Iesu. - Ita designatur praecipue Archivum quod Romae asservatur apud Curiam Praepositi Generalis S. I.; in eo habentur etiam Codices seu Regesta, de quibus hic infra.

Codices apographi seu *Regesta* litterarum Patris Roothaan sive ad singulas Societatis Provincias sive ad omnes simul. — Haec autem *Regesta* in hoc volumine allegata ita citantur:

Angl. I, II. — Litterae ad Patres Provinciae Angliae: duo volumina.

Austr. — Litterae ad Patres Provinciae Austriae: unicum volumen.

Austr.-Gal. — Litterae ad Patres Provinciae Austro-Galicianae: unicum volumen.

Belg. I, II. — Litterae ad Patres Provinciae Belgicae: duo volumina.

Franc., I, II, III, IV. — Litterae ad Patres Provinciae Franciae seu Parisiensis: quattuor volumina.

Gal., I, II. — Litterae ad Patres Provinciae Galicianae: duo volumina.

Germ. — Litterae ad Patres Provinciae Germaniae: unicum volumen.

Germ. Sup. — Litterae ad Patres Provinciae Germaniae Superioris: unicum volumen.

Hibern. — Litterae ad Patres Viceprovinciae Hiberniae: unicum volumen.

Hisp. I. — Litterae ad Patres Provinciae Hispaniae: unum volumen. In eo habentur etiam litterae ad Patres Provinciae Mexicanae, distincta paginarum numeratione: ideoque hae litterae in hoc volumine ita referuntur: Hisp. I, Mex.

Inter. B, C. — Codex tripartitus, quo omnes colliguntur litterae a P. Roothaan datae tempore dispersionis suique exsilii ab Urbe: pleraeque litterae ibi summatim tantum recensentur, aliquae tamen per extensum exscribuntur, ordine chronologico, non servata distinctione per Provincias. Codex autem inscribitur. « *Registro Interinale del tempo della dispersione: A - dal 28 di maggio 1848 al 18 marzo 1850; — B - dal 21 dicembre 1848 al 30 apr. 1850: — C - dal 21 marzo 1848 al 1° maggio 1850* ». - Non constat qua ratione litterae in tres partes dispertitae sint, cum omnes partes idem fere tempus complectantur: a tribus tamen diversis amanuensibus conscriptae apparent. Codex C, longe plenior, accuratissime et perbelle scriptus est.

Lugdun., I, II, III. — Litterae ad Patres Provinciae Lugdunensis: tria volumina.

Mex. — Vide *Hisp. I.*

Neerl. — Litterae ad Patres Provinciae Neerlandicae: unicum volumen.

Ordinat. — Codex cui titulus externus « Ordinationes R. P. Fortis 1820-1828 et R. P. Roothaan 1829-1853 »; internus autem titulus, eo loco quo incipit altera pars (pag. 103), ita sonat: « *A. R. P. N. Ioannis Roothaan Ordinationes, Instructiones et Epistolae* ».

Pav. — Codex seu Regestum litterarum R. P. Vincentii Pavani, Vicarii Generalis (an. 1829): in eo habentur etiam quaedam ex primis litteris novi Praepositi Generalis Ioannis Roothaan.

Tolos. — Litterae ad Patres Provinciae Tolosanae: unicum volumen.

Libri typis editi (1):

ALBERS. — Vide *Liber saecularis.*

ALDEGHERI. — Vide *Breve Storia.*

Breve Storia. — *Breve Storia della Provincia Veneta della Compagnia di Gesù, dalle sue origini fino ai giorni nostri (1814-1914).* Venezia, Tip. Sorteni e Vidotti. 1914. In-4°, pp. 460 [3?9].

Operis illius auctor est P. Ado Aldegheri, S. I. Qui etsi nomen suum libro non praeposuit, duos suos in opere exsequendo adiutores indicavit, PP. Ludovicum Zerbinati et Hilarium Azzolini.

BURNICHON. — *La Compagnie de Jésus en France. Histoire d'un siècle: 1814-1914*, par Joseph Burnichon, S. J.
Paris. Gabriel Beauchesne, 1914-1922. 4 vol. in-4°.
Tome I. 1814-1830 (XLVIII-568 pp.).
Tome II. 1830-1845 (736 pp.).
Tome III. 1845-1860 (638 pp.).
Tome IV. 1860-1880 (706 pp.).

CARAYON. — *Documents inédits concernant la Compagnie de Jésus publiés* par le P. Auguste Carayon. Poitiers, typ. Oudin, 1863-1870. — 22 volum.

CHAZOURNES — L. de Chazournes, S. I. — *Vie du R. P. Barrelle*, 2 vol., Paris, Plon, 1868.

COEMANS. — *Breves Notitiae de Instituto, Historia, Bibliographia Societatis, quas collegit* Augustus Coemans, S. I. — Ad usum Nostrorum tantum. — Editio secunda, recognita et aucta.
Bruxellis, apud Procuratorem Provinciae Belgicae Septentrionalis. 1937.
Vol. parvum in 4°. 84 pp.

CONSTITUTIONES. — *Constitutiones Societatis Iesu cum declarationibus,* auctore S. Ignatio de Loyola, Societatis eiusdem fundatore. — Ad usum Nostrorum tantum. — Romae, apud Curiam Praepositi Generalis, 1937.
Parvum in-8°, XXXVIII-393 pp.

CRÉTINEAU-JOLY. — *Histoire religieuse, politique et littéraire de la Compagnie de Jésus*, composée sur les documents inédits et authentiques par J. Crétineau-Joly. — 6 vol., Paris, 1844-1845. — Pluries edita et in varias linguas versa est.

DECORME. — P. Gerardo Decorme, S. I., *Historia de la Compañía de Jesús en la República Mexicana durante el siglo XIX.* — Edición privada. Guadalajara, 1914 et 1921. 2 vol. T. I (1816-1848) IX-466 pp.
T. II (1848-1880) 432 pp.

(1) Ii tantum hic recensentur qui saepius citantur.

ESPASA. — *Enciclopedia universal ilustrada Europeo-Americana.* — Barcelona. Espasa e Hijos. — 70 vol. in-4° et plures appendices.

FRÍAS. — *Historia de la Compañía de Jesús en su Asistencia moderna de España,* por el P. Lesmes Frías, de la misma Compañía, Correspondiente de la Real Academia de la Historia. — Tomo primero (1815-1835) — Madrid. Administración de Razón y Fe. Plaza de Santo Domingo, 14. - 1923. — 1 vol. in-4°, CXIII-780 pp.

FRÍAS, *Prov. Esp.* — *La Provincia de España de la Compañía de Jesús, 1815-1863.* Reseña histórica ilustrada por el P. Lesmes Frías, de la misma Compañía.

Madrid. Est. tipográfico « Sucesores de Rivadeneyra », Impresores de la real Casa. Paseo de San Vicente, núm. 20. 1914.

1 vol. in-4°, 252 pp.

INSTITUTUM. — *Institutum Societatis Iesu.* — Florentiae, ex Typographia a SS. Conceptione. 3 vol. in-4°, XVI-684 pp. ; XIV-623 ; XI-739 1892-1893.

KOCH — Ludwig Koch, S. J., *Jesuiten-Lexikon.* Die Gesellschaft Jesu einst und jetzt. — Verlag Bonifatius-Druckerei, Paderborn 1934. - Vol. in-4°. 1878 col.

Liber saecularis historiae Societatis Iesu ab anno 1814 ad annum 1914. - Vol. in-4°, XXI-642 pp. Romae. Typis Polyglottis Vaticanis. 1914.

Collegit et edidit P. Petrus Albers S. I., cuius nomen invenitur tantum in calce praefationis (pag. VIII).

OCHANDORENA — *Catálogo de los Padres y Hermanos pertenecientes a la Provincia de España de la Compañía de Jesús, 1815-1863,* por el H. José Ochandorena, de la misma Compañía. — Madrid. Imprenta de Gabriel López del Horno. San Bernardo, 92. 1907. - 1 vol. in-4° (maj.) 167 pp.

OTTO — Josef Albert Otto, S. J., *Gründung der neuen Jesuitenmission durch General Pater Johann Philipp Roothaan.* — Freiburg im B. - Herder - 1939. 1 vol. in-8° XXVIII-551 pp. mit einem Titelbild.

PFÜLF — Otto Pfülf, S. I., *Die Anfänge der deutschen Provinz der neu erstandenen Gesellschaft Iesu und ihr Werken in der Schweiz (1805-1847).* Freiburg im Breisgau 1922. Herder C°. In-8° VIII-522 pp.

PIRRI — Pietro Pirri, S. J., *P. Giovanni Roothaan, XXI Generale della Compagnia di Gesù.* Isola del Liri, A. Macioce e P., 1930. - Vol. in-8°, 582 pp.

PONCELET — [A. Poncelet S. I.], *La Compagnie de Jésus en Belgique.* Aperçu historique, à l'occasion du 75ème anniversaire de l'érection de la Province Belge. - Vol. in-4°, 215 pp.

REGULAE — *Regulae Societatis Iesu.* Ad usum Nostrorum tantum. Editio nova recognita, prima post Congregationem Generalem XXVII. Romae, apud Curiam Praepositi Generalis MCMXXXII. - in-12°, VI-294 pp.

RIVIÈRE — *Corrections et Additions à la Bibliothèque de la Compagnie de Jésus.* Supplément au De Backer-Sommervogel, par Ernest M. Rivière, S. I. Toulouse, Revue d'Ascétique et de Mystique, 1911-1930. - Magnum in-4°, 1292 col.

SOMMERVOGEL — *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus.* Première partie : Bibliographie, par les PP. Augustin et Aloys de Backer; seconde partie : Histoire, par le P. Auguste Carayon.

Nouvelle édition, par Carlos Sommervogel, S. J., Strasbourgeois, publiée par la Province de Belgique.

Bruxelles, Oscar Schepens; Paris, Alphonse Picard. - 9 vol. in-4° (quibus accedit 1 vol. Indicum). 1890-1909.

SYNOPSIS — *Synopsis Historiae Societatis Iesu.* Pro Nostris tantum. — Ratisbonae, Typis Friderici Pustet, 1914. - 1 vol. in-4°, 682 col. *aut* pag.

Paraverat primum et anno 1876 germanice ediderat P. Franc. Xav. Wernz. Hanc alteram et ampliorem editionem latine curavit P. Ludovicus Schmitt S. I.

VIVIER — *Nomina Patrum ac Fratrum qui, Societatem Iesu ingressi, in ea supremum diem obierunt. 7 Augusti 1814 - 7 Augusti 1894.* — Parisiis, Typogr. R. Leroy. 1897. - 1 vol. in-4°. XXIII-763 pp.

Nomen auctoris abest in titulo; subscribitur autem epistolae ad A. R. P. N. Generalem dedicatoriae: Alexander Vivier S. I.

VOGELS — *Menologium van de Sociëteit van Jezus voor de Nederlansche Provincie.* 2 vol. - Editum est anno 1912 a P. Isidoro Vogels.

INDEX TOTIUS VOLUMINIS

SERIES PRIMA

EPISTOLAE AD PATRES ASSISTENTIAE GALLIAE

Sectio I.

Ad Patres Provinciae Franciae.

Sectio II.

Ad Patres Provinciae Lugdunensis.

SERIES SECUNDA

EPISTOLAE AD PATRES ASSISTENTIAE HISPANIAE

Sectio I.

Ad Patres Provinciae Hispaniae.

Sectio II.

Ad Patres Provinciae Mexicanae.

Sectio III.

Ad Patres degentes in Lusitania.

SERIES TERTIA

EPISTOLAE AD PATRES ASSISTENTIAE GERMANIAE

PARS PRIMA

Sectio I.

Ad Patres Galiciae et Austriae.

Sectio II.

Ad Patres Provinciae Germaniae.

SERIES QUARTA

EPISTOLAE AD PATRES ASSISTENTIAE GERMANIAE

PARS SECUNDA

Sectio I.

Ad Patres Provinciae Belgicae.

Sectio II.

Ad Patres Provinciae Neerlandicae.

SERIES QUINTA

EPISTOLAE AD PATREM ASSISTENTIAE GERMANIAE

PARS TERTIA

Sectio I.

Ad Patres Provinciae Angliae.

Sectio II.

Ad Patres Viceprovinciae Hiberniae.

APPENDIX

SERIES PRIMA

EPISTOLAE AD PATRES ASSISTENTIAE GALLIAE (1)

SECTIO I.

AD PATRES PROVINCIAE FRANCIAE (2)

(EPISTOLAE I - L)

SECTIO II.

AD PATRES PROVINCIAE LUGDUNENSIS (3)

(EPISTOLAE LI - LXXXIX)

Verso folio invenies notas.

(1) Restituta in Gallia Societas Iesu nomen primum habuit *Missionis,* cui praefuit (1814-1818) Servus Dei Petrus Picot de Cloriviere (1735-1756-1820), deinde vero (1818-1820) P. Antonius Aloisius Simpson (1742-1756-1820). Mox autem erecta est in *Provinciam Galliae* dictam (17 Ian. 1820), quae primum Praepositum habuit eundem P. Simpson. De Patre P. de Clorivière, videri potest Burnichon, I, 45 *sqq.* et 145-149 ; fusius : Jacques Terrien, S. I. : *Histoire du R. P. de Clorivière,* in-8, Paris, 1891. — De Patre Simpson, nomine proprio Sionest, sed ab exsilio in Anglia et deinceps in Gallia quoque, Simpson vocato, cf. Burnichon, I. 150 *sqq.*

(2) Cur pars septemtrionalis Galliae dicta sit *Provincia Franciae,* non *Parisiensis* (cum praesertim meridionalis pars vocaretur *Lugdunensis*), explicabat ipse P. Roothaan in epistola data 11 Febr. 1837, ad R. P. Renault, Praep. Prov. Lugdun. : « *Province de Paris..* c'est ainsi qu'on l'appellera en Français. Mais en latin, elle conservera le nom de *Provincia Franciae.* Hors de France, le nom de *Provincia Parisiensis* sonnerait si mal, qu'il équivaudrait à celuici : *Provincia Babyloniae.* Ce moyen me paraît le plus propre à concilier tous les intérêts et tous les désirs. Les personnes instruites comprendront la différence qui se trouve entre *Franciae* et *Galliae.* Les autres n'auront pas lieu d'être choquées, en n'entendant parler, dans le langage ordinaire, que de la *Province de Paris* » (Franc. I, 21-22).

(3) Ipsa *Provincia Lugdunensis* in duas postea divisa est (1 Sept. 1852) : *Lugdunensem* scilicet et *Tolosanam.* De hac vero nihil dicemus, cum vix aliquibus mensibus orta sit, ante mortem Patris Roothaan, quae die 8 Maii 1853 evenit. Cf. infra, notam in epist. LXXXVIII.

Sectio I.

AD PATRES PROVINCIAE FRANCIAE

I.

Ad R. P. Ioannem Petrum Varlet ([1]), Rectorem Collegii

Le Passage ([2]).

1. *Laudat frequentatum ab alumnis paenitentiae Sacramentum; monet autem ne Eucharistiam quoque frequentare negligant.* — 2. *De summo religiosae institutionis momento.* — 3. *Laudat abolitas in liturgiis nimias exteriores pompas.*

Rome, 14 Juillet 1831.

Votre lettre du 27 Mai ne m'a été remise que le 27 Juin. J'attribue ce retard à une tournée qu'elle paraît avoir faite par Madrid. Je vous remercie des détails que vous me donnez sur le Passage, je verrai avec plaisir le plan topographique que vous me promettez.

Laudat frequentatum ab alumnis paenitentiae Sacramentum; monet autem ne Eucharistiam quoque frequentare negligant.

1. — Ce que vous m'exposez des exercices religieux me paraît assez modéré. C'est consolant d'apprendre que les élèves se portent volontiers et sans aucune contrainte à la fréquentation des Sacrements, surtout de celui de la pénitence. C'est là certainement un bon moyen contre les tentations dont vous parlez, pourvu qu'on n'en sépare pas plus qu'il ne le faut absolument, la communion; car c'est elle qui d'après la doctrine de l'Eglise est l'antidote le plus efficace contre les rechutes. Je dis ceci, mon rév. Père, parce que je suis fondé à craindre que dans cette matière quelques-uns de nos Pères ne se conforment pas assez à la manière de voir de la Compagnie, et cela en conséquence des principes que plusieurs ont reçus ailleurs.

([1]) P. Joannes Petrus Varlet, *Franciae*, (1769-1814-1854). De illo videri potest: J. Burnichon, S. I. *La Compagnie de Jésus en France. Histoire d'un siècle*, 1814-1914 (t. II,p. 367). Opus illud eximium, quod morte abreptus auctor imperfectum reliquit, 4 vol. constat, narrationemque ad annum 1880 perducit. Prodiit Parisiis apud Beauchesne, 1914-1922. Ab optimo illo fonte multas declarationes et annotationes hausimus.

([2]) De collegio Passagiensi, Cf. Burnichon, II. pp. 47-50.

De summo religiosae institutionis momento.

2. — L'instruction religieuse me tient fort à coeur. C'est la partie la plus essentielle de l'éducation et qui demande le plus d'application et le plus de zèle dans ceux qui en sont chargés. Il n'y a ni sermons, ni exhortations, ni lectures spirituelles qui puissent y suppléer. Il y a des personnes très attachées à la Compagnie et très au fait de tout ce qui se pratiquait dans nos maisons de France, y ayant eu leurs enfants, qui ont trouvé que l'instruction religieuse n'y était pas assez solide et qui attribuent en partie à cette cause qu'un si petit nombre d'élèves persévèrent dans la bonne voie. Il y avait trop pour exalter l'imagination et pas assez pour éclairer et convaincre l'esprit.

Laudat abolitas in liturgiis nimias exteriores pompas.

3. — J'approuve fort que le cérémonial ait enfin été considérablement simplifié. Cet appareil de splendeur, cette bruyante musique étaient sans doute fort du goût des jeunes gens, tout cela les faisait assister volontiers aux offices. De même le peuple s'y portera en foule, etc.; mais la question est de savoir combien tout cela contribue à la véritable éducation, qui consiste à faire prendre aux jeunes gens des habitudes qu'ils peuvent et doivent conserver et suivre le reste de leur vie. N'y a-t-il pas à craindre qu'habitués pendant 10 à 12 ans à toute cette pompe, à cette entraînante musique, ils n'éprouvent ensuite une grande répugnance à assister aux offices simples de leur paroisse? ne seront-ils pas fortement tentés de chercher à l'opéra, aux spectacles, etc., ce qu'ils ne trouvent plus à l'église? Je sais que tel seigneur a eu bien de la peine à vaincre l'ennui que ses fils éprouvaient aux offices de son village. Aussi, partout où nos anciens ont agi de leur propre mouvement, où ils n'ont pas été dominés par des circonstances impérieuses, la plus grande simplicité en tout régnait dans nos pensionnats. Je me suis étendu peut-être plus qu'il ne le fallait, sur cet article, parce que je voudrais que la Compagnie de France donnât l'exemple en cette matière; car vous le savez bien, mon rév. Père, parmi tous les peuples de la terre les Français sont le plus portés à propager leurs usages bons ou mauvais, comme ils ont en même temps le plus de moyens à y réussir.

Je vous prie, mon rév. Père, de saluer de ma part tous nos bons PP. et FF. du Passage et je me recommande aux SS. SS.

Franc. I. 33.

II.

Ad R. P. Franciscum Renault [1],
Superiorem
Avignon.

1. *Gratulatur mutatam deliberato consilio sententiam priorem* (*de doctrina Mennaisiana*). — 2. *Quam iuvaret in controversiis bona voluntas!* — 3. *Felices de Lusitania habiti sunt nuntii.*

Rome, 7 Avril 1832.

Votre chère lettre du 17 Février m'a donné bien de la consolation en N. S.; et si j'ai tardé si longtemps à vous manifester ce sentiment, c'est que vraiment les occupations multipliées et pressantes m'ont fait différer cette lettre-ci, et encore sera-t-elle plus courte que je n'eusse voulu.

Gratulatur mutatam deliberato consilio sententiam priorem (de doctrina Mennaisiana).

1. — En un mot, j'ai béni le Seigneur des sentiments que vous m'exprimiez, et si votre précédente m'avait fait de la peine, la dernière m'en a compensé abondamment. Encore une fois, Dieu soit loué! Plus on a de l'estime et de l'affection pour une personne, et plus on souffre de lui voir des sentiments ou des opinions qu'on ne peut approuver. C'était là mon cas par rapport à vous, mon bien cher Père. Mais votre dernière y a remédié pleinement. Je n'ai pas manqué de faire votre commission auprès du P. Assistant [2], et vous devinez aisément qu'il a bien pris part à notre consolation commune. O mon Père, si tous apportaient le calme que vous avez mis à considérer la question dont il s'agit,

---

(1) P. Franciscus Renault, *Franciae* (1788-1819-1860), inter praestantiores fuit Societatis Iesu in Gallia restitutae Patres, amicusque P. Achillei Guidée, qui eius *Vitam* scripsit (*Notice historique sur le P. François Renault*, Paris, Douniol, 1864). Erat tunc Superior domus Avenionensis, a die 27 Maii 1825. Mox autem renuntiandus erat Praepositus Provinciae Galliae (25 April. 1833).

(2) Assistens Galliae erat P. Ioannes Rozaven, *Franciae*, (1772-1804-1851), seu, pleno titulo: Ioannes Ludovicus de Leissègues de Rozaven, qui munere Assistentis functus est apud duos PP. Generales, ab anno 1820 ad 1851. Doctrina autem, de qua hic agitur est *systema*, quod vocabant, *traditionalismi*, excogitatum a viro illo nimis, eheu! celebri: Félicité Robert de Lammennais (1782-1854). Errores et pericula *systematis Mennaisiani* ab initio detegens et deprecans P. Rozaven, obtinuerat iam a R. P. Fortis *Ordinationem*, datam 4 Oct. 1823, qua prohiberentur Nostri in Collegiis S. I. doctrinam Mennaisianam docere. Plures tamen illi favere pergebant, vel partes eius aliquas a damnatione salvare tentabant. De illis fautoribus traditionalismi saltem mitigati in S. I. dicit Burnichon, II, 43: « le Père Renault, futur Provincial de France était, au dire du P. Rozaven, l'un des plus *tenaces* ». Ipse vero P. Rozaven, paucis antea mensibus, publicaverat librum suum: *Examen d'un ouvrage intitulé:* Des doctrines philosophiques sur la certitude, dans leurs rapports avec les fondements de la théologie (Paris 1831). Quo attente lecto, scripsit P. Renault ad R. P. Roothaan (17 Febr. 1832): « Jusqu'ici le Père Rozaven avait vainement essayé de m'ôter de la tête mes idées... maintenant je me trouve entièrement convaincu; son livre répond surabondamment à tout » (Cit. apud Burnichon II, 43).

et non sans prier Dieu pour lui demander ses lumières! Comme on serait bientôt d'accord! Comme ces *quelques-uns* dont vous parlez, sortiraient bientôt de leur *position pénible* (3)!

Quam iuvaret in controversiis bona voluntas!

2. — Ou bien, est-ce un si grand mal, que de convenir qu'on s'était trompé, surtout dans une matière où, pendant un certain temps, on pouvait être en droit ou même en devoir, d'expliquer en bonne part tout ce qu'on pouvait remarquer dès lors de peu exact? Le *pax hominibus bonae voluntatis* trouve aussi son application ici; et je pense que toutes ces disputes qui paraissent interminables, cesseraient bientôt de l'être, si la *bona voluntas* avait plus de part à la discussion. Il est vrai que les jugements sont proprement des actes de l'entendement, de l'esprit; mais il n'est pas moins vrai que la volonté, le coeur, y entre pour beaucoup. Prions, et espérons. Vous me ferez plaisir, mon cher Père, en me donnant quelques nouvelles sur ceux de nos Pères qui sont avec vous, ou près de vous, non seulement sur la chose qui fut l'objet de cette dernière correspondance entre nous, mais encore sur leur manière d'être, etc. *A. M. D. G.* —

Felices de Lusitania habiti sunt nuntii.

3. — Je pense que vous connaissez assez les bonnes nouvelles du Portugal (4). Encore là, prions et espérons! *Percutit et sanat* (5).

Adieu, mon rév. Père; et comme vous recevrez cette lettre dans les jours d'*Alleluia*, je vous le souhaite, cet *Alleluia*, à vous et à tous *nos* amis, comblé de grâces et de bénédictions du Seigneur.

En union de vos SS. SS.

Franc. I. 56.

---

(3) Illi « quelques-uns », quot quantique fuerint, nec numero spernendi nec qualitate, conicitur ex historia doctrinae Mennaisianae inter Gallicos Iesuitas diffusae, quam narrat Burnichon II, pp. 13-46. Videri etiam potest Koch, 1065-1068 et 1572-1573.

(4) Anno 1829 Lusitaniam petierat P. Philippus Delvaux (Cf. epist. XI), cum paucis sociis, ut Societatem post 70 annos eversionis restabiliret. Ineunte 1832, regium Decretum Iesuitis Collegium Artium Conimbricense, ducentos annos ab iisdem illustratum, reddidit; die autem 6 Martii longam epistolam scripsit P. Delvaux ad R. P. Generalem, narrans quo triumphali modo Patres excepti essent, et Missam de *Requiem* ipse celebrasset pro anima infensissimi quondam S. I. hostis Sebastiani Carvalho, Marchionis Pombal, *praesente corpore* eiusdem adhuc insepulto. Hi sunt, ut putamus, « boni nuntii » de quibus hic agitur. — De Societatis in Lusitaniam reditu agetur iterum infra, epist. CXVII-CXXV.

(5) Verba quidem illa, ut sonant, non inveniuntur in Scripturis sacris; pluries autem dicitur Dominus *percutere et sanare*. Cf. v. g. Deut. XXXII, 39; I Reg. II, 6; Tob. XIII, 2, etc.

III.

Ad R. P. Iulianum Druilhet [1], Provincialem

Paris.

1. *Urgenda apud Gallos regularum observantia. — 2. Prudentia in animarum directione. — 3. Litterae spirituales non omnibus permittendae et semper Superioribus submittendae. — 4. Canonicae Romanae facultates hierarchico tramite expostulandae. — 5. Felices apostolici laboris fructus ne operarios inducant ad obscuriorem laborem (i. e. puerorum institutionem) despiciendum. — 6. Dolet Socios in Americam Septemtrionalem missos non Novae Aureliae residentiam statuisse.*

Rome, 21 Février 1833.

Vous aurez reçu la lettre que le P. Secrétaire vous a écrite le 29 Janvier en mon nom. Dans votre lettre du 5 de ce mois au P. Assistant, vous insistez encore pour avoir de ma part des recommandations sur certains points, sur lesquels je croyais m'être déjà expliqué assez clairement. Je vais donc vous satisfaire, mon bon Père, s'il est possible.

Urgenda apud Gallos regularum observantia.

1. — Exacte observance de nos règles. — Eh! mon Dieu, si on n'y prend garde chez vous, dans l'état où la Compagnie se trouve en France, cette observance exacte et de communauté deviendra pour plusieurs un joug insupportable. Et quel *malheur* serait-ce pour eux, si la Compagnie recouvrait en France le *bonheur* de pouvoir former des maisons nombreuses !

Prudentia in animarum directione.

2. — Prudence dans la direction des âmes. — J'en ai dit assez plus d'une fois. — Le mot même de *direction* est mal appliqué par plusieurs. On prétend mettre en pratique, à peu près avec tout le monde, surtout avec les jeunes gens et les filles, ce que notre Institut prescrit pour la direction des Nôtres, p. ex. *Ratio conscientiae !* — C'est un tort réel, et un manque absolu de discrétion.

Litterae spirituales non omnibus permittendae et semper Superioribus submittendae.

3. — Lettres spirituelles. — Qu'on observe la Règle 39 des Communes [2]. Des lettres spirituelles ne s'écrivaient autrefois que par des hommes consommés dans la direction des âmes, et à des personnes très spirituelles. Comment se fait-il qu'aujourd'hui tout jeune Père, à peine approuvé pour la confession, se croie en droit et en devoir d'écrire à

(1) P. Iulianus Druilhet, *Lugdunensis*, (1768-1814-1845). Eius curriculum vitae concinnat Burnichon, (I, 508 sq.) his verbis praemissis: « Le P. Julien Druilhet est une des figures les plus attachantes du groupe des premiers Jésuites français au siècle passé ». Plura de illo in sequentibus epistolis.

(2) « Nemo scriptas dabit aut mittet cuiquam externo vel domestico instructiones spirituales aut meditationes... nisi a Superiore id approbetur ». (*Thesaurus*, p. 558).

ses pénitents ou plutôt à ses pénitentes ! — Rien n'est moins conforme à l'esprit et à l'usage de la Compagnie. Il peut y entrer bien de la vanité pour le directeur, aussi bien que pour ses pénitentes; et sans parler d'autres inconvénients très graves, qui peuvent en résulter très facilement, pour le moins *on y perd le temps* dont un Jésuite doit être avare. — Puis, il y en a qui prétendent que les lettres qui leur arrivent ne soient pas ouvertes par les Supérieurs, sous prétexte que peut-être elles sont sur des affaires de conscience. Je ne puis approuver qu'on accorde une telle exemption d'une de nos règles les plus importantes, à qui que ce soit. Il me conste d'ailleurs qu'il se fait bien des abus de semblables privilèges. Le Supérieur, en ouvrant la lettre, s'il voyait qu'il s'agissait de conscience, aurait assez de discrétion pour ne pas lire de telles choses. Mais, s'il était nécessaire, on pourrait faire en sorte que les personnes qui *prétendent* être dirigées par lettres par un confesseur absent, sachent que leurs lettres doivent passer par les mains de qui de droit. Cela *couperait* peut-être court à un inconvénient qui peut avoir des suites très fâcheuses.

Canonicae Romanae facultates hierarchico tramite expostulandae.

4. — Facultés de Rome. — On ne doit se les procurer que par le canal du P. Provincial ordinairement, qui donne cours à la demande, s'il le juge à propos, par le moyen du P. Assistant ou du P. Procureur Général. C'est ainsi que les choses se font *secundum ordinem*.

Felices apostolici laboris fructus ne operarios inducant ad obscuriorem laborem (i. e. puerorum institutionem) despiciendum.

5. — Je suis très consolé des occasions de faire le bien, qui se présentent à nos Pères; que le Seigneur bénisse leurs travaux! Il y a une chose qu'il ne faudra pas perdre de vue, c'est que ces Pères, qui auraient du talent pour les travaux d'enseignement ou d'écrire, ne se laissent pas tellement emporter par le goût du saint ministère, qu'après cela ils eussent trop de peine à se remettre à un autre genre de travail, dont le fruit ne se *goûte* pas si sensiblement que celui du saint ministère, mais n'en est pas moins solide, ni moins abondant *A. M. D. G.*, ni moins méritoire pour l'éternité.

Dolet Socios in Americam Septemtrionalem missos non Novae Aureliae residentiam statuisse.

6. — *Amérique.* — Je n'en sais rien depuis bien longtemps. — Oh! que la station à la Nouvelle-Orléans eût été plus heureuse! Je le pense au moins encore aujourd'hui, comme je l'ai pensé dès le commencement. Nous verrons (3).

Adieu, mon bon Père; en union de vos SS. SS.

Franc. I. 74.

---

(3) De initiis novae Societatis in America Septemtrionali videri potest Burnichon III, 297-298. Vide etiam infra: *Epist. ad PP. in Missionibus degentes.*

IV.

AD R. P. NN. (IULIANUM DRUILHET).

Instructio de munere, quod P. Druilhet eiusque socius Pragae in aula Caroli X, Galliae quondam regis, adimplere debebunt. — 1. Quod ad eorum vitam attinet: A, Exempla Patrum olim in regiis aulis degentium. B, Precibus adiuvabuntur. C, Quid Ordinationes Generales praescribant. — 2. Quod ad munus ipsum spectat: A, Plus quam litterarum et scientiarum notitiam, conentur Principi rectum iudicium, amorem iustitiae, sensum aeternitatis tribuere. B, Ne nimiis eum pietatis exercitiis onerent.

Roma, 7 Aprilis 1833.

Instructio de munere, quod P. Druilhet eiusque socius Pragae in aula Caroli X, Galliae quondam regis, adimplere debebunt.

In primis dissimulare nobis non debemus officium, de quo agitur, non tam honorificum esse quam gravissimum ac periculis plenum. Et vero, si Societas, praecedentium temporum experientia satis edocta, existimare cogitur huiusmodi munera numquam suis aut exoptanda esse aut laeto ab iis animo suscipienda; nostris profecto diebus, qui tam *mali sunt*, non potest ea non refugere quam maxime atque adeo abhorrere. De tantae rei exitu, Deus... res publica... Societas... bonorum non minus quam adversariorum erga nos animus... verbo, omnia merito formidinem ingerunt, vel certe sollicitudinem maximam atque iustissimam [1].

Sed quoniam recusari non potuit, quod tam instanter petebatur, et in R.am V.am haec cecidit electio, non omittam aliqua enixe commendare in isto officio observanda, idque potissimum, ut ne muneri desim meo; nam ceteroqui de religiosa utriusque vestrum prudentia ita confido in Dno, ut vel absque ulla nostra hujusmodi commendatione ultro haec, quae dicentur, et his etiam plura, sitis ad maiorem Dei gloriam praestituri.

Quod ad eorum vitam attinet: exempla Patrum olim in regiis aulis degentium.

1. — *Quod ad vos* [2] *vitamque vestram attinet.* — *A.* - Eorum, quaeso, Patrum nostrorum exempla vobis imitanda proponite, qui olim in aulis principum versantes ita religiose se gesserunt, ut non unus illorum praeclarum nomen *boni in aula angeli* mereretur. Propriis suae vocationis officiis intenti, nihil sibi adhaerere ex malis illis patiebantur, quae ab aulis etiam optimis ac religiosissimis abesse vix solent. In aulae luce vitam illi, quantum fieri poterat, agebant absconditam in Deo, certe a mundi strepitu remotam; religiosae pietatis exercitiis statis quotidie horis pro more nostro vacabant; ac si quid vacui temporis a studiis ac laboribus pro

(1) Carolus nomine X, Galliae rex ab anno 1824, civili perturbatione anni 1830 e solio et patria eiectus, in Angliam primum, mox Pragam aufugerat. Unicus eius nepos Henricus, Comes de Chambord, natus erat 1820; huic ergo instituendo praeficiebatur P. Druilhet, cum P. Stephano Deplace. — Quid de illo munere evenerit, mox videbitur (cf. infra, epist. VII). Totam missionis illius historiam narrat BURNICHON II, pp. 107-131.

(2) Socius Patris Druilhet erat P. STEPHANUS DEPLACE, *Lugdunensis* (1785-1815-1846).

munere, quod in aula gerebant, necessariis supererat, illud vocationis suae memores sacris in animarum auxilium, pauperum praesertim vel infirmorum, ministeriis alacres impendebant. Ita viventes Deo, sibi, et officio sibi commisso, non modo in ipsis aulis religiosum spiritum conservabant, sed suam etiam libertatem tali loco necessariam; et aulicorum etiam, qui primum fortasse familiarius illos secum agere, et in communi conversatione magis frequentes optassent, aestimationem sibi ac Societati maiorem conciliabant in Domino. Quod vero caput est, talis eorum in aula vita, modesta, religiosa, collecta, segregata, Deo proprioque muneri unice addicta, divinam opem ad felicem gravissimorum munerum successum impetrabant.

Precibus adiuvabuntur.

B. - Nos quidem certe in Deo, in Deo solo, spem reponimus, dum vobis negotium committimus tam difficile tamque periculosum, cuiusque ratio reddenda, non modo coram hominibus, sed et coram Deo, erit sane gravissima. Itaque plurimis sacrificiis, ut iam coepimus, in singulas hebdomadas, pro vobis proque tantae rei felici exitu Divinae Maiestati offerendis, ex spirituali Societatis thesauro vos prosequemur.

Quid Ordinationes Generales praescribant.

C. - Caput XI Ordinationum Generalium plura continet, quae ad istud etiam munus, ad quod modo vos vocamini, referri possunt ac debent, ea praesertim, quae §§ 4. 5. 6. 7. 8. 12. et 13. expressa sunt, quorum quidem primum sub n. 4. de re agit (3), quae peculiaris praecepti, in virtute S. Obedientiae impositi, materiam attingit (*Censurae et Praecepta.* Cap. V. n. 4.). Quod proinde summa religione observandum; et si quando, quisquis ille sit, extra praescriptos in illo praecepto limites vos evocare tentet, libera statim voce respondendum: *non sunt ista nostri muneris, nec vocationis nostrae; non ad talia nos negotia aut consilia hic versamur.* Nulla enim nobis gratia a Deo promissa est in hac nostra vocatione, ad res istiusmodi agendas. Maxima in hoc genere prudentia vobis opus est, in familiaribus etiam colloquiis, et vel ipsa maxima prudentia vix sufficiet.

Quod ad munus ipsum spectat:

2. — Quod autem ad munus ipsum spectat, erga Principem exercendum - *Dabit vobis Dominus spiritum bonum petentibus se. Accedite ad Eum, et illuminamini.*

Plus quam litterarum et scientiarum notitiam, conentur Principi rectum iudicium, amorem iustitiae, sensum aeternitatis tribuere.

A. - Dubium non est, quin in Principis institutione non litteraturae et eruditionis copia, non multiplex scientiarum variarum cognitio spectanda sit; sed illud praecipue efficiendum, ut sanum et rectum iudicium de rebus ac personis formare discat; — ut robur animi induat ad iustitiam sectandam eamque in gubernandis olim populis vindicandam (iusti-

(3) Caput XI Ordinationum Generalium agit *De Confessariis Principum* et invenitur in *Instit. S. I.*, t. III, pp. 281-284. — *Censurae et Praecepta*, Cap. V n. 4, sic habet: « In virtute sanctae Obedientiae praecipitur Nostris omnibus, ne quis publicis et saecularibus Principum negotiis, quae ad rationem Status pertinent, ulla ratione se immisceat; nec, quantumvis per quoscumque requisitus aut rogatus, eiusmodi politicas res tractandas suscipiat » *(Institut. S. I.,* t. II, p. 573).

tia enim *firmatur solium;* ut contra, *propter iniustitias* transferuntur regna); — ut non tam *ius suum esse* quam *officium, debitum* intelligat, iura tueri *sua*, ita tamen, ne iura *non sua* arrogare sibi velit; id enim cum non raro a multis principibus factum sit, non pauci, *aliena* dum usurpabant, *propria* scilicet perdiderunt. — Finem ergo Principatus, eiusque recte gerendi media probe discat intelligere; sciatque *absque labore multo* bene ac feliciter administrari non posse; neve existimet, eum in quadam splendoris, honoris, opum recreationumque fruitione consistere. Aeternis rationibus gubernari se debere magis quam humanis, in rebus, ad quas gerendas aliquando vocabitur, intelligat. Male plerumque res gestas fuisse ac geri passim etiamnum, quod terram respicere semper, terrenis rationibus metiri omnia mortales soleant. Spes nonnisi terrenae, terreni timores, utilitates terrenae, terrena subsidia, atque ita terrena omnia, ut his non modo aeterna cedere cogantur, verum ut de aeternis ne cogitetur quidem, nec umquam oculi, animi in coelum subleventur. Hinc inevitabilis rerum publicarum, Regnorum, Imperiorum labes. Psalmi 106. v. 40. graphice exprimit ea, quae lugentes nostris temporibus videmus (4). — Ergo Psalmi 2. v. 10. et qui sequuntur, opportune ac suaviter, sed frequenter et efficaciter ingerendi, atque ita inserendi animo, ut numquam excidant, numquam dilabantur. Si qua spes salutis Principi, reique publicae, in his est. Sine his, quaecumque spes fallaces. Historia, praesertim Sacra Regum historia, quid sperandum, quid timendum sit Principibus, luculenter demonstrat, nostrorumque temporum tristibus eventibus explicandis faces lucentissimas subministrat.

B. - Quod ad *pietatis exercitia* pertinet, ratio docet, multam adhibendam esse *moderationem*. Neque enim eadem promovendae pietatis in Principe ratio tenenda, quae in communi hominum adolescentia formanda adhiberi solet industria; cum vel in hac ipsa, pietatis exercitia plus aequo producta aut multiplicata, nocere magis quam prodesse non semel experientia docuerit. « *Non debemus velle convictores nostros facere nimis religiosos* », scribebat S. Franciscus Borgia ad Prov. Aquitan. a. 1568. Si haec de convictoribus, quid de Principe?

Ne nimiis eum pietatis exercitiis onerent.

Iterum dico: *Dominus dabit spiritum bonum petentibus se. Finis* habeatur prae oculis semper, et *media* ad finem accommodata; ut probe cognoscantur ac fideliter et constanter adhibeantur, curemus et oremus. *Spera in Dno, et fac bonitatem; et ora eum et ipse faciet.*

Ipso die Resurrectionis D. N. J. C. 1833.

Franc. I, 82.

(4) Ps. CVI, 40 sic legitur: « Effusa est contemptio super principes; Et errare fecit eos in invio et non in via ». — Ps. II, 10 haec habet: « Et nunc, reges, intelligite; Erudimini, qui iudicatis terram ».

V.

Ad R. P. Iulianum Druilhet

Prague.

1. *Laetatur illum apud Capucinos degere, lectuli tamen sindonibus utens.* — 2. *Eum contra detractores roborat.* — 3. *Ne praetermittat Principem Archiepiscopum invisere.*

Rome, 6 Août 1833.

Laetatur illum apud Capucinos degere, lectuli tamen sindonibus utens.

(1) P. Marianus Puyal, *Hispaniae* (1792-1816-1855), Praepositus fuit Provinciae Hispaniae ab anno 1828 ad 1831 et iterum a 1844 ad 1850. — De eo fusius infra in aliis epistolis agetur. Vita eius concinne narratur apud Frías: *Prov. Esp.*, pp. 196-200.

(2) Agitur, ut putamus, de P. Sebastiano Sancho (1780-1817-1834), de quo videri potest Frías I. 250 et 606. Is Romam venit ad Congr. Gen. XXI, ut Procurator Prov. Hisp. — Postea vero in captivitate pro Christo positus (Nov. 1833 — Mart. 1834), vix recepta libertate mortem obiit Matriti. Agetur etiam de eodem in epistola XCII mox sequente.

di Dio e della salute delle anime. Cosa ha da fare tra Noi l'essere di una nazione o di un'altra? Se l'esser di nazione tale, o tale, ci rende meno buoni, o meno *cari a' Compagni*, questo sarebbe come un peccato irremissibile, perchè non si può emendare. V. R. è Spagnuolo; il P. Pavani, p. es., è Italiano; io sono Olandese: se questa nostra nascita ha da esserci impedimento all'uno presso all'altro, cosa faremo? Emendar questo non è possibile. Oh! quanto tale spirito impedirebbe la grande opera della gloria del Signore, e quella carità, che ad imitazione del nostro Sommo Re e Capitano Gesù Cristo, abbraccia tutte le nazioni e tutt'i popoli della terra.

In specie autem, Hispanica gens nobis probanda.

3. — Quanto poi alla nazione Spagnuola in particolare, io veramente non so capire, come da persone religiose, e che pensan bene, si possa averne, non dico basso concetto, ma anche poco concetto, quando si sà, quanto grande sia il merito degli Spagnoli nella nostra Compagnia, il cui Padre stesso fu Spagnuolo, e i cui più grandi Maestri di spirito e di scienza furono anch'essi Spagnuoli. Negli ultimi tempi poi, la resistenza, che cotesta nazione in massa fece allo spirito irreligioso e ribelle del secolo, le ha meritamente acquistato il titolo di eroismo nella fede e nella fedeltà.

Quod defectus quidam inter Nostros irrepserint, non mirandum, sed curandum est.

4. — Che poi ivi anche lo spirito morale e religioso abbia sofferto, come altrove, dalle passate vicende, e dagli sforzi dell'empietà, che maraviglia? Che vi sieno anche forse de' difetti e mancanze ne' Nostri, in cose prescritte dalle nostre Costituzioni e dalle nostre leggi, ciò non è della nazione, ma della miseria umana, che si trova in tutti i paesi, e vi si cerca rimedio.

Consuetudines vero a Provincia non transferendae absque discretione.

5. — Per quel ch'è pura consuetudine, in cose non sostanziali, già ho scritto altra volta a V. R., che può benissimo esser varia secondo le regioni diverse. Ed è poco, ch'io stesso ho rimproverato un Superiore, il quale in un'altra Provincia aveva introdotto una consuetudine, da lui appresa nell'antica Provincia in Russia, ove l'aveva pur praticata io, cosa buona e santa, ma di novità disgustosa alle persone di quell'altra Provincia. Io sono stato, posso dire, in quattro Provincie diverse, e quanto a consuetudini tali, ho sempre tenuto la massima: *Si fueris Romae, &c.*; ma, basta di questo. Quel che mi stà a cuore, come è mio dovere, si è che non vi sia *in Societate, neque Italus, neque Hispanus, sed omnes unum in C. J.* Tutti veri *Socii Iesu.....*

Pav., 62.

XCI.

Ad R. P. Emmanuelem Gil (¹), Rectorem

Madrid.

1. *Onus regendi Seminarii Barcinonensis non debuit inscio P. Generali suscipi.* — 2. *Desunt enim pares oneri homines.* — 3. *Nec sufficit benevolentia regia.* — 4. *Aut enim homines novi et inexperti adhibebuntur, aut peritissimi quique totius Provinciae Barcinonem mittentur, magno aliarum domorum detrimento.* — 5. *Plura solent damna ex immature multiplicatis domibus oriri* — 6. *Oneratur ergo conscientia Superiorum.* — 7. *Frater quidam, qui speciem negotiationis exercuerat, eidem muneri non reddatur.* — 8. *Deputatus ipse P. Gil ad* rationem studiorum *nostris temporibus accommodandam, paratus Romam veniat.*

Roma, 15 Iunii 1830

Scribo ad Ram Vam, quam esse istic Vice-Provincialem in absentia Patris Puyal audivi (quamquam id mihi nec ipse P. Provincialis, nec Ra Va nuntiarunt) de negotio, quod valde me angit.

Onus regendi Seminarii Barcinonensis non debuit inscio P. Generali suscipi.

1. — P. Sebastianus Sancho misit huc exemplar epistolae, quam ad Gubernatorem Catalauniae misit Exc. Calomarde (²), super negotio Seminarii Barcinonensis a Societate suscipiendi, ubi non sine stupore ac dolore legi ista verba: *cuyo Superior* (i. e. de los PP. Jesuitas) *hizo presente su condescendencia a los deseos de aquella Corporación Municipal, solicitando* etc. Quo jure, qua prudentia potuerit ista facere ille Superior, quisquis sit, non intelligo. Video negotium cum viris Principibus tractatum fuisse, et conclusum antequam ne verbo quidem aliquid ad me referretur, qui certe conscientia impeditus fuissem, quominus consensum dare potuissem (³).

(¹) P. Emmanuel Gil Sáenz, *Castellanae*, (1794-1816-1880), merito dicitur a P. Frías « unos de los hombres que mayores servicios prestaron a la Compañia española en el siglo XIX. De su larga vida de ochenta y seis años, pasó en ella los sesenta y cuatro, desempeñando casi siempre cargos de importancia » (Frías : *Prov. Cast.*, 73 sqq.). Triginta fere annos *Assistens Hispaniae* fuit (1853-1880), quo munere fungens Fesulis in Italia obiit 8a Febr. Praesentem epistolam legebat Matriti, ubi Rector Seminarii Nobilium erat ; quod munus octo annos obtinuit, id est, quamdiu stetit Seminarium. *(Id. ibid.*, ubi etiam vita eius compendiose narratur).

(²) Franciscus Thaddaeus, Comes Calomarde, vir in Hispanici Regni moderna historia nimis famosus, ingenio potius quam mentis rectitudine et firmitate praestans, ortus erat Villel in pago Aragoniae, 10 Febr. 1773. Fausta adversaque fortuna vicissim conflictatus, exsul demum e patria, obiit Tolosae in Gallia, 25 Iunii 1842. De illo cf. Espasa, sub v. *Calomarde*.

(³) « Nuestros Padres, desde que el Provincial volvió de Barcelona, ya no dieron un paso en este negocio ; porque el P. General, más bien que favorable era contrario, no creyendo que la Provincia tenía aún fuerzas para echar sobre sí esa nueva y tan pesada carga ». (Frías, I, 434) Vide etiam epistolam proxime sequentem.

Desunt enim pares oneri homines.

2. — Quid enim? Ex omnibus ipsius Provinciae Collegiis querelae huc deferuntur, quod desint ubique vel PP. Ministri, vel PP. Spirituales, vel Magistri idonei; ipsa Ra Va nuper iterum de defectu personarum conquesta est in isto suo Convictu . . . et in hoc rerum statu nova suscipiuntur onera, dum praesentibus ferendis impar est Provincia, idque absque legitima auctoritate?

Nec sufficit benevolentia regia.

3. — Scribit P. Sancho, Regi fuisse persuasum, non alio meliore remedio spiritum revolutionarium posse in Catalonia exstingui, quam si Collegium Iesuitarum ibi ponatur. Transeat! Sed Iesuitae illuc mittendi, ubi sunt? Nisi quicumque vestem Iesuiticam induerint, omnes continuo sint Iesuitae formati, quales esse debent, quibus negotia tanti momenti committantur, et quisque mox cum veste spiritum infusum habeat ?

Aut enim homines novi et inexperti adhibebuntur, aut peritissimi quique totius provinciae Barcinonem mittentur, magno aliarum domorum detrimento.

4. — Itaque alterutrum fiet: vel destinabuntur Barcinonem homines plane novi, a quorum administratione fructus habebitur exiguus aut nullus, in ignominiam Societatis, ad impiorum triumphum; vel quotquot erunt aptiores ex Matritentibus domibus ceterisve, auferentur, et domorum istarum conditio, iam non nimis bona, longe fiet deterior. Ita porro malum fiet irremediabile.

Plura solent damna ex immature multiplicatis domibus oriri.

5. — Ego certe istud malum in Societate gravissimum censeo, si ultra vires domus et onera multiplicantur; sic enim necessario Superiores ac PP. Spirituales constituuntur rerum nostrarum ignari, inepti ad ista officia; — sub his iuvenes non formantur; — ipsi iuvenes ad munera applicantur, ad quae bene gerenda neque scientia neque virtute satis instructi sunt; hinc damna gravissima et spiritualia, et moralia, et litteraria, et physica; — denique Societatis languor ac pernicies ultima. Nulla meliora arte daemon illud efficere poterit, ut Societas bonum illud ac praeclarum nomen, quod haereditatis loco a Patribus suis accepit, quod tot calumniae inimicorum, ipsumque intervallum suppressionis, delere non potuit, tandem penitus deperdat, fors nunquam amplius recuperandum.

Oneratur ergo conscientia Superiorum.

6. — Ego certe me *gravissimo crimine* reum existimarem coram Deo, *crimine,* inquam, *proditionis* adversus matrem Societatem, si tale quid facerem, aut ut fieret, sponte consentirem. Qui autem fecit ex Nostris, Superior, vel alius, ipse viderit. Benedictionem certe divinam in rebus ita imprudenter, si non etiam malitiose, gestis ego nullam sperare possum. Haec Ra Va communicet cum Patre Provinciali, et cum illo vel illis Nostris, quos noverit partem in infelici isto Barcinonensi negotio habuisse.

Frater quidam, qui speciem negotiationis exercuerat, eidem muneri non reddatur.

7. — De Fr. Ibañez [4] pridem varia nuntiata fuere scandalosa ob speciem negotiationis, quam exercebat, et ob quam ab huiusmodi rebus a P. Puyal fuerat remotus. Nunc audio,

---

[4] Fr. Emmanuel Ibañez, *Hispaniae*, (1796-1818-1847).

eum iterum producendum in publicum. Nollem redire eum ad illa priora.

8. — Puto Ram Vam non ignorare, se nominatum esse *deputatum* pro Hispania ad *rationem studiorum*. Non dubito quin omni studio se paret juxta Encyclicam mense ultimo missam (5), ut parata huc veniat mense Septembri.

Deputatus ipse P. Gil *ad rationem studiorum nostris temporibus accommodandam*, paratus Romam veniat.

SS. SS. me commendo ac sum ex animo.

Hisp. 1, 9.

XCII.

Ad R. P. Marianum Puyal, Provincialem

Madrid.

1. *Rem Seminarii Barcinonensis nondum actam et perpetratam esse, laetus rescivit.* — 2. *Utinam obsistat Episcopus efficienter, inceptaque impediat!* — 3. *Provincialis verba iureiurando confirmari, supervacuum est.* — 4. *Procurator Provinciae res temporales tractat, penuriam vero subiectorum nescit.* — 5. *Incaute ergo Praepositus Provincialis scriptis P. Procuratoris subscriberet, non prius lectis.* — 6. *Iuvenes parare et instruere conemur prius, quos postea operibus destinemus.* — 7. *Italice potius scribendum, quam Hispanice, ob Assistentium ignorantiam.* — 8. *Nimium Patris Rectoris Seguí zelum ipse Provincialis compescat.* — 9. *Pro defuncto benefactore fiant suffragia.*

Roma, 13 Luglio 1830.

Riscontro le due ultime di V. R., cioè l'una del 30 Maggio da Parma; l'altra del 24 Giugno da Barcellona.

1. — Quest'ultima mi ha levata, almeno in parte, la spina del cuore. Da quanto V. R. mi aveva scritto il 27 Aprile, e molto più da quanto poscia scrisse il P. Sebastiano, tutto giubilante e trionfante, al P. della Pegna (1), io non poteva non inferire, che dal canto dei Nostri il negozio di Barcellona era conchiuso; ed anche quella lettera ministeriale ossia Decreto Reale, di cui il detto P. Sancho mandava copia, (e poco dopo n'ebbi pure una copia da V. R. stessa) chiaramente dava a

Rem Seminarii Barcinonensis nondum actam et perpetratam esse, laetus rescivit.

(5) P. Roothaan a Congr. Gen. XXI (30 Iunii - 17 Augusti 1829) vix electus, mandatum acceperat *Rationis studiorum* revisendae et recentioribus temporibus accommodandae. Quod munus ut exsequeretur, paucis elapsis mensibus, ad omnes Praepositos Provinciales *Encyclicam* misit, quam hic memorat: *Litterae A. R. P. N. Roothaan de Ratione studiorum nostris temporibus accommodanda, 29 Maii 1838;* apud Pachtler (et Duhr): *Ratio studiorum et Institutiones Scholasticae S. I. per Germaniam olim vigentes...* (4 vol., Berlin, A. Hofmann, 1887-1894). Tomo IV, pp. 406 sqq.

(1) P. Ildephonsus de la Peña, *Mexicanae* (1798-1816-1869), cuius nomen hic italice transcribit P. Roothaan, tunc Romae degebat, ac munere fungebatur Proc. Prov. Hisp., ut videre est in *Catal. S. I.* 1830. De illo cf. infra, epist. CXIV, not. 10. Plura praesertim apud Decorme, *passim.*

vedere, non esservi altro impedimento che certe vertenze con quel Mons. Vescovo (2). V. R. poi, nella sua del 30 Maggio me ne parlò pure come di cosa fatta, del trionfo dei nostri amici in Barcellona, e del come V. R. vi era aspettata *come il Messia.* Io dunque non potei non inferire, che la cosa era fatta per parte dei Nostri, e per questo ne sentii vivamente la pena, e la espressi a V. R. nella mia del 25 Maggio; e poscia, ricevuta qui quella lettera del P. Sancho, e quel Decreto Reale, manifestai i miei sentimenti di dolore anche più vivamente al P. Gil, cui aveva sentito far le veci di V. R. in quella sua assenza (3).

Utinam obsistat Episcopus efficienter, inceptaque impediat!

2. — Ora V. R. mi dice, che non è ancora *conchiuso* l'affare, che sono solamente trattative. Tanto meglio! Sia benedetto il Signore! E se l'opposizione del Vescovo poco affezionato, od anche nemico, ritarderà l'esecuzione del progetto, potremo dire: *salutem ex inimicis nostris.*

Provincialis verba iureiurando confirmari, supervacuum est.

3. — Ella esponendomi lo stato dell'affare mi si offre a confermare quanto scrive con giuramento. Per carità, Padre mio carissimo, non dica mai questo. Io ho tale opinione della sincerità dei nostri religiosi, e specialmente poi dei Superiori maggiori, che il loro *si, si, no, no,* mi basta bene. Ognuno può, come uomo, sbagliare; ma che io possa dubitare che qualcuno di questi Padri miei scientemente mi assicuri una cosa per un'altra, questo non sarà mai, e se lo vedessi a segni chiari, non potrei ancora credere ai miei occhi.

Procurator Provinciae res temporales tractat, penuriam vero subiectorum nescit.

4. — L'ultima parte di questa sua del 24 Giugno mi sembra spiegare molto. Io ho sempre temuto che il buon P. Sebastiano, per uno zelo non ben inteso, fosse il principale motore in quell'affare di Barcellona. Egli, tutto nella procura di faccende temporali, non ha le mani in pasta (come si dice); cioè, non prova, come lo provano i Superiori, il grande guaio della mancanza dei soggetti (4).

Incaute ergo Praepositus Provincialis scriptis P. Procuratoris subscriberet, non prius lectis.

5. — Il sottoscriversi da V. R. quanto quel buon Padre le sottomette, senza leggerlo, mi sembra pericoloso assai; massime se son cose pel Governo, ove un'espressione può dare appiglio, e compromettere. Egli avrà le migliori intenzioni, ma le buone intenzioni salveranno ben lui *coram Deo,* ma non possono salvare la Compagnia dalle conseguenze, se ne venissero.

(2) De RR. illo Episcopo, haec habet FRÍAS, I, 427: « El Ayuntamiento hizo esfuerzos increíbles, generalmente apoyados por el Gobernador y Capitán General, en ambas épocas de 1815 a 1820 y de 1823 a 1835, para que colegio e iglesia se devolvieran a la Compañia; y en ambas se opuso con igual firmeza el Señor Obispo, D. Pablo Sichar ».

(3) Cf. epistolam XCI proxime priorem.

(4) Quas partes habuerit P. Sebastianus Sancho in his rebus, exponit FRÍAS, I, Lib. III., cap. II. *passim.* De virorum penuria iam agebat P. Roothaan in litteris supra relatis. Recurret etiam mox eadem lamentatio in litteris sequentibus. De P. Sancho, cf. supra, epist. XC.

6. — Insomma, prendiamo tempo, Padre mio carissimo, formiamo ben bene la nostra gioventù (e cotesta Provincia ne ha un bel numero, e dei buoni ed eletti, il che mi consola grandemente) e non dubitiamo, che quando avremo gente formata, non ci mancherà ove impiegarla con avanzamento della gloria di Dio e della salute delle anime.

Iuvenes parare et instruere conemur prius, quos postea operibus destinemus.

7. — V. R. scrisse quest'ultima in lingua castellana, ed io per me ne ho piacere. Ma, quando son cose da comunicarsi coi Padri Assistenti, è meglio che lo faccia in latino o in italiano, che tutti l'intendono; altrimenti siamo costretti a tradurne la sostanza per quei Padri Assistenti che non intendono tale lingua.

Italice potius scribendum, quam Hispanice, ob Assistentium ignorantiam.

8. — Quanto alle cose del P. Seguí [5], scrittemi il 30 Maggio, veramente sono stranezze di prima classe. Un genitore matto d'amore pel suo figliolo, spiega gran parte di quelle stranezze. Al P. Seguí io ho sempre scritto, come a V. R., che altro è *regola* e *legge* dell'Istituto, altro *usanza* o *consuetudine* di Provincia; e nelle particolari cose l'ho rimandato a V. R., come il buon ordine lo esige. Ella faccia da Provinciale, egli da Rettore; e, come tale, è subordinato al suo Provinciale. Ella lo moderi, ove volesse esser *nimium iustus*. Il *mezzo* è il sito della vera virtù. Spero, che parlandogli V. R., non lo troverà tanto restìo.

Nimium Patris Rectoris Seguí zelum ipse Provincialis compescat.

Il S. P. N. benedica in questo mese suo cotesta sua Provincia ed il di lei Capo!

Io pure ai SS. SS. mi raccomando e con tutta la stima e tutto l'affetto mi dico...

9. — P. S. La prego d'annunziare per la sua Provincia i soliti suffragi per l'anima del Conte Benedetto de Boigne, fondatore del nostro Collegio di Chambéry, defunto il 21 Giugno scorso. (3 *Sacra* et 3 *Coronae B. M. V.)*.

Pro defuncto benefactore fiant suffragia.

Hisp. I., p. 12

---

(5) P. Caietanus Seguí, *Hispaniae*, (1800-1816-18 ?), de quo plura videre licet apud Frías, I, *passim*, vir fuit ardentior quam prudentior et sui iudicii nimis tenax. Ideo non semel querelae de illius strictiore ratione gubernandi prolatae Romam venerunt (pp. 500-505, i. a.). Consuetudines autem, quas Romae observatas viderat, tanto nisu studebat in Hispaniam inducere, ut easdem socii coeperint vocare: « costumbres de Italia, cosas del P. Seguí » (*Id. ibid*). Paternis ergo monitis illum ad suavitatem et moderationem inducebat P. Roothaan; videbimus autem monitiones adeo non profuisse, ut P. Caietanus e Societate defecerit.

XCIII.

Ad R. P. Iulianum Lobo (1), *Madrid.*

1. *Gratias pro acceptis litteris agit.* — 2. *Iterum lamentatur penuriam virorum primariis officiis aptorum.* — 3. *Ingravescet autem malum, si charitatis vinculum relaxetur.* — 4. *Liber consuetudinum non modo utilis, sed et necessarius est.*

Roma, 23 Octobris 1830.

Gratias pro accepit litteris agit.

1. — Litteras Rae Vae 17. Iulii datas accepi a P. Gil, gratias ago pro communicatis mihi notitiis, non quod tales sint quae arrideant, cum potius affligant, sed quia et illas cognoscere necessarium. Utar illis opportuno tempore.

Iterum lamentatur penuriam virorum primariis officiis aptorum.

2. — Quod multa in ista Provincia desiderentur ad perfectam Societatis formam minime mirandum est, Pater charissime. Commune ubique malum, penuria nempe virorum gravium qui primaria officia cum honore et nostrum et externorum plena satisfactione sustineant, necessario sentietur, quamdiu maiores quam ferant vires, assumentur labores.

Ingravescet autem malum, si charitatis vinculum relaxetur.

3. — Sed ingravescet malum, si coniunctio desit animorum, si qui sese invicem iuvare, suaque unione fortiores evadere, ac mutuo auxilio pares laboribus effici deberent, puerilibus fere rixis et simultatibus dividantur, suisque privatis potius opinionibus quam communi bono servire malint. Desidero maxime, ut istic quisque pro ratione gradus sui adlaboret ad arctius constringendum charitatis vinculum, omnibus modis ad illud conferendo, cavendo praesertim ab omni susurratione et crisi de Superiorum agendi modo, &c. Unicum est illud in praesentiarum remedium, quod in nostra sit potestate.

Liber consuetudinum non modo utilis, sed et necessarius est.

4. — Instabo apud P. Provincialem, ut consuetudines Provinciae determinentur et approbationi nostrae submittantur (2). Qui istic dicunt melius fore, si omnes libri consuetudinum comburerentur, argumentum praebent exigui admodum iudicii; nullum unquam exstitit vel exsistere potest qualecumque Sodalitium, cujus omnes leges et formae scriptae sint. Ubique maior etiam legum pars traditione continentur. Nostra autem Societas plurimas habet pro ratione locorum et temporum, aliarumque circumstantiarum varietate definiendas, quae si consuetudine non determinentur, restat ut cuiusque Superioris arbitrio permittantur, et in dies cum magna rerum perturbatione mutari pro libitu possint, quod nemo dixerit.

Commendo me SS. SS.

Hisp. I. p. 20

(1) P. Iulianus Lobo, *Castellanae*, (1797-1817-1866).

(2) Lites de oppositione inter Italicas et Hispanicas consuetudines, ac de indiscreto zelo aliquorum reformatorum (duce praesertim P. Seguí), quales et quantae fuerint narrat Frías, I, 502 *seqq.* — Patri Seguí consentiebat ipse P. Lobo, cum P. Frías et aliis, qui « Romae se vidisse genuinum Societatis spiritum » iactabant... attamen non semper merito! Cf. epist. XCII.

XCIV.

Ad R. P. Raimundum Iosephum de Frías (1),

Madrid.

1. *Ad carceres et nosocomia deputatus, illuc tamen ne iverit, quamdiu instet periculum contagii.* — 2. *In aula regia munus suum (praeceptoris Principum) impleat; pericula vitet; mundanis rebus et negotiis minime immisceatur; confessiones vero libenter audiat.* — 3. *Nimium zelantes quidam ad discretionem revocantur.* — 4. *De rebus gestis in civitatibus Alcalá et Torrejón petitur relatio sincera.* — 5. *Spes reducendae pacis habetur.* — 6. *Ipse P. Frías non est alter P. S*[*eguí*], *de quo multum sollicitus est P. Generalis.*

Roma, 10 Dicembre 1831.

Ad carceres et nosocomia deputatus, illuc tamen ne iverit, quamdiu instet periculum contagii.

1. — Riscontro le due carissime sue del 31 Ottobre e 3 Novembre. Spero che a quest'ora il P. Provinciale le avrà comunicato quel che gli scrissi intorno alla di lei destinazione per andare alle Carceri ed Ospedali. *V. R. non deve andarvi assolutamente, almeno finchè dura il menomo timore e sospetto di malattie attaccaticcie* (2).

In aula regia munus suum (praeceptoris Principum) impleat; pericula vitet; mundanis rebus et negotiis minime immisceatur; confessiones vero libenter audiat.

2. — Il P. P.... (3) ha avuto altra destinazione; e in conseguenza bisognerà (se si può, come spero) che V. R. si addossi anche la parte che aveva il P. P. alla Corte. Giacchè ella vi è, vi sia nell'impiego *uno solo*, purchè ciò sia possibile. *Ad Maiorem Dei Gloriam*, Padre mio. — Ho piacere, che la Corte non le dà nulla di cortigiano, che così deve essere, perchè il religioso faccia del bene alla Corte, senza far del male a sè. *Vos de mundo non estis.* Il proprio suo ministero e null'altro. Le convenienze, manco male, vanno osservate; ma del resto, non brighe, non immischiamento in affari che non sono del suo impiego, non raccomandazioni di persone o cose non appartenenti al suo ministero, &c. E poi per la sua persona, molta attenzione per conservare lo spirito, e in particolare la

---

(1) P. Raymundus Iosephus de Frías, *Hispaniae* (1801-1817-18 ?) in *Catal. Prov. Hisp. S. I.* anno 1831 sic notatur: *Praec. reg. Princ.*, *Praef. spir. conv.*, in Matritensi Collegio Imperiali, cuius Rector erat P. Caietanus Seguí, nobis iam notus. Ambo quidem « indiscreti reformatores » iuxta verba historiographi P. Adelmi Frías (I, Lib. III, cap. IV) videntur fuisse; ambo extra Societatem Iesu mortui sunt. Ex praesenti tamen epistola et aliis, patet R. P. Generalem menti et iudicio Patris R. I. Frías plus confidisse, quam Patris Seguí.

(2) « El P. Morey... dispuso que el P. Frías y el escolar Antonio Gálvez, profesores de los Infantes, mientras estuvieran en Madrid, fueran a asistir a los enfermos en los hospitales una vez a la semana. El P. Frías, apenas recibió esta orden, creyéndola incompatible por su cargo, y su ejecución expuesta a un serio disgusto de parte de las personales Reales, escribió en derechura al P. General... El P. Roothaan escribió inmediatamente al P. Provincial (Morey), prohibiendo tal cosa ». Frías, I, 529.

(3) Ad P. Marianum Puyal, nobis iam notum, scripserat P. Roothaan, die 21 Nov. 1831: « Potendo ormai V. R. liberarsi dalla Corte senza veruna offesa de' benemeriti Principi, ho creduto *in Domino* di costituirla Rettore nel Collegio di Manresa ». (*Hisp. 1*, p. 54).

sua povertà, come ha fatto finora. — Confessare le persone che a V. R. s'indirizzano, perchè no? Desiderare, e molto più procurare, di aver per penitenti dei personaggi distinti, questo no. Ma a chi domanda, a chi vuole, perchè ricusare? *Omnis qui venit ad me, eum non eiciam foras.*

Nimium zelantes quidam ad discretionem revocantur.

3. — Già prima di ricevere le sue, mi ero accorto di quanto ella m'insinua, ed ho già scritto più di una volta raccomandando a cotesti Padri zelantissimi la discrezione (4), la quale è pure una virtù, non un vizio, come sarebbero le politiche mondane, e i *rispetti puramente umani.* Vi sono (non vi è dubbio), dei *rispetti* anche *umani,* ma che vengon comandati dal vero e sommo unico fine, e sono perciò non puramente umani, ma hanno del divino. Tali rispetti li aveva anche il N. S. P., benchè eroicissimo disprezzatore del mondo. Spero, che finalmente sarò inteso. Altrimenti... la buona intenzione non basta.

De rebus gestis in civitatibus Alcalá et Torrejón petitur relatio sincera.

4. — Ho sentito certe relazioni di cose strepitose e straordinarie fatte dai Nostri in Alcalá (5), e della Missione di Torrejón (6); e le relazioni sono tra loro opposte; le une *nere,* le altre *bianche.* Vorrei, che V. R. me ne dicesse qualche cosa *coram Domino.* Io, per ora, non posso a meno di non pensare, che vi sia stato del *male* e del *bene,* ossia del *bene* non tutto *bene.*

Spes reducendae pacis habetur.

5. — Spero anch'io che a poco a poco ogni divisione o specie di divisione cesserà (7), quando, considerate le cose da ambo le parti, ci verranno comunicate, e possiamo determinarle. Il gran male è, quando dall'una parte e dall'altra si sta come fisso fisso nelle proprie idee, mentre pure sembra assai chiaro, che da ambo le parti vi sia qualche torto.

Ipse P. Frías non est « alter P. S[eguí], de quo multum sollicitus est P. Generalis.

6. — Del suo *sfogo,* Padre mio, che dirò? Parmi d'averla capito bene. Non è egli un *S.* che, pare, trionfi? (8) Non mi

---

(4) Iam supra notavimus (epist. XCII, not. 5) lites et dissensiones inter Hispanos PP. ortas esse, ob quorundam Nostrorum (etiam Superiorum) indiscretum zelum. Cf. Frías, I, 504 sqq.

(5) Res illas profecto « extraordinarias », exeunte Augusto 1831, Compluti gestas, merito vocat Frías *un acto desacertado y ruidoso,* easque fuse narrat (I, 515-520). Iubentibus R. P. Morey, in Praepositum Provincialem recenter electo, et P. Caietano Seguí, missi erant, per plateas Compluti, novicii aliquot et FF. Coadjutores qui, rudi aut etiam ridiculo vestimento induti, eleemosynam peterent, instrumenta poenitentiae venderent, asellum aquam ferentem circumducerent, etc. Quod Vicarius Generalis non parum reprehendit, immo ne iterum fieret prohibuit. E Nostris autem fuerunt qui laudi, qui vitio id verterent.

(6) Paulo post « extraordinarios » eventus supra relatos, idem P. Seguí eodem loco (Alcalá) missionem dedit, cuius felicem exitum plures e Nostris adiudicandum putarunt poenitentiis illis insolitis. « Al dia siguiente de terminarse (la misión), se abrió el teatro, y no fué nadie » (Frías I, 524, nota). Idem, I, 580, addit: « La concurrencia a todas estas misiones fué siempre numerosa, sin haberse hallado frialdad y resistencia, sino en Torrejón de Ardoz, los primeros dias; pero aun allí finalmente el pueblo se rindió a la gracia, y el fruto fué como suele en todas partes ».

(7) Vide notam sub n. 4 praesentis epistolae.

(8) Haec procul dubio de P. Seguí, Rectore Matritensis Collegii, dicuntur; qui mandatorum et consuetudinum ipsarum strictissimus exactor, aperte dictitabat victoriam sui operis esse disciplinae observantiam in Collegio, eratque « triunfando en todas sus cosas » [Frías, I, 510]. Timores autem P. Generalis de illius perseverantia non fuisse vanos, eventus comprobavit (Cf. infra notam 1 ad epist. XCVI).

piace, non mi piace. E temo, temo per più ragioni. Faccia Iddio, che non venga finalmente ciò, che temo. *S.* non sarebbe già il primo, in cui i miei timori si avverassero. Vedremo. Ella porti la sua crocetta al piè del Crocifisso, e confidi. *Diligentibus Deum omnia, omnia, cooperantur.— In silentio et spe.*

Stia bene, caro Padre, — il Signore la benedica — mille auguri per le Sante Feste.

Preghi per me nei SS. SS.

Hisp. I., p. 55

XCV.

AD FR. SCHOL. FELICEM GÓMEZ (1),

Madrid.

De pronuntiandis Graecis verbis. — 1. In vocalibus ne admittatur iotacismus *modernus. — 2. In diphthongis* iungantur *vocales. — 3. In poematibus observetur* quantitas.

Roma, 10 Martii 1832.

Quaestionem, quam proponis de Graecae linguae pronuntiatione, nec meum est decidere (2), nec puto a quoquam certo definiri posse, quae sit vera pronuntiatio antiqua. Quid enim? Pronuntiatio non oculis, sed auribus percipitur; audire autem veteres Graecos nobis datum non est. Si tamen quaeris, quid sentiam:

De pronuntiandis Graecis verbis. In vocalibus ne admittatur *iotacismus* modernus.

1. —Mihi nullo modo probabile est, veteres omnia ista *ι, η, ει, υ*, pronuntiasse ut *i*, quemadmodum fieri nunc fere a modernis solet. Neque utilem esse talem pronuntiationem tironibus, dum graece discunt, existimo, cum tot diversi characteres omnes eodem sono efferantur.

In diphthongis *iungantur* vocales.

2. — Diphthongos certe non solutis sed iunctis, ex quibus constant, vocalibus esse pronuntiandas puto, nam *v. g. οϊ* non est diphthongus; *oy*, more Hispanorum, est.

In poematibus observetur *quantitas*.

3. — Aliam esse accentuum rationem, aliam quantitatis, evidens est; quod si quis Homerum v. g. pronuntiat, sola accentuum habita ratione, non quantitatis, satis patet qualis harmoniae futuri sint versus poetae, cuius *numerus* tamen lauda-

(1) FR. FELIX GÓMEZ, *Hispaniae* (1813-1827-18 ?), tunc Scholasticus, in Complutensi Collegio *auditor* erat *rhetoricae* et *bidellus*. Is unus erat ex Fratribus per plateas Compluti missis ad aquam publice vendendam (FRÍAS, I, 516). A Societate dimissus est 20 Maii 1838 (OCHANDORENA p. 52).

(2) Quantopere Graecam linguam calluerit P. Roothaan, novimus ex eius litteris, v. g. ad Ioannem Gilles, quas in vol. I huius collectionis transcripsimus (Cf. i. e., pp. 17, 25, 40, 41 *sqq.*).

tissimus est. — Ceterum, ut initio dixi, non video quid definiri possit in hoc genere. Nostrum est, ad usum regionis, in qua versamur, (si usus est inter eruditos admissus et constans) nos accommodare, ad maiorem Dei gloriam

Vale et me Deo in tuis precibus commenda.

Hisp. I, p. 65

XCVI.

Ad R. P. Antonium Morey [1],
Provincialem Hispaniae

Madrid.

Dubia solvit de consuetudinibus: — 1. Procedatur suaviter in observatione consuetudinum exigenda, ne nimia de minutis rebus religio animos offendat et solidioribus observantiis noceat. — 2. Eo maius, quod plures sic dictae consuetudines nondum consueta observatione convaluerunt. — 3. Poenitentiae etiam ne duriores exigantur, et potius spontanee quam ex obligatione fiant. — 4. Mittit catalogum indulgentiarum. — 5. Casus moralis locum tenet repetitionis studentibus theologiae. — 6. Iterum commendatur Seminarium Nobilium.

Roma, 4 Febbraio 1833.

Ho ricevuto la sua stimatissima del 4 Gennaio con la storia del Seminario dei Nobili (Deo gratias). Oggi stesso mi giunge la sua del 17. La mia ultima fu dell'8 Gennaio, in risposta alle sue del 10 e del 13 Dicembre.

Oggi le mando le risposte ai *dubbi* sulle *consuetudini*, con alcune *osservazioni* [2]. Il lavoro fatto per queste Consuetudini mi è piaciuto assai. Solamente:

Dubia solvit de consuetudinibus: Procedatur suaviter

1. — Le cose sono molto *minute* in varie materie. Bisogna dunque che in tali cose *minute* si vada con molta *soavità* nell'esigerle; altrimenti si correrebbe rischio che l'*essenziale* ve-

---

[1] P. Antonius Morey, *Hispaniae*, (1794-1819-1856), Praepositus Provincialis fuit a 4 Aug. 1831 ad 15 Oct. 1844, et a 25 Mart. 1850 ad 13 Nov. 1852. Qui primum strictiori disciplinae P. Seguí aperte favit, litterisque Romam missis et Patrem Seguí defendebat et Patres Gil Sáenz Puyalque culpabat. Postea vero, monitis Patris Roothaan et experientia propria edoctus, mentem mutavit. Vitam eius vide apud Frías: *Prov. Esp.*, pp. 200-206.

« No estará demás añadir aquí que, andando el tiempo, los dos Padres, Frías y Seguí, salieron de la Compañía; el primero de su voluntad y el segundo por no querer, a lo que parece, someterse a la obediencia. El P. Frías... se secularizó en 1849 » (Frías, I, 542). — Idem narrat Patrem Seguí vocatum esse Romam 30 Aug. 1832, ibique tertiam egisse probationem ad Sti Andreae. Anno 1848, cum civilis perturbatio Iesuitas omnes ex Italia abire coegisset, venit Palmam Mallorcae, in suam patriam, ubi adeo vehementer et imprudenter praedicavit, ut Superiores eum illinc abire iusserint. « Parece, aunque no lo tenemos bien averiguado, que los Superiores le quisieron sacar de allí; que se obstinó en no salir, y que esta fué la causa de su salida de la Compañia en 1853 » (Id. 543).

[2] De querelis illis et litibus circa *consuetudines* Romanas in Hispaniam inducendas diserte tractat Frías, I, 531 sqq.

nisse a soffrire per cagione dell'*accidentale*. Molte volte, le persone di virtù più soda e generosa non sanno farsi a quelle piccole osservanze, che si possono ben osservare *in tutti*, ma ottenerle da tutti è molto difficile, e l'*esigerle* indiscretamente diventa un'occasione di molti disgusti, e di difetti assai più gravi, che non siano cento mancanze ad una minuta osservanza di consuetudine in sè indifferente. Dico questo, perchè si vada innanzi con molta *soavità* e *discrezione*, facendo una giusta distinzione tra *consuetudine* e Regola, ed anche tra *consuetudine e consuetudine*.

in observatione consuetudinum exigenda, ne nimia de minutis rebus religio animos offendat et solidioribus observantiis noceat.

2. — M'immagino, che molte di queste ora scritte *consuetudini* così dette, non sono ancora in realtà *consuetudini;* cioè non sono ancora *introdotte*, ma sono piuttosto *da introdursi* ancora. Tanto più, dunque, *soavità e discrezione*.

Eo maius, quod plures sic dictae consuetudines nondum consueta observatione convaluerunt.

3. — Le penitenze sono molte e alcune anche dure ([3]). Mi consolerebbe assai il vederle praticate molto e da molti, ma *spontaneamente*, per ispirito di fervore e di carità; ma se spesso s'imponessero dai Superiori, e così si facessero *forzatamente*, ciò mi dispiacerebbe assai, perchè poco sarebbe conforme allo spirito della Compagnia. Con queste dunque penitenze il Superiore slarghi la mano co' *forti* e *ferventi*, ma vada adagio co' *deboli* e meno *fervorosi*. *Esortarvi* questi va benissimo; imporre loro tali penitenze senza molta discrezione sarebbe male, perchè niente conforme alla santa prudenza, la quale è una delle principali qualità di un Superiore. E il N. S. P. era *discretissimo*, e nei Superiori vuole singolarmente la *discrezione*.

Poenitentiae etiam ne duriores exigantur, et potius spontanee quam ex obligatione fiant.

4. — Mando anche copia delle Indulgenze, che ora abbiamo riconfermate ([4]), e il Catalogo dei Defunti dell'anno scorso.

Mittit catalogum indulgentiarum.

5. — Al suo quesito, se nell'estate, facendosi il *Caso Morale* il mercoledì, questo tenga luogo di Ripetizione, rispondo di sì, per quelli che v'intervengono, cioè *pei Teologi*.

Casus moralis locum tenet repetitionis studentibus theologiae.

6. — Le raccomando sempre il Seminario dei Nobili ([5]). Faccia quanto può V. R., giacchè è assai importante questo stabilimento ad majorem Dei gloriam.

Iterum commendatur Seminarium Nobilium.

Ai SS. SS. mi raccomando...

Hisp. I., p. 94

([3]) (El P. Seguí) « ... imponía fuertes penitencias; v. gr. una disciplina al cocinero, porque no le salió bien sazonada la comida ». FRÍAS, I, 506.

([4]) Indicatur hic vetus *Indulgentiarum Summarium*, a S. P. Gregorio Pp. XVI approbatum, 22 Dec. 1832. Cf. *Instit. S. I.*, *t. I.*, p. 441.

([5]) De Seminario Nobilium Matritensi, cf. FRÍAS, I, 412-422.

XCVII.

Ad R. P. Marianum Puyal,

Madrid.

1. *Gratias agit pro litteris.* — 2. *Etsi cholericam pestem in Baetica Provincia saevientem deplorat, simul laudat fortem Nostrorum animum usque ad propriae vitae devotionem.* — 3. *Regem Hispaniae Ferdinandum VII, recenter defunctum, tota Societas Deo commendabit.* — 4. *Item et nepotem Em.mi Card. Pacca.*

Roma, 15 Octobris 1833.

Gratias agit pro litteris.

1. — Exeunte mense Augusto ultimas dedi ad Rm Vm. Binas exinde accepi datas 16 et 22 Septembris cum annexis suffragiis de examine P. Artigas (1) et de gradu P. Boulanger (2); quod ultimum venit adhuc in tempore cum necdum attigerit legalem promotionis epocham.

Etsi cholericam pestem in Baetica Provincia saevientem deplorat, simul laudat fortem Nostrorum animum usque ad propriae vitae devotionem.

2. — Tristia certe sunt quae Ra Va scribit de Baeticae Provinciae calamitate, sed consolationis plenissima quae de Nostrorum fervore et zelo animas pro fratribus ponendi (3). Haec sane optima dispositio cumulatissimam Hispanicae Provinciae sociis afferet benedictionem. Iam quidem primus de universa Societate istic cecidit victima caritatis in cholericorum obsequio; qui enim eadem peste sublati fuerunt in Galicia Austriaca unus, alter hoc anno in America, cholericiis non inserviverant.

Regem Hispaniae Ferdinandum VII, recenter defunctum, tota Societas Deo commendabit.

3. — 13a hujus advenit nuntius de obitu Ferdinandi (4). Non deerit officio suo Societas erga eximium Principem de Societate tam bene meritum.

Item et nepotem Em.mi Card. Pacca.

4. — E.mus Pacca nepotem suum Patribus nostris commendatum desiderat; ipsum Rae Vae specialiter commendo (5).

Commendo me SS. SS.

Hisp. I., p. 113

---

(1) P. Ioannes Artigas, *Hispaniae*, (1803-1817-1834), in *Coll. Imper. Matrit.* munere fungebatur *Lect. metaphys., ethic. et ling. arab.* (Ita *Catal.* 1834). De eo, (quem p. 574 *José* nominat), haec habet Frías, I, 623, dum stragem die 17a Iulii 1834 Matriti factam enarrat: « Al P. Juan Artigas, insigne arabista, profesor de esa lengua y de Lógica en el Colegio, al subdiácono Pedro Demont... y al coadjutor Manuel Ostolaza... los condujeron entre golpes y baldones a lo más bajo del Colegio... y allí les quitaron bárbaramente la vida ».

(2) De P. Clemente Boulanger iam egimus (Cf. supra, epist. XXVIII, XXXI, ad PP. Prov. Franciae) et agemus infra (i. a. vide epist. CVIII). Erat tunc ille « uno de los Padres que, obligados a salir de Francia por la revolución de Julio, vinieron con algunos estudiantes al Imperial ». Frías, I, 205. — Ad gradum promovendus erat, et promotus est, die 2 Febr. 1834, cum esset paulo antea (Oct. 1833) constitutus Vice-Rector novi Collegii Aniciensis in Gallia (Burnichon, II, 141).

(3) « En Sevilla, que fué donde primero se presentó el contagio, todos (los Nuestros) se prestaron a servir a los enfermos... Al tercer día, el 13 de Septiembre de 1833, sucumbía víctima de la caridad el P. Coll. ». Frías, I, 587.

(4) Rex Hispaniae Ferdinandus VII obiit Matriti, die 29 Sept. 1833. De grato Societatis nostrae erga illum animo, vide Frías, I, 409-411 et 732-734.

(5) De Cardinali Pacca, eiusdemque in Societatis Iesu bonum opere, videri potest Koch, col. 1349-1351, ubi i. a. legitur: « Die Gesellschaft Jesu sieht in ihm einem ihrer besten Freunde und Wohltäter ».

XCVIII.

Ad R. P. Antonium Morey,
Provincialem

Madrid.

1. *Gratias Deo de tribulationibus, Provinciali de litteris, agit.* — 2. *De horrenda sacerdotum et noviciorum strage Matriti peracta.* — 3. *Pericula dispersionis qualia et quanta!* — 4. *Stabiles et fortes sint in vocatione sua!*

Roma, 23 Agosto 1834.

Gratias Deo de tribulationibus, Provinciali de litteris, agit.

1. — *Fiat, laudetur, atque in aeternum superexaltetur, iustissima, altissima, et amabilissima voluntas Dei in omnibus. Amen!*

Ho ricevuto a tempo debito la sua del 7 Luglio colle informazioni dei tre Padri proposti per il Collegio di Alcalá Per ora non occorre altro. La mia ultima fu del 3 del medesimo Luglio.

De horrenda sacerdotum et noviciorum strage Matriti peracta.

2. — Il giorno del S. P. Ignazio mi giunse quella sua, in cui era la dolorosa notizia del Noviziato (1). E l'*ottava* si sparse qui la prima notizia delle vittime di costì. Si diceva di 74 Gesuiti! (2) Nol volli credere, ma che qualche cosa fosse stata lo temeva bene. Venne poi una qualche notizia dal P. Emanuele (Gil); poi un'altra dal P. Berdugo (3); poi finalmente quella del P. Lerdo (4). Io ringrazio questi tre Padri dell'averci scritto. Il Signore li custodisca con tutti quei che rimasero, e sono dispersi!

(1) Horrendam illam sacerdotum et virorum religiosorum stragem, quae Matriti die 17a Iulii 1834 evenit, aliosque tumultuarios eventus narrat Frias, I, 592-667; quod Societatem Iesu in specie attinet, refert pp. 605 sqq.; de noviciis autem, agit pp. 638 sqq.

(2) « Fuera de los tres seglares, que fueran asesinados los primeros, cayeron muertos, la tarde del diez y siete, catorce Jesuitas, y otro murió de las heridas a las veinticuatro horas. Religiosos de Santo Domingo, al anochecer, siete. Mercedarios por la noche, ocho; y Franciscanos, cuarenta y dos. A éstos útimos deben añadirse, uno que de las heridas murió más adelante, y dos que huyeron del convento y de quienes no se volvió a tener noticia. Total, setenta y ocho ». Frías, I, 641-642.

(3) P. Marianus Berdugo, *Hispaniae*, (1803-1817-1857), de quo videri potest Koch, sub v. *Berdugo*, magister erat noviciorum, eosque « genuino Societatis spiritu » instruere studebat, non quidem secundum Patris Seguí mentem, sed iuxta Patris Roothaan monita. Cf. Frías, I, 530. Idem, ut infra videbimus, fundator fuit Missionis novae Bonaërensis, anno 1836. Vide epist. CIII.

(4) P. Ignatius Maria Lerdo, *Mexicanae*, (1786-1817-1861), Romam misit ad P. Roothaan fusam accuratamque *Relationem* sic dictam *tumultus irreligiosi* illius (de qua vide Frías, I, pp. X et XXI), cui utiles *Observationes*, lingua hispanica similiter redactas, addidit P. Eugenius Labarta (1807-1826-1895) futurus Praepositus secundus Provinciae Castellanae (1880-1886) et postea Toletanae (1887-1890). Documenta illa duo fontes sunt historici prae ceteris probati de eventibus Matritensibus, praesertim quod ad Collegium Imperiale spectat. De eorum tenore vide Frías, I, 608 sq. — P. Ignatius Lerdo *Assistens Hispaniae* fuit a 1840 ad 1853 et obiit in urbe Mexico. — De P. Eugenio Labarta, iterum agetur in epist. CXI; insuper videri potest Frias: *Prov. Esp.*, pp. 79-82.

Pericula dispersionis qualia et quanta!

3. — Questa dispersione più di ogni altra mi duole, per i grandi pericoli che corrono, dell'anima specialmente; giacchè *beati mortui, qui in Domino moriuntur,* e così spero e confido nel Signore sia stato con quei quindici, che sono mancati.

Ma i dispersi - specialmente i giovani - oh Signore! Basta: preghiamo! Sto in aspettazione di ulteriori notizie.

Stabiles et fortes sint in vocatione sua!

4. — Per quanto si può, bisogna stare al posto. Già non è necessario, ch'io raccomandi, che ognuno stia nella vocazione sua, e non s'immischi in verun modo in cosa da questa difforme. *Vos de mundo non estis* (5).

Ai SS. SS.

Hisp. 1, p. 133.

XCIX.

Ad R. P. Raphaelem La Calle (1)

Torino.

1. *Amborum Patrum in aula regia hispanica quondam, nunc cum eadem in Italia versantium, silentium aequo longius vituperatur.* — 2. *Praesertim cum P. Frías ad R. P. Generalem Franciscanorum scripserit.* — 3. *Vestem clericalem saecularem induant, vitam vero degant vocatione dignam.* — 4. *Commendatur* Instructio *de modo vivendi et agendi Nostrorum apud principes.* — 5. *Scribat et P. Frías!*

Roma, 13 Augusti 1835.

Amborum Patrum in aula regia hispanica quondam, nunc cum eadem in Italia versantium, silentium aequo longius vituperatur.

1. — Paucis abhinc diebus accepi Rae Vae epistolam, datam Londino 29 April. Gratum fuit, saltem aliquid litterarum accipere, quanquam sero sane. Dudum vero mirabar, numquam ex tanto tempore scriptum ad nos fuisse a Patre Frías. Equidem ad vestras, quam semel acceperam, ex quo ex Hispania profecti eratis, responderam suo tempore (2).

(5) Paulo post (23 Ian. 1835) ipse P. Roothaan testimonium reddebat Patribus, qui post Matritensem tempestatem in Hispania remanserant, quod fideles in vocatione sua perseverarent et ministeriis apostolicis operam darent. Scribebat enim ad Superiorem Hispalensem: « Quanto me dolore afficiunt regni istius calamitates et continua, quibus socii nostri expositi sunt pericula, exprimere scribendo non possum. Unum tamen est, quod me multum solatur erigitque, quod nempe ubique homines nostri, vocationis suae intenti ministeriis, pergant medias inter difficultates animas Deo lucrari et conservare ». *(Hisp. I, p. 148).*

(1) P. Raphaël La Calle, *Hispaniae*, (1783-1825-1848), confessarius erat regiorum Principum, quorum P. Frías praeceptor erat (Frías, I, pp. 407, 408, 600, 605) Primus director fuit (licet brevissimo tempore) Seminarii Nobilium Matritensis; infirmis postea ministrans, luem contraxit, unde fere ad mortem usque aegrotavit; in Lusitaniam (quo Principes erat secutus) mensis Mariani publice et sollemniter celebrandi morem induxit. Obiit in insula Melita *(Id. ibid.*, 420, 577, 586). Eius iudicii moderatio laudatur; et vita eius describitur apud Frías: *Prov. Esp.*, 213-222.

(2) Iam pluries notaverat P. Generalis amborum Patrum silentium, qui cum Principe Carolo eiusque filiis ex Hispania recesserant, et Angliam primum, dein Italiam petierant.

2. — Ac de P. Frías magis miratus sum hisce diebus, cum RRmus P. Altamira, V. O. Sti Francisci Generalis, mihi diceret, se accepisse litteras a P. Frías 24a Iulii, in quibus *mihi* ab ipso *salutem dici* postulabat! Credo equidem, bonum Patrem non advertisse, quam parum conveniret, ita scribi ad Generalem alterius Ordinis, ad proprium Generalem non scribi, idque nunc cum iam in Italia versemini.

Praesertim cum P. Frías ad R. P. Generalem Franciscanorum scripserit.

3. — Doleo equidem quod extra civitatem Taurinensem degatis, unde in Collegio nostro habitare vobis non liceat. Quoniam vero ita res se habent, non existimo conveniens, ut vestem religiosam induatis. Quibus vestibus induti venistis, vel clericali saeculari, utamini censeo, dum in aula versamini.

Vestem clericalem saecularem induant, vitam vero degant vocatione dignam.

Sane, mi Pater, satis non est Nostris, vitam agere proborum ac piorum sacerdotum saecularium. Plus a nobis vocatio nostra, plus a nobis et Deus et homines exspectant ac requirunt.

4. — Hisce meis adicio exemplar Instructionis, quam ante aliquot annos dederam duobus Patribus ad munus vocatis, quale vos geritis (3). Illam, queso, Ra Va cum P. Frías communicet (4). Quod si qua in hac Instructione continentur, quae fortasse vel ignorabantur a vobis, vel exciderant e memoria, revocentur, velim, et in usum deducantur, ne quid detrimenti capiatis vos, capiat Societas, ex isto munere, quod temporum adiuncta reddunt etiam periculosius (5).

Commendatur *Instructio* de modo vivendi et agendi Nostrorum apud principes.

5. — SS. SS. me commendo. Patrem Frías saluto et aliquid etiam ab ipso exspecto litterarum.

Scribat et P. Frías.

Hisp. I, p. 148

(3) Licet *Instructio* illa litteris in apographo scriptis iam non adhaereat, aperte satis agitur de monitis a R. P. Roothaan missis ad PP. Iulianum Druilhet et Stephanum Deplace, dum Pragam peterent (Cf. supra, epist. IV).

(4) Cum e litteris Patris Frías, tum ex eiusdem silentio, plane intellexerat P. Generalis fervorem illius aliquantulum deferbuisse; ideoque paterno quodam instinctu illum praemonebat.

(5) Eodem tempore, eamdem sollicitudinem demonstrabat Pater Roothaan erga P. ANTONIUM BRESCIANI, *Romanae* (1798-1824-1862), qui simili officio detinebatur in ipsa Taurinensi Regia curia. Scribebat enim ad R. P. IOSEPHUM LOLLI (1796-1818-1858) tunc Praepositum Provincialem, die 27 eiusdem mensis et anni: « I di lui (P. Bresciani) impegni alla Corte, *per sè,* lungi dal rimuovermi dal pensiero di chiamarlo altrove, mi fanno più desiderare grandemente la esecuzione. Purtroppo la esperienza della Compagnia passata, e anche la presente, ci dimostra esser tali impegni niente desiderabili per il di lei vero bene ». Additoque exemplo Patrum Frías et La Calle, concludebat: « Non sono essi come perduti per la Compagnia? Se tali esempi si moltiplicassero, dove anderemo? *(Taurin. II, p. 41).*

C.

AD R. P. RAIMUNDUM IOSEPHUM DE FRÍAS

Arona (1).

1. *Longum silentium vituperatur.* — 2. *Missam ad intentionem regii Principis iuxta petitum celebravit P. Generalis.* — 3. *De Hispanicis Patribus a patria profugis.* — 4. *Praeceptor Principum a rebus temporalibus abhorreat!* — 5. *Monitum exemplo confirmatur.* — 6. *Ad tertiam probationem agendam se accingat!* — 7. *Iterum commendatur prudentia et modestia.*

Roma, 3 Settembre 1835.

Longum silentium vituperatur.

1. — Ho ricevuto la sua *lungamente* desiderata del 23 Agosto. Come mai ha potuto immaginarsi V. R., che nella posizione in cui si trova, io potessi approvare il suo *silenzio?* (2).

Missam ad intentionem regii Principis iuxta petitum celebravit P. Generalis.

2. — Ho subito fatto ciò che mi chiedeva a nome di S. A. R. il Principe suo allievo, celebrando la S. Messa nella Cappella di S. Luigi, ieri 2 corrente, a di lui intenzione. Miei rispetti al medesimo.

De Hispanicis Patribus a patria profugis.

3. — Dei Nostri di Spagna non sappiamo altro, se non che sono dispersi. Niuna lettera finora da loro. E' giunto qui in questi giorni lo Scolastico *Parrondo* (3), già Maestro in Valenza, ora educatore di un giovanetto già convittore colà, venuto insieme col Sig. genitore del giovane. - Dicesi che il P. *Oller* (4) fa la quarantena in Civitavecchia? Vedremo! (5).

Praeceptor Principum a rebus temporalibus abhorreat!

4. — Mi sono meravigliato, caro Padre, che V. R. nella sua lettera non mi parla della *Istruzione* mandatale colla lettera che scrissi al P. La Calle (6), e alla quale Ella ha risposto. Solamente il contenuto nella sua mi mostra maggiormente la necessità di quella istruzione, perchè mi sembra di vedere appunto dalla sua lettera, che V. R. viene adoperata in cose e consigli, pei quali non ha *vocazione* nè *grazia* per conseguenza, e ciò mi tiene grandemente sollecito. Non occorre dissimularlo, il mio riflesso è quello di molti altri anche non nostri. Più V. R. crede di agir bene e con ogni prudenza, e più temo io, e per le cose stesse, e per V. R. e per la Compagnia. V. R. in tal posizione è fuori della sua sfera. Da istruttore de' Principi

---

(1) « Don Carlos era afectísimo a la Compañia, y tenía consigo a los Padres Frías y La Calle para la educación de sus hijos » (FRÍAS, I, 605). Ideoque illos secum adduxerat, hunc confessarium, illum professorem regiorum Principum, dum profugus ex Hispania recesserat.

(2) Cf. epistolam immediate priorem.

(3) P. STEPHANUS PARRONDO, *Toletanae*, (1812-1826-1888), docebat in Collegio Valentino *rhet poet. et linguam graecam.*

(4) P. PAULUS OLLER, *Hispaniae*, (1798-1824-1862). Eodem anno docebat in Collegio Manresano, *supr. et med. class.* (sic).

(5) Ad P. Roothaan scribebat P. Lerdo, 19 Sept. 1835: « El Superior (de Manresa) que es algo cobarde, dejando a sus súbditos, se fué a Mallorca; y otros tres: el P. Pablo Oller, el H. Esteban Parrondo, escolar, y el H. Santiago Oleza, novicio, se embarcaron para Italia y habrán, tal vez, llegado a Roma » (Refert FRÍAS, I, 664).

(6) De P. La Calle et de *Instructione* hic memorata, vide epistolam proxime priorem, not. 3.

V. R. è passato e divenuto *Consigliere* della Principessa (7), e ciò in tali circostanze, e solo!!! Come può stare questo col suo stato di religioso della Compagnia (8)?

5. — Quando al principio del secolo scorso un certo Padre venne nominato dal Re di Portogallo per suo consigliere intimo, il P. Generale d'allora gli scrisse, che subito ottenesse dal Re la licenza da tale impiego, o che si considerasse licenziato dalla Compagnia (9). Ciò dico, per farle intendere, quanto un membro della Compagnia debba essere lontano da simili brighe.

Monitum exemplo confirmatur.

6. — V. R. dovrebbe, già è tempo, prendere il Grado; dovrebbe perciò far la terza Probazione (10); ecco un giustissimo motivo per ottenere da S. A. R. la sua licenza. Niuno può meglio adoperarsi per questo, che V. R. stessa; e la Principessa, per l'amore che porta alla Compagnia, non vorrà farle danno. Starò io a vedere, quanto sia l'amore che V. R. porta alla sua vocazione. Qui mostri la sua prudenza, in ottenere dolcemente questo.

Ad tertiam probationem agendam se accingat!

Intanto presenti i miei omaggi a S. A. R.

Ai SS. SS.

7. — *P.S.* Mi saluti il buon P. La Calle, - col quale vorrei comunicasse le cose, e consultasse con lui ciò che può consultarsi. Non è prudenza fidarsi di sua propria prudenza, e non consultare che sè solo. Sta scritto: *Vae soli!*

Iterum commendatur prudentia et modestia.

Non so se le RR. VV. vadano ancora vestite all'inglese (11). Almeno prendano la veste di Preti. Così vidi qui il confessore di Don Sebastiano (12).

Hisp. I, p. 149.

---

(7) Nobilis illa regiae Lusitaniae stirpis femina soror erat regis Michaëlis Lusitani, paulo antea e patria eiecti (31 Maii 1834); quae primum sponsum habuit Infantem Petrum Carolum Antonium, nepotem Caroli IV, et in aula regia Matritensi vivebat. Mortuo eius sponso, mortuaque sorore eius, quam in uxorem duxerat Princeps Carolus *(Don Carlos)*, filius minor Caroli IV fraterque Ferdinandi VII, viduus hic cum illa vidua ad novas nuptias migrarunt, anno 1838. De illa vide etiam Frías, I, 408, 595, 602.

(8) Ipse P. Frías ad P. Generalem scripserat: Regiam illam dominam, sororem defunctae Reginae et iam toti Augustae Familiae solam moderantem, summam omnium rerum fiduciam ipsi suo confessario habere: « non fa nulla senza consultarmelo e dipende, si può dire, dalle mie labbra ». (Arona, 23 Agosto 1835).

(9) Eventus ille sic refertur apud Koch, col. 1451. « D. Pedro II machte (1677) seinen Beichtvater Manuel Fernandes zum Mitglied des Staatsrates; doch legte dieser, gemahnt durch den Ordengeneral, sein politisches Amt bald nieder ». Praepositus Generalis illo tempore erat A. R. P. Ioannes Paulus Oliva, qui Societatem ab anno 1661 ad 1681 gubernavit. Petrus autem Bragantiae II Lusitaniam quidem rexit ab anno 1667, loco fratris sui Alphonsi VI, a munere depositi; regis autem titulum obtinuit a 1683 ad 1706. Inde explicatur cur P. Roothaan scribere possit: « al principio del secolo scorso ».

(10) Non sine fundamento timebat P. Roothaan, ne diutius in regia aula versàretur P. Frías, nec sine aliquo religiosi spiritus detrimento. Ideoque occasionem arripit illius a Principum familiaritate revocandi. Peracta Romae tertia probatione, P. Frías ad gradum admissus est die 2 Febr. 1838. Postea vero, ut notavimus supra (Cf. epist. XCVI, n. 1) Societatem sponte reliquit, anno 1849.

(11) De veste clericali induenda iam scripserat P. Generalis ad P. La Calle, ut modo legimus in litteris prioribus. Ex ilis et praesentibus iteratis monitis, patet quantopere cordi habuerit, suorum mentes et animas ab omni periculo praeservare!

(12) « El infante D. Sebastián... con su madre la Princesa de la Beira, prima de Fernando VII, vivía en la Corte de España... casado poco antes con una hermana de la Reina y de la Infanta Luisa Carlota » (Frías, I, 408 et 602).

CI.

Ad R. P. Antonium Morey, Provincialem

(Madrid ?)

1. *Benedictus Deus, adiutor in tribulationibus !* — 2. *Iuvenes nostri, ne eorum studia impediantur, nonne extra patriam mitti debent ?* — 3. *Iter quidam non adeo difficile, mansio autem periculosa. Videat ergo P. Provincialis ipse.* — 4. *Certamen dat Deus ad victoriam.*

Roma, 13 Ottobre 1835.

Benedictus Deus, adiutor in tribulationibus !

1. — Ricevetti la stimatissima sua del 10 Agosto, nella quale mi prometteva un'altra, che finora non giunse alle mie mani. Soltanto ebbi in questi giorni una del di lei amico il Sig. Lerdo (1). Sia benedetto il Signore, che li ha preservati finora in mezzo a tanti pericoli! Oh! faccia la Divina Bontà, che si abbrevino questi giorni di tribolazione per la Spagna, in mezzo a tante fazioni! Temo peraltro che non sia per finire così presto (2).

Iuvenes nostri, ne eorum studia impediantur, nonne extra patriam mitti debent ?

2. — Mi fa gran compassione lo stato di tutti, ma specialmente dei giovani, che dovrebbero studiare; e come potranno farlo costì? Non vorrei, che un poco ben inteso desiderio di conservarli, li perdesse. Ella conosce ciò, che io penso, e che ho proposto già da lungo tempo. Ed è pur conforme al detto del Signore: *Si....... in aliam* (3).

Iter quidam non adeo difficile, mansio autem periculosa. Videat ergo P. Provincialis ipse.

3. — Pe' passaporti non pare che vi sia tanta difficoltà, giacchè vediamo venire tante persone di ogni condizione e colore. Lo stare accolti in casa di amici, va bene per un po' di tempo; ma alla lunga, - se anche ci si stia bene pel corpo, - tanto peggio per lo spirito! - Basta! Ella raccomandi la cosa al Signore; ci pensi; senta consiglio; e faccia quel che può A. M. D. G. (4).

Certamen dat Deus ad victoriam.

4. — Certo, che il Signore permette tante cose, non per niente ma, ad ogni modo, pel maggior bene dei suoi, purchè gli si sia fedele. *Certamen forte dedit, ut vinceret.* Noi preghiamo, e continueremo a pregare. — In unione ai SS. SS.

Hisp. I, p. 151

(1) Evidenter agitur hic de P. Ignatio Lerdo, de quo iam supra egimus (Cf. n. 4. ad epist. XCVIII). Vitatur autem vox *Pater* vel *Reverendus*, propter odium publicum contra Societatem adhuc saeviens. Similiter paucis antea mensibus, (6 Martii 1835) P. Provincialis Morey ad P. Superiorem Hispalensem scribens, statum Societatis nostrae in Hispania symbolicis his verbis describebat: « La enferma, aunque está de peligro, pero va trampeando, y se puede esperar que todavía cure de su dolencia ». (Citat Frías, I, 658).

(2) Decretum regium, datum 4 Iulii 1835, Societatem in tota Hispania iterum suppressam, suisque omnibus bonis, domibus, reditibus spoliatam publicaverat. Die tamen 19 Sept. adhuc poterat P. Morey Patri Generali renuntiare plerosque Nostros in locis degere, ubi antea fuerant, immo et Sacerdotes aliquot ministeria apostolica *dissimulate* exercere (Frías, I, 664).

(3) « Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam » (*Matt. X*, 23).

(4) Constat nullum noviciatum Provinciae Hispaniae extra patriam stabilitum fuisse ante annum 1838, quando Nivellis in Belgio steterunt, ut videbimus. Interea tamen domus Loyolensis, quasi per miraculum (ut ipse dicebat P. Roothaan) conservata, aliquot recepit novicios, dum alii apud parentes suos manebant.

CII.

AD R. P. RAIMUNDUM GARCIA (1),

Amiens.

1. *Designatur P. García ad locum Patris Frías apud regios principes occupandum.* — 2. *Quod fieri nunc potest absque ulla Marchionis Berriozábal offensione.* — 3. *A socio suo P. La Calle petat « Instructionem » a P. Generali missam.* — 4. *Rem quantum cordi habeat P. Roothaan !*

Roma, 22 Decembris 1836.

Designatur P. García ad locum Patris Frías apud regios principes occupandum.

1. — Inexspectatum prorsus istae litterae ad R. V. deferent nuntium. Noverit sane Patrem Frías Romam fuisse evocatum, quo parari se possit ad professionem et tertium probationis annum peragendum (2). Cum prius de hoc voluntatem Regis Catholici pertentassem, respondit Princeps piissimus ac nostro Ordinis studiosissimus, sibi fixum esse nulla unquam in re dispositiones Superiorum interturbare. Cum autem rescivit Patrem Frías profectum esse, iussit Patri Gil ut a me rogaret alium e Societate hominem, qui institutionem Principum a Nostris inchoatam perficeret et Patri La Calle socius adiungeretur. Haec autem tanti momenti provincia ad te, optime pater, demandatur. Igitur in nomine Domini, quantocius fieri poterit, ad hoc munus suscipiendum pergas !

Quod fieri nunc potest absque ulla Marchionis Berriozábal offensione.

2. — Parum, ni fallor, abest, quominus absolutus iam sit annus, quo durante, ingenuum iuvenem Berriozábal (3) in suis itineribus comitari indultum tibi fuerat. Praeterea, tum praenobilis istius Marchionis ultra aetatem maturitas, tum novi muneris excellentia, faciunt ut nullus dubitem nihil ex hac parte

(1) P. RAIMUNDUS GARCIA, *Castellanae* (1798-1824-1877), primum docuerat historiam et geographiam in Seminario Nobilium Matritensi, tunc vero ob civiles anni 1834 perturbationes ex Hispania profugus, comes et praeceptor erat nobilis cuiusdam iuvenis, nomine Berriozábal, de quo mox dicemus. Postquam vero simili munere functus est apud regios principes hispanicos, annos plures in Belgio vixit, apostolicis operibus deditus. In Hispaniam tandem redux, obiit Matriti, annos natus 79. Is biographiam scripserat angelici Fratris MARIANI CREUS, *Hispaniae*, (1806-1824-1826), quem in noviciatu socium habuerat. Plures alios edidit libros vel libellos, de SSmo Corde Iesu, de B. V. Maria, de Exercitiis spiritualibus, etc. De illo vide SOMMERVOGEL, III, 1219-1221; et FRÍAS, I, 494,

(2) Cf. notam 10 ad epist. C, supra.

(3) Non unus ex NN. Hispaniam reliquerat cum aliquo suo alumno et eiusdem familia (Vide *supra* in epist. C, nota 3, quod dicitur de F. Scholastico Parrondo). Iuvenis, de quo hic sermo est, alumnus Patris García, erat Ioannes Emmanuel Berriozábal, filius marchionis (postea et ipse marchio) de Casa Jara. E Peruana stirpe oriundus, natus erat Cuzco anno 1815 ac puer cum genitoribus ad Hispaniam transierat. Vir evasit litterarum peritus et plura non ignobilia reliquit opera, inter quae praesertim citantur: *El recreo práctico-religioso* (1843) et *La Reina de los Cielos* (1844). Obiit Parisiis, ubi iam a pluribus annis vivebat, anno 1892 (ESPASA, sub v. *Berriozábal).*

oriturum esse morarum aut difficultatis. Quin etiam, eius parentibus vertetur in decus, atque ut spero in solatium, quod eundem suus filius ac ipsiusmet Regis filii habuerint institutorem. Iterum igitur dico, in nomine Domini, quantocius ad locum tibi a Deo praefixum te conferas, ac de acceptis hisce meis litteris certiorem facias.

A socio suo P. La Calle petat « Instructionem » a P. Generali missam.

3. — A Patre La Calle, cum quo maxime intimam serves velim unionem et charitatem, rogabis instructionem ab anno et amplius ipsi communicatam (4) circa modum quo oportet ut se gerat ille, cui id officium committitur. Erga Dominum Serapionem Serrano (5), erga Serenissimam (6), nihil exhibeas, quod non deceat genuinum socium illius qui dixit: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde ». — Quod ad Principes attinet, haec tibi verba velut a S. Ignatio et Deo Domino Nostro saepius inculcata revolve: « *Ministerium tuum imple: hoc enim faciens et te ipsum et alios salvos facies* » (7).

Commendo me SS. SS.

P. S. Verbis meis plurimam salutem dicas D. Berriozábal; quem, si usque ad Salisburgum cum R. V. contenderet, praeclare acturum esse existimarem.

Rem quantum cordi habeat P. Roothaan!

4. — Cum me lateat, ubinam nunc degat R. V., duplex hujus epistolae per hodiernum cursorem mitto exemplum; Amstelodamum unum, alterum vero Ambianum. Et hac sedulitate intelliget V. R. quantum mihi corde sit, ut quamprimum R. V. quae ei iniungo exsequatur (8). Ipsius diligentia faciet *ad maiorem Dei gloriam*.

Hisp. I, p. 166.

---

(4) De *Instructione* illa iam egimus. Vide epist. XCIX et C.

(5) D. Serapio Serrano sacerdos erat unus e pluribus, qui inter familiares illius regiae curiae annumerabantur; prae ceteris bono erat animo erga Societatem nostram.

(6) *Serenissima* vocatur regia illa femina *(la Princesa de la Beira)*, de qua iam sermo fuit in epist. C. n. 12.

(7) His verbis iterum demonstratur summa Patris Rothaan prudentia, qua Patres in regiis aulis detentos semper hortabatur, ne rebus, ab apostolico suo munere alienis immiscerent se. Audivimus enim eum similia consilia dantem Patribus Druilhet et Deplace (Cf. supra, epist. IV) monitumque recitavimus, ad Provincialem Taurinensem de Patre Antonio Bresciani missum (Cf. supra, epist. XCIX, n. 5).

(8) Sollicitudinis illius testimonio sit epistola mox secutura. Nec minorem adhibuit sedulitatem P. García oboediendo, quam P. Generalis iubendo (Cf. *infra*, epist. CIV).

CIII.

AD R. P. RAPHAËLEM LA CALLE,

Salzburg.

1. *Rex (praesumptus) Hispaniae Carolus unum e NN. petiit, qui loco Patris Frías sufficeretur. — 2. Designatus est P. R. García, et quare. — 3. Obsequia et vota. — 4. Boni de Bonis Auris nuntii referuntur.*

Roma, 27 Decembris 1836.

1. — Accepi a P. Emmanuele [Gil] litteras, quibus mihi nuntiat, Regem, ubi nuntium accepit de P. Frías istinc discessu, suam manifestasse voluntatem, ut quam primum alius ex Nostris eidem, qua instructor Principum, substitueretur. Iam hoc mihi minitabatur optimus D. Serapio [1], qui fors ipse maxime institit suis ad Regem litteris, ut id fieret. Quidquid sit, faciendum utique, quidquid fieri potest, quo Principis voluntati fiat satis.

Rex (praesumptus) Hispaniae Carolus unum e NN. petiit, qui loco Patris Frías sufficeretur.

2. — Ex Hispania nunc quidem evocare quemquam difficile nimis est. Ex iis, qui hic versantur, Patribus, qui admodum sit tanto idoneus muneri, non invenio. Suggessit mihi P. Gil, ut P. Raimundum García, qui cum praenobili iuvene, cuius patri debet plurimum atque adeo vitam, peregrinatur, destinarem. Puto hoc fieri posse. Itaque scripsi in eas Gallicae vel Hollandiae partes, in quibus peregrinantes illos nunc versari scio, ut P. Raimundus quaeratur diligenter, et inventus meas recipiat litteras, quibus eum Salisburgum ad vos pergere iubeo [2]. Spero equidem, et Patrem ipsum brevi inventum iri, et cum istuc advenerit, muneri satisfacturum.

Designatus est P. R. García, et quare.

3. — Ra Va mea humillima deferat Serenissimae [3] obsequia, votaque occasione festorum; et quid fecerim, ut voluntati Regis obsequerer, exponat. Rdo Domino Serapioni, meis item verbis, plurimam salutem. — Ra Va bene valeat, ac Deo gaudeat protectore et fautore; meque in SS. Sacrificiis commendatum habeat.

Obsequia et vota.

4. — Faustissima accepimus nuntia a P. Berdugo, qui cum Sociis quinque advenit in Buenos Aires [4]. Excepti fuerunt velut in triumpho, et sollemne *Te Deum* decantatum. Primus post 69 annos in pulpito Patrum nostrorum contionatus est P. Majesté [5]. — Suppetias petunt 20 vel 30 Sociorum! — *Messis multa...*

Boni de Bonis Auris nuntii referentur.

Hisp. I, p. 168.

(1) De *optimo* illo D. Serapione Serrano actum est in epist. priore CII.

(2) Sedulitatem illam P. Roothaan (ut ipse merito dicebat) iam notavimus ex epistola eius praecedente.

(3) Iam diximus (*supra*, epist. C, n. 12) quaenam sit illa *Serenissima*.

(4) « El 28 de Mayo 1836... seis sujetos con el P. Mariano Berdugo por Superior... se hicieron a la vela en Cádiz; y el 9 de Agosto desembarcaron en Buenos Aires, donde el Gobierno, el clero y el pueblo los recibió con el mayor agasajo. Fué la Compañia reconocida oficialmente; dióse a los Padres nuestra antigua iglesia y Colegio »... etc. (FRÍAS *Prov. Esp.*, 118). De P. Mariano Berdugo, cf. epist. XCVII, supra, et CV infra.

(5) P. FRANCISCUS MAJESTÉ (si *Ochandorenae* auctori credamus) natus erat 1807 et Societatem ingressus 1819 (i. e. annorum 12), quam reliquit 4 Mart. 1843.

CIV.

Ad R. P. Raymundum García,

Salzburg.

1. *Prompta eius oboedientia laudatur.* — 2. *Deo confidat et Deum precetur!* — 3. *Nil inconsulto P. La Calle agat, eiusque saluti invigilet!* — 4. *Eximiis Principibus benedicat Deus!*

Roma, 15 Februarii 1837.

Prompta eius oboedientia laudatur.

1. — Accepi quas ad me R. V. dedit litteras, Ambiani 4[a] die Ianuarii, Lutetiae 9[a] et tandem Salisburgi trigesima die eiusdem mensis. Mihi praeplacuit promptitudo, quacum R. V. ad iter se accinxit (1); quam sane oboedientiae alacritatem D. O. M. remunerare non distulit, quippe qui salvum te et incolumem, Pater mi carissime, ad locum quo tendebas, deduxit.

Deo confidat et Deum precetur!

2. — Nullus dubito, quin novis eam compensare beneficiis pergat; tibi enim, modo in eum semper fidas, illiusque maiorem gloriam procurandam, veluti finem unicum, ante oculos tibi in omnibus constituas, suppeditabit quaecumque ad provinciam tuis curis demandatam rite ac uberi cum fructu administrandam requiruntur. Frequenti ac ferventi oratione opus est, ut cognoscere possis, in innumeris quae occurrent circumstantiis, quomodo te gerere debeas.

Nil inconsulto P. La Calle agat, eiusque saluti invigilet!

3. — Nihil alicuius momenti statuas, quin prius cum optimo P. La Calle (2) consilium inieris, cuius quidem Patris Praefectum sanitatis te constituo. Illum verbis meis salutes velim, et quantum mihi cordi sit, ut afflictam valetudinem reparet, significes. Consolationi mihi fuerunt paucula quae mihi scripsit verba, de quibus ei gratias ago et habeo maximas.

Eximiis Principibus benedicat Deus!

4. — Gaudeo de faustis nuntiis quae ad me refers de Principibus, ac praesertim de primogenito (3). Bonum illud, quod iam positum est fundamentum, ad fastigium usque Divina Bonitas perducere dignetur! Regiis istis tantae spei alumnis, nec non et Serenissimae humillima, quaeso, mea deferas obsequia.

Commendo me SS. SS.

Hisp. I, p. 172.

---

(1) Nec mirum sane est, bonum subditum celeriter mandato oboedivisse, quod P. Generalis adeo diligenter exsequendum et dixerat et curaverat! Cf. supra, epist. CII.

(2) De P. Raphaële La Calle, vide epist. XCIX, C, CIII supra.

(3) *Primogenitus* ille regius princeps erat Carolus nomine VI, quem historici saepius ut Comitem de Montemolín designant. Caput dynastiae *Carlistae* fuit Carolus-Maria-Isidorus (1788-1855), quem ipse P. Roothaan Regem appellat (Cf. epist. immediate priorem), nomine V apud suos habitus. Huic tres filii erant, quibus educandis Patres Societatis nostrae praefecerat: Carolus (1818-1861), primogenitus hic vocatus; Ioannes-Carolus (1822-1863), qui e praesumptis regiis iuribus cessit, eademque in filium suum Carolum VII, Ducem Matriti (1848-1909) contulit. Tertio filio nomen erat Ferdinandus.

CV.

Ad R. P. Nicolaum Montemayor (1),

Bruxelles.

1. *Laetus rescivit P. illum Nicolaum, e periculis ereptum, nunc Bruxellis salvum vivere.* — 2. *Is optat quidem Bonas Auras transire, quem tamen, si res melius habeant, Hispania reducem cupiet.* — 3. *Eventus ergo Providentiae dispositioni relinquatur.* — 4. *Interdum de Gallia ne cogitaverit!*

Rome, 23 Mars 1837.

Laetus rescivit P. illum Nicolaum, e periculis ereptum, nunc Bruxellis salvum vivere.

1. — Votre bonne lettre du 14 Février m'a causé une véritable joie: Notre bon Père Montemayor, dont nous ne savions pas trop ce qu'il était devenu, à Bruxelles... ! d'où il écrit lui-même.... en français.... ! Réjouissez-vous, mon cher Père, puisqu'il a plu au Seigneur, de faire avec vous un véritable *jeu* de son aimable Providence! Tant d'épreuves, tant de courses, tant de dangers: *pericula, pericula ... in mari, in terra,* etc. *et ex omnibus eripuit me Dominus!* Voilà qui est beau, consolant! Je vous ai embrassé en esprit, mon bon Père, et bien de tout mon coeur.

Is optat quidem Bonas Auras transire, quem tamen, si res melius habeant, Hispania reducem cupiet.

2. — Vous me parlez de Mission: de Buenos Aires (2). Il est vrai que là on demande du monde; et il s'ouvre un vaste champ aux ouvriers évangéliques; — et le P. Montemayor, oh! comme il serait le bienvenu! Quel bien ne pourrait-il pas y faire! — Mais je ne voudrais pas vous donner de moi-même cette destination. Si les choses devaient s'arranger en Espagne, ce serait là, qu'on vous désirerait grandement.

Eventus ergo Providentiae dispositioni relinquatur.

3. — Mais, puisque nous sommes dans des circonstances, où la Providence donne elle-même *immédiatement* ses dispositions, je m'abandonnerais à elle, et je dirais ainsi: « Si un bâtiment de Buenos Aires se présentait dans le port d'Anvers; et *si* vous vous en sentiez la bonne inspiration; et *si* cela pouvait s'arranger, je vous donnerais volontiers, et je vous donne ici, la permission d'aller rejoindre le P. Berdugo » (3). Priez, voyez, et faites!

---

(1) P. Nicolaus [de] Montemayor, *Hispaniae*, (1787-1823-1850) inter alia, professor fuit scripturae sacrae in seminario Maioricensi (Frías, I, 545). Americam Meridionalem revera petiit, et in ea ministeria apostolica exercuit. Postea vero in Hispaniam rediit et mortuus est Ecijae in Andalucia, 28a Aprilis.

(2) Quali quantoque detrimento Americae Meridionali fuerit exstinctio Societatis, quibus postea desideriis reditum eiusdem anhelarent magistratus, cum ecclesiastici, tum civiles, fuse describitur apud Frías, I. pp. LXVIII-XCIV et 274-282.

(3) P. Marianus Berdugo (de quo cf. supra, epist. XCVIII et CIII) prius Hispalem se contulerat, ut ad isolas Philippinas transiret (Frías, I. 665): quod ei non successit. Diximus eum anno 1836 missum esse ad Missionem Bonaërensem restaurandam (cf. epist. CIII, n. 4). Eidem Missioni, titulo superioris primum, postea Vice-Provincialis, diu ac feliciter praefuit. Romam revocatus (1856), ut *Praef. spir.* munere fungeretur in Coll. Romano, ibi piissime obiit, 26 Ian. 1857 (Cf. Koch, col. 193-194).

Interdum de Gallia ne cogitaverit !

4. — En attendant, je ne pense pas qu'il faille penser à aller en France; ce que vous feriez là, vous pouvez le faire également à Bruxelles.

Adieu, mon cher Père! Je vous souhaite un bienheureux *Alleluia,* et je suis en union de vos SS. SS.

Hisp. 1., p. 173.

CVI.

Ad R. P. F ..... [1],

Valencia.

1. *Dissipatam et perditam vocationem luget.* — 2. *Noxium autem membrum resecare non dubitat.*

Roma, 14 Novembris 1837.

Dissipatam et perditam vocationem luget.

1. — Summo animi mei dolore, iam didiceram quam Barcinone tenueras agendi rationem; unde minime miratus sum, quod ex litteris tuis die 16 Octobris cognovi, vocationis gratiam a te dissipatam et perditam esse. Non enim ex alio fonte oritur dimissionis, quam a me petis, desiderium. Non possunt huiusmodo petitiones, quin a me gemitus extorqueant. Ut plurimum enim, qui miserunt *manum ad aratrum* in Societate, et *respiciunt retro,* vel in hac ipsa vita poenas inconstantiae luunt; atque utinam tribulationes, quibus subiacent, aliae nunquam finiendae non excipiant !

Noxium autem membrum resecare non dubitat.

2. — Cum tamen, pro muneris mei ratione, tenear universali Societatis bono providere, et membra quae noxia censenda sunt resecare, transmitto has litteras ad P. Morey, qui nunc in Francia degit, cuiusque arbitrio prorsus relinquo, ut tibi patentes dimissionis tradat.

Commendo me SS. SS.

Hisp. I, p. 186.

[1] Brevis haec epistola ideo referenda visa est, quia mirabilem praebet imaginem animi P. Roothaan; tenero enim affectu deflet perditam filii vocationem; firma tamen manu membrum noxium resecat, ut Societati sibi commissae attente ac debite, iuxta munus suum, consulat.

CVII.

AD R. P. EMMANUELEM GIL (1),

Loyola.

1. *Gaudet noviciatum et seminarium fauste procedere.* — 2. *Dolet vero FF. Coadiutores quosdam, oboedientiae immemores, animum super gradum suum gerere.* — 3. *Liber* Consuetudinum, *discordiae quondam semen, ne incaute et praepropere in istam domum inducatur!* — 4. *Prudentia circa res politicas.* — 5. *Vernaculam linguam accurate discant iuvenes.* — 6. *Contra faciliores mores et nimiam humanitatis mollitudinem praemuniantur alumni.* — 7. *Finis nostri memores simus!* — 8. *Apologia pro monitionibus.*

Roma, 15 Febbraio 1838.

Gaudet noviciatum et seminarium fauste procedere.

1. — Ringrazio V. R. e per mezzo suo i suoi PP. Consultori delle loro lettere d'ufficio. Mi dà veramente consolazione, di sentire il buono spirito che Dio si degna compartir al piccolo drappello di Novizi che S. Ignazio ha riuniti nella sua casa (2). Godo anche dell'andamento del Seminario. Sessantasei convittori! Chi li avrebbe mai aspettati in tali circostanze di tempo? Grazie ne siano rese al nostro Santo Fondatore!

Dolet vero FF. Coadiutores quosdam, oboedientiae immemores, animum super gradum suum gerere.

2. — Ma una cosa che non so capire, si è come si possa fare che nella casa propria di Sant'Ignazio, alcuni Fratelli Coadiutori intendano così male la prima *consuetudine* della Compagnia, cioè l'*ubbidienza;* si allontanino tanto dal proprio spirito della Compagnia, dallo spirito di ubbidienza. Tutti i suoi Consultori sono unanimi nel riferirmi sì grave disordine; e debbo confessare, che ne ho avuto il cuore trafitto (3). Anzi se non cercassi di apportarvi un pronto ed efficace rimedio, temerei che tutta la Compagnia ed in particolare quella tanto a me cara e tanto tribolata Provincia di Spagna ne fossero castigate. — V. R. dunque faccia ben capire a codesti Fratelli quanto sono ingrati verso Dio che in mezzo a tanti pericoli, per un tratto di provvidenza singolare, gli ha condotti sin a

(1) De P. EMMANUEL GIL SÁENZ, vide supra, epist. XCI, XCVI.

(2) « Cuando María Cristina, por su decreto del 4 de Julio de 1835, disolvió la Compañia en España, dominaba D. Carlos en gran parte de las provincias vascongadas ; y así, en Loyola no tuvo ejecución el decreto, antes bien, la dispersión de las demás comunidades dió ocasión al aumento de ésta ». (FRÍAS : *Prov. Esp.*, 113). Die 28 Febr. 1838 (paucis ergo diebus post scriptam praesentem epistolam) scribebat P. Generalis ad P. Franciscum Mendizábal (de quo infra, epist. CXIV « Socii hispanici in varias dispersi sunt provincias ; Loyolae tamen, media inter Pyrenaeorum iuga, sacer ignis servatur ». (*Hisp. I, Mex.*, p. 11).

(3) Quamnam difficultatem moverent contra oboedientiam Fratres illi Coadiutores, quidnam « ultra gradum suum » sibi assumerent aut vindicarent, ex litteris ipsius Patris Gil ad P. Generalem non apparet. Nec de difficultatibus illis sermo ullus in sequentibus epistolis recurrit.

cotesto porto di salute; e quanto le loro pretensioni sono contrarie alle loro regole; poichè siffatti deliri gl'impediscono di *aiutare* i Padri e non fanno altro che rendersi d'impedimento e di peso. Però il loro fine non è altro, se non che di essere *coadiutori*. Se vogliono intendere in un'altra maniera l'Istituto, non sono per noi. Dò a V. R. una piena ed assoluta facoltà di cacciar fuori della Compagnia, quelli che persistessero nella loro disubbidienza. Se una volta usciti, portano le armi, potranno giudicare tra l'ubbidienza militare e l'ubbidienza religiosa quale sia la più rigorosa.

Liber *Consuetudinum*, discordiae quondam semen, ne incaute et praepropere in istam domum inducatur!

3. — Il P. Morey mi ha scritto, che avea raccomandato che facessero giungere d'Avignone a Loyola il Libro delle *Consuetudini*. Gli ho risposto subito che non si affrettasse di farle promulgare; che fin qui non ne avea veduto nessun bene; che quel libro era stato una sorgente di discordie [4], e che pigliasse per conseguenza le precauzioni che gli avea tante volte suggerite negli anni 1833 e 1834; cioè che non fossero prescritte come obbligatorie; che *tutto* non fosse prescritto in *tutti* i luoghi, ma che si avesse riguardo alle *località;* perciò che interrogasse, prima di promulgarle in una Casa, il Rettore di essa e i PP. Consultori. Dico dunque al P. Morey, che prima di farle pubblicare in Loyola, senta il parere di V. R. e di cotesti Consultori. Desidero anche che mi sia trasmesso cotal parere. Debbon manifestarsi con ischiettezza gl'inconvenienti che possono trovarvisi.

Prudentia circa res politicas.

4. — Le circostanze dei tempi sono veramente scabrose e difficili; procuri però V. R. che i Nostri siano molto prudenti nel palesare quello che possono individualmente pensare in punto di politica.

Vernaculam linguam accurate discant iuvenes.

5. — Il rimprovero che si fa a molti dei nostri Convitti [5] è che la lingua del paese è trascurata; raccomando assai allo zelo di V. R. questo punto. Se i professori delle basse classi sanno bene essi la lingua del paese, se la parlano sempre correttamente, se sono diligenti a correggere gli scritti dei loro discepoli riguardo all'ortografia, etc., questa cura quasi insensibile ma continua gioverà più, che se dopo averla negligentata si consacrasse nelle scuole superiori molto tempo alla lingua del paese, col pregiudizio del greco e del latino.

Contra faciliores mores et nimiam humanitatis mollitudinem praemuniantur alumni.

6. — Di più, poichè si pianta adesso cotesto convitto, abbia l'occhio attento acciò, che non si lasci introdurre tra i giovani alunni un certo spirito di delicatezza e di morbidezza, che sarebbe anche biasimevole in un Conservatorio di donzelle; l'educazione che diamo ai nostri allievi dee essere sodamente cristiana; e siffatte morbidezze sono totalmente opposte

---

(4) Lites de *Consuetudinibus* ex Italia in Hispaniam introducendis ortas, ac multiplices de illis interventus P. Generalis retulimus supra. Cf. epistolas XCII, XCIII, *sqq.*

(5) Seminarium seu convictus alumnorum institutus erat Loyolae, paucis ante mensibus, anno 1837 (Frías: *Prov. Esp.*, 113).

allo spirito del Cristianesimo; dee essere tale che i giovani possano servire utilmente il loro principe, e consolare i genitori; ma se si avvezzano nei Collegi all'amore delle spese e della comparsa nel vestire, a soddisfare la gola, etc., faranno la disperazione dei loro parenti, che talvolta si saranno ruinati per mantenergli al Seminario, e non saranno di nessuna utilità per la loro patria. C'è molto meno di pericolo in ciò che i figli di quattro o cinque gran signori non trovino nel Convitto il lusso e tutti gli agi della casa paterna, che se una cinquantina vi trovasse molto più che nella casa paterna, e così venisse a disgustarsi della semplicità in cui vivono i parenti.

7. — Dobbiamo anche nei Convitti ricordarci che il fine di tutto quanto abbraccia la Compagnia, non è altro se non che di portar gli uomini a tendere al loro fine ultimo per i mezzi che Gesù Cristo c'insegna nel suo Vangelo.

Finis nostri memores simus!

Saluto tutti quelli che sono in Loyola, i Novizi particolarmente.

8. — P. S. Forse quest'ultimo *predicozzo* non è necessario a V. R. per cotesto Convitto? In tal caso, ella lo prenda *ad abundantiam*.

Apologia pro monitionibus.

Hisp. I, p. 192.

CVIII.

AD R. P. LAURENTIUM GRASSET (1),
Nivelles.

1. *Patres ex Hispania eiecti, in Belgio fructuose operantur.* — 2. *Rite quidem, nam Societas nostra profecto* catholica *est.* — 3. *Speratur tamen in patriam Hispanorum reditus.* — 4. *Conterimur, ut unum simus.*

Rome, le 3 Novembre 1838.

1. — Je réponds à votre lettre du 19 Octobre. Le bon P. Boulanger (2) me porta votre lettre; c'est à lui que je remets cette réponse.

Patres ex Hispania eiecti, in Belgio fructuose operantur.

(1) P. LAURENTIUS GRASSET, *Hispaniae* (1807-1826-1849). Is, cum adhuc Scholasticus esset, quomodo incolumis evaserit e strage Matritensi (17 Iulii 1834) narrat FRÍAS, I, 622-623. In Galliam postea missus, obiit Parisiis.

(2) P. CLEMENS BOULANGER, *Campaniae* (1790-1823-1868), de quo iam non semel sermo nobis fuit (Cf. epist. XXVIII, XXXI, XCVII), natus quidem erat in Gallia, ubi etiam obiit; sed Hispaniam petierat post gallicas perturbationes civiles mensis Iulii 1830 (FRÍAS I, 505). Mox autem in Galliam rediit et nascenti Collegio Valsensi primum praefuit (1833-1836); postea, seminario maiori Nanceiensi (1836-1837) et Residentiae Parisiensi (1837-1842); demum Praepositus fuit Provinciae Franciae a 4 Febr. 1842 ad 16 Mart. 1845. Obiit in Issenheim oppido Alsatiae, 12 Iunii 1868. (BURNICHON, II, 141, 394). Idem post tragicos Matritenses eventus scripserat ad P. Roothaan, sponte offerens domum Valsensem, cuius Rector erat, ad accipiendos exsules et profugos Hispaniae Patres (26 Sept. 1835).

Il m'est très consolant de voir que vous n'êtes pas inutiles, vous et vos compagnons, là où vous êtes.

Rite quidem, nam Societas nostra profecto *catholica* est.

2. — En effet, les enfants de Saint Ignace devraient tous être comme de ces plantes qui viennent également bien sous tous les climats, et non pas comme celles qui ne viennent bien que dans un sol et sous un climat déterminé. La Compagnie est éminemment *catholique.* Je bénis donc le Seigneur de vos dispositions.

Speratur tamen in patriam Hispanorum reditus.

3. — Espérons néanmoins, que tôt ou tard nos bons Pères et Frères espagnols pourront rentrer dans leur patrie et y reprendre ces ministères dont le besoin se fera sentir plus que jamais. — En attendant, comme le bon Dieu fait tourner tout au bien pour ceux qui l'aiment, profitons de toutes les dispositions de la sainte et toujours aimable Providence.

Conterimur, ut unum simus.

4. — Ce ne sera pas un petit bien pour la Compagnie, que celui que le Comte de Maistre exprime quelque part en parlant des nations européennes: *être broyés pour être unis.*

Adieu, mon cher Père; que le Seigneur vous console, vous bénisse, vous et vos chers compagnons, que je salue tous bien cordialement en Notre Seigneur.

Je suis en union de vos SS. SS.

Hisp. I, p. 201.

CIX.

Ad R. P. Laurentium Grasset,

Bordeaux.

1. *Domum Loyolensem a nobis ereptam deplorat, et ne evertatur timet.* — 2. *De iuvenibus inde eiectis manet sollicitus.* — 3. *Nam ne ipsa quidem domestica suppellectilia impune hinc inde transferuntur!* — 4. *Promotio* ad gradum *mox eventura salutatur.*

Rome, le 16 Janvier 1841.

Quoique j'espère que le P. Morey soit déjà mieux, cependant, puisque c'est vous qui m'avez écrit le 4, c'est à vous, mon bon Père, que je réponds.

Domum Loyolensem a nobis ereptam deplorat, et ne evertatur timet.

1. — Que pouvons-nous dire ou faire? Elever les yeux en haut, et dire: *Amen... Ita, Pater, quoniam sic fuit placitum ante Te!* Loyola était jusqu'ici notre grande consolation (1).

(1) Domus « sancta » Loyolensis non diu illa « mirabili » pace gavisa est, qua eam donatam esse vidimus (cf. *supra*, epist. CVII) « Después de varios vejámenes, por fin en la Navidad de 1840... el Gobierno progresista del regente Espartero disolvió la comunidad, que contaba más de 120 seminaristas. Estos se fueron a sus casas, los Nuestros se dispersaron »... (Frías: *Prov. Esp.*, 113).

Voilà que celle-ci nous est aussi ôtée. Dieu soit loué! Si au moins ce sanctuaire reste debout! Hélas! Les lieux saints de N. S. sont entre les mains des Turcs et des Schismatiques; faudrait-il s'étonner, si le Sanctuaire de N. S. P. Ignace.....! Enfin! il faut bien s'accoutumer à faire tous les jours la grande offrande que S. Ignace nous a enseignée: *Tomad, Señor, y recibid,* etc. (2).

De iuvenibus inde eiectis manet sollicitus.

2. — Toute ma sollicitude se porte maintenant sur les sujets qui étaient à Loyola. Je conçois que le projet de Bilbao était un projet en l'air. Mais, que feront-ils? — Dans les maisons particulières? Hélas! C'est si dangereux pour l'esprit de notre vocation! — Ailleurs, hors d'Espagne? Quelques-uns, sans doute, pourront bien être utiles ailleurs; les jeunes *Magistri* porront étudier.

Nam ne ipsa quidem domestica supellectilia impune hinc inde transferuntur!

3. — Malheureusement, sur le nombre, il y en a ordinairement, auxquels une transmigration fait perdre presque toute la valeur, comme il arrive avec les meubles qui, faits pour une maison, perdent presque tout leur prix lorsqu'ils sont transportés (3). Cela ne devrait pas être avec nous autres, *cosmopolites;* mais: *homines sumus!* Enfin, à la garde de Dieu! Que la bonté divine assiste le Père Provincial, pour que tout s'arrange le mieux possible! Veuillez saluer de ma part ce bon Père, en Lui communiquant cette réponse.

En union de vos SS. SS.

Promotio *ad gradum* mox eventura salutatur.

4. — P.S. Pour le 2 Février, je vous félicite d'avance, et en vous embrassant en esprit, je vous dis dès aujourd'hui: *Memor sit Dominus sacrificii tui! — Memor esto et tu!* (4).

Hisp. I, p. 224.

---

(2) Incipit hispanicis iis verbis oratio devotissima, quam S. P. Ignatius in sua *Contemplatione ad amorem*, post primum punctum, suggerit; latine: *Sume, Domine, ac suscipe*, etc.

(3) Imago haec gratiose illi consonat, quam prius P. Roothaan de arboribus e terra una ad aliam translatis adhibuerat (Cf. epist. immediate priorem).

(4) P. Grasset professionem quattuor votorum emissurus tunc erat et revera emisit, die 2 Febr. 1841.

CX.

Ad R. P. Emmanuelem Fernandez [1],
(Habana?).

1. *De bono contionum eius fructu, Deo gratias!* — 2. *Dicitur autem non absolute dependens a Superioribus.* — 3. *Id pristinae eius vitae consonum non esset.* — 4. *Ideoque monetur ut, si qua ratione a recta via deflexerit, eam repetat.* — 5. *Dictavit monitionem amor.*

Roma, 27 Settembre 1846.

De bono contionum eius fructu, Deo gratias!

1. — Le notizie che di tanto in tanto riceviamo, del bene che si fa da' Nostri nelle anime in coteste parti, ci danno molta consolazione, e mi gode l'animo che il mio P. Emmanuele riesca bene nella predicazione. Di ciò ne siano infinite grazie al Signore!

Dicitur autem non absolute dependens a Superioribus.

2. — Sento per altro, (e voglio sperare che non sia del tutto così) sento, che un po' di miseria umana si frammischia tra quei buoni successi, e che il medesimo P. Emmanuele siasi preso un certo modo di agire senza la dovuta dipendenza dai Superiori. Possibile? Carissimo Padre, se ciò fosse, non potrei a meno di non dirle coll'Apostolo: *Laudo vos? in hoc non laudo.*

Id pristinae eius vitae consonum non esset.

3. — Io che mi ricordo del P. Emmanuele, sì nel Collegio Romano, e sì in Sant'Eusebio, non avea di lui altra idea, se non di un molto buon religioso, amante quindi dell'ordine, e per conseguenza dell'obbedienza sopratutto, poichè questa sopra ogn'altra cosa fa un buon religioso nella Compagnia di Gesù.

Ideoque monetur ut, si qua ratione a recta via deflexerit, eam repetat.

4. — Io dunque, per quella fiducia che ho nelle sue buone disposizioni, quali le conobbi qui, ho voluto senza ritardo aprirle il mio cuore sopra quel che avea sentito; onde, se ci fosse qualcosa di vero, V. R. ci riflettesse sopra, e si rimettesse tosto sulla retta via, dalla quale se si comincia a declinare anche un poco, quel poco andando avanti diventa una deviazione enorme, come accade in una linea che si discosta da quella con cui doveva andar parallela.

Dictavit monitionem amor.

Confido, che V. R. riceverà questa mia con quell'affetto col quale io la scrivo [2], persuasa che *aemulor vos Dei aemulatione,* onde tanto bene, che costì si può fare, non venga impedito dalle nostre miserie.

In unione dei SS. SS.

Hisp. I, p. 257.

---

(1) P. Emmanuel Fernandez, *(alias* Buján), *Hispaniae* (1812-1831-1854). Ex hac ipsa epistola, patet illum aliquamdiu Romae degisse, cum in Collegio Romano, tum in domo Exercitiorum sancti Eusebii. Postea vero insulam Cubam petiit, ubi mox obiit, annos natus 42.

(2) Utique ex paterno animo adhortationem illam procedere, nemo est qui non sentiat.

CXI.

Ad R. P. Ioachimum M. Medina (1),
Aire.

1. *Aturensis noviciatus fervor laudatur.* — 2. *Haec spes est Hispaniae; numerus ergo qualitate compensetur.* — 3. *Quod ad alia ministeria praestari poterit, id faciendum curet.* — 4. *Benedictiones.* — 5. *Commendatur* Examen generale.

Roma, 13 Februarii 1852.

1. — Accepi tandem litteras Rae Vae et P. Sevillano (2), ex quibus diuturni silentii causam et statum domus Aturensis (3) sufficienter cognovi. Aturensis noviciatus fervor laudatur.

Plurimum in Domino gavisus sum de adaucto Noviciorum numero, tum de bonis eorumdem qualitatibus, ac praesertim de ingenti quotidie in virtutis via progrediendi desiderio, ac religiosae perfectionis iuxta vocationis nostrae spiritum assequendae studio.

2. — Scit Ra Va in accurata et ad leges nostras exacta eorum informatione, maxima ex parte nostrae Societatis in Hispania, spem fundari; inde diligentiam et curam omnem adhibituram confido, ut, si numerus nondum talis sit, qualis exoptaretur, et necessitas postularet, saltem bona omnium indole, fervore animi, solidarum virtutum exercitatione, necnon sufficienti ad studia et labores nostros aptitudine, compensari aliquatenus possit. Haec spes est Hispaniae; numerus ergo qualitate compensetur.

3. — Quantum ad alia Societatis nostrae ministeria, id omne faciendum curet Ra Va, quod attentis locorum et personarum circumstantiis, ad maiorem Dei gloriam, animarum salutem ac nostri Instituti commendationem, sine cuiusquam maxime Praesulum offensione, praestari poterit (4). Quod ad alia ministeria praestari poterit, id faciendum curet.

4. — Ceterum Dominus noster et Sanctissima eius Mater, quae sanctae spei Mater est, parvam istam vineam benedicere dignentur, et uberes aliquando fructus ex ea producere faciant! Benedictiones.

Omnium SS. SS. et OO. me commendo...

---

(1) P. Ioachimus M. Medina, *Aragoniae* (1811-1826-1885). Docuit Matriti, Maioricae, Napoli, etc. Tunc vero Magister erat noviciorum, ut ex ipsa epistola patet. Inceptam biographiam Patris La Calle non potuit absolvere (Sommervogel, V, 864).

(2) P. Cyprianus Sevillano, *Hispaniae* (1822-1842-18 ?) e Societate recessit 19 Aug. 1862. (Ochandorena).

(3) Cur, quando, quomodo constituta fuerit domus illa, in oppido Galliae meridionalis, Aire sur l'Adour, narrat Frías: *Prov. Esp.*, 116; et addit: « Abrióla en Octubre de 1842 el P. Manuel Gil, venido de Nivelles como superior; y en los diez años que duró, apenas tuvo nunca más de una docena de personas... de seis a ocho novicios, a cargo de los Padres Labarta primero y Medina después ». ... « En los últimos meses de 1852... cerróse el corto noviciado... que había en Aire, en Francia, y se trasladó a Loyola... y de maestro de novicios continuó como en Aire, el P. Joaquín Medina » (Id. ibid., 121).

(4) « En los ministerios espirituales trabajaron mucho los Padres, favorecidos por el señor Obispo, dentro y fuera de la población, mientras tuvieron tranquilidad ». (Frías: *Prov. Esp.*, 117).

Commendatur *Examen generale.*

5. — NB. Commendo Rae Vae, *Examinis generalis,* in quo fore totum continetur, quod ad Noviciorum Institutionem pertinet, usum habere curet assiduum; v. g.: *continuum puritatis, ac virtutum omnium incrementum procurandum, et inflammata Deo in hac Societate serviendi desideria,* etc. (5). *Haec loquere et exhortare, in Christo Iesu Domino Nostro.*

Hisp. I, p. 265.

CXII.

AD R. P. LEONARDUM OLANO (1),

Santander.

1. *Felix Societatis status in Cantabria.* — 2. *Labor Patrum laudabilis et foecundus. Utinam plures essent!* — 3. *Audacter procedant et somnolentes excitent, ut Hispana Societas antiquum recuperet splendorem.* — 4. *Episcopo et aliis benefactoribus, salutem!*

Roma, 13 Februarii 1852.

Felix Societatis status in Cantabria.

1. — Gratissimae mihi fuerunt Rae Vae et P. Guerrico (2) ad me missae litterae, quibus de statu Sectionis Cantabricae, Sociorumque ibidem exsistentium, certior factus sum (3).

Labor Patrum laudabilis et foecundus. Utinam plures essent!

2. — Immensas Divinae Maiestati et Bonitati gratias ago, pro iis omnibus, quo ipsius cooperante auxilio ad maiorem suam gloriam, proximorum salutem et ingens Societatis nostrae bonum et incrementum, per vos facta sunt, et, ut spero, in dies fient. Utinam plures essent vobiscum, et omnes alii eodem incenderentur ardore, ad stabiliendam ubique regularem disciplinam, ad utilissimum et praestantissimum Missionum opus modis omnibus promovendum, ad reliqua nostrae vocationi propria ministeria, quantacumque fieri possit ratione, exercenda.

Audacter procedant et somnolentes excitent, ut Hispana Societas antiquum recuperet splendorem.

3. — Conamini igitur vestro exemplo, novisque in dies editis conatibus, in religiosa perfectione iuxta Instituti nostri normam procuranda, et in obeundis vitae vere apostolicae muniis

(5) *Examen Generale* sic habet: « Demum, continuum puritatis ac virtutum augmentum, et inflammata in Domino desideria, multum in hac Societate divinae maiestati serviendi, procurando » *(Constitutiones,* p. 32).

(1) P. LEONARDUS OLANO, *Hispaniae* (1801-1819-1862). Post infelicem *Carlistarum* belli exitum, plures annos remansit in urbe Durango, unde ortus erat. Anno 1850 fundator fuit et primus Superior Residentiae Santanderiensis. Obiit in urbe León.

(2) P. IGNATIUS GUERRICO, *Castellanae* (1806-1827-1883). Obiit Manilae in insulis Philippinis, memoriam relinquens viri vere apostolici, usque ad hodiernum diem. Magister fuerat noviciorum in domo Loyolensi (FRÍAS, *Prov. Esp.*, 116).

(3) « Para atender mejor a su gobierno (de los Jesuitas dispersos en España) se les agrupó por Secciones, con un superior inmediato dependiente del Provincial o Vice-Provincial. En 1850, se dió a estas Secciones los nombres de Matritense, Bética, Balear, Cantábrica, Catalana y Valenciana, por las regiones que comprendían ». (FRÍAS, *Prov. Esp.*, 112).

omnibus, aliorum timiditatem aut ignaviam executere; timores non satis fundatos, aut prudentiam prorsus sterilem, quae sanctam in Deo fiduciam excludit, omnino profligare; sacrum denique ignem quem accendi vult Deus, in reliquorum sociorum cordibus inflammare; quo tandem Hispana Societas nimis diu dispersa, ac veluti mortua, quasi reviviscat, ac quae olim pro Dei gloria stupenda praestitit, renovare, et si fieri posset, superare valeat. Quidquid ex mea parte ad hunc scopum conferre poterit, sive adhortatione, sive approbatione mediorum conducentium quae proponentur, aut bonorum quae fient; sive qualibet alia ratione, quae opportuna videbitur, id omne libenter praestabo.

Episcopo et aliis benefactoribus, salutem !

4. — Illustrissimo ac Reverendissimo Episcopo [4], qui tantopere nobis favet, necnon aliis Societatis nostrae amicis et benefactoribus, gratitudinem nostram ostendere, animumque ad illorum felicitatem omninodam exquirendam prorsus paratum exhibere, Ra Va non praetermittat.

Denique peramanter saluto Socios omnes, in quibus eamdem charitatem, religiosae vocationis amorem, et observantiam cum magno animarum zelo coniunctam semper vigere, vehementer exopto.

In SS. SS. me commendo.

Hisp. I, p 264.

[4] Episcopus Santanderiensis illo tempore erat, a die 17 Ian. 1848, Exc. DD. Emmanuel Raimundus Arias Teigeiro de Castro, annos iam natus 72.

Sectio II.

AD PATRES PROVINCIAE MEXICANAE

CXIII.

Ad R. P. Petrum Cantón (1),
Provincialem

Mexico (2).

1. *Deplorat defectionem P. Blasii Perea.* — 2. *Onustus meritis provectam iam aetatem attigit P. Cantón.* — 3. *Ideo munere Provincialatus exoneratur.* — 4. *Successorem instruat Patrem Mendizábal.* — 5. *Renovantur actiones gratiarum et paternae monitiones.*

Roma, 17 Settembre 1831.

1. — Riscontro la sua stimatissima del 16 Aprile. Mi fa gran compassione la risoluzione presa dal Padre, ora Don Biagio Perea (3). Ma come si fa? Non so troppo, se e come metta la coscienza in pace, anche per le cose passate (4). Ma

Deplorat defectionem P. Blasii Perea.

---

(1) P. Petrus Cantón y Ubiarco, *Mexicanae* (1745-1761-1833), unus erat ex tribus iis Mexicanis Patribus qui, ex antiqua Societate superstites, eiusdem in propria patria restaurandae artifices fuerunt: P. José Maria Castañiza (1744-1761-1816), P. Antonio Barroso (1742-1759-1816), et praesertim P. Petrus Cantón, (1745-1761-1833). Cf. Frías, I, 349-350 et *sqq.* Narrat idem, Patribus Castañiza et Cantón facultatem factam esse a R. P. Perelli (10 Sept. 1815), accipiendi tirones, qui in restitutam Societatem cooptarentur (Id., 354). Ipse P. Cantón primus fuit Mexicanorum noviciorum Magister (Id. 360). Sed et Provinciae quindecim annos praefuit: « Al morir el P. Castañiza (24 Nov. 1816) dejó nombrado superior, creemos que con carácter de Vice provincial, al único que quedaba de los antiguos: al P. Cantón ». (Frías, I, 366). Paulo post, Praepositus Provinciae regulariter fuit constitutus, eiusque iurisdictio ad totam hispanicam Americam extensa.

(2) « La antigua Asistencia de España tenia fuera de la Península siete provincias... De todas no pudo revivir (en 1815) más que la de Méjico, y esa para pasar más de medio siglo reducida a poquísimos sujetos, y casi todo ese tiempo dispersa y sin existencia legal en la nación » (Frías, I, 349).

(3) P. Blasius Perea, *Mexicanae* (17 ?-1816-18 ?) inter primos fuit, qui restauratae Societati in Mexico nomen dederint, a qua tamen postea discessit. Illis temporibus, ob penuriam sociorum, ipsi novicii muneribus aliquando fungebantur praecipuis. Sic, in prima Societatis domo Mexicanae, Rector erat novicius, P. Ignatius Maria de la Plaza. Ipse P. Perea, novicius, munus accepit Patris spiritualis sed et Procuratoris Provinciae (Frías,I, 359).

(4) Defectionem Patris Blasii Perea a Societate sic narrat Frías, I, 687 (postquam dixit plures ex iis, qui post dispersionem in propria familia vixerant, vel

già questo tocca a lui medesimo. Ha sanità per gli affari temporali, e non ne ha per gli uffici sacerdotali? Basta, *ipse viderit.* Almeno non avremo noi la responsabilità di tutto questo, *coram Deo et hominibus.*

Onustus meritis provectam iam aetatem attigit P. Cantón.

2. — Capisco bene, carissimo Padre, che l'età tanto avanzata debba renderle gravoso l'ufficio (5), che finora con tanta sollecitudine, in circostanze sì difficili, ha amministrato. E certo, non v'era, nè vi poteva essere costì un uomo più degno per cotesta amministrazione, che l'ottimo e venerabile P. Pietro Cantón, cui l'età accompagnata da solide virtù dava un'autorità, che difficilmente altri potrebbe avere. Ma la compatisco, se la vedo gemere sotto questa croce, e sospirare di esserne sgravata.

Ideo munere Provincialatus exoneratur.

3. — Dunque *in nomine Domini,* chè io non voglio che V. R. resti oppressa dal peso, e troppo mi sta a cuore, che, anche senza impegno, possa per un po' di tempo ancora aiutare e sostenere cotesti nostri coll'esempio delle sue virtù e dei suoi consigli (6).

Successorem instruat Patrem Mendizábal.

4. — Prego dunque V. R. di dare le opportune istruzioni al P. *Francesco Mendizábal* (7), che costituisco Superiore di tutti cotesti Nostri, ed abbia la bontà di far conoscere questa determinazione, e al medesimo P. Mendizábal, rimettendogli la qui acclusa lettera mia, ed agli altri Nostri, che il Signore si degni di conservare e promuovere nel suo santo servizio.

Renovantur actiones gratiarum et paternae monitiones.

5. — Ringrazio V. R. di quel tanto che per tanti anni ha fatto di bene a cotesta afflitta Provincia. Il Signore gliene renderà la degna ricompensa. Ella per carità abbia cura di sè, e conservi quel poco di salute a gloria del Signore. Ed io raccomandandomi ai SS. SS., con tutta la stima mi dico...

Hisp. I, Mex., p. 2.

---

amisisse vocationem, vel dimissos esse) « Así... el P. Blas Perea... por haberse hecho administrador de un hacendado, y dádose él mismo luego a adquirir riquezas y a hacer ostentación de ellas en el trato de su persona ». Quo inter alia exemplo illustrantur verba B. P. N. Ignatii in *Meditatione de duobus Vexillis:* « Ita ut primus gradus sit divitiarum, secundus honoris, tertius superbiae »... etc.

(5) Optimum illum P. Cantón anno 1831 fuisse « aetate provectum » facile patet consideranti annum eiusdem nativitatis fuisse 1745.

(6) « Tenía ya (el P. Cantón) ochenta y seis años de edad; y todavía vivió otros dos, sin dejar el único ministerio de que era ya capaz, el de oir confesiones, especialmente de niños, a quienes toda su vida tuvo gran cariño y dedicó particular atención » (Frías, I, 699).

(7) De P. Francisco Mendizábal, *Mexicanae,* (1786-1816-1841) vide epistolam proxime sequentem.

CXIV.

Ad R. P. Franciscum Mendizábal (1), *Mexico.*

1. *Laus Patris Cantón defuncti. — 2. Beati mortui, qui in Domino moriuntur! — 3. Probatur elogium eiusdem, a P. Arrillaga concinnatum. — 4. Laudatur constantia Patris Montufar. — 5. De concessione a Leone XII facta. — 6. Comiter accipietur Dominus Ioachimus Madrid. — 7. Salutem et commendationes.*

Roma, 15 Februarii 1834.

1. — Accepi nuper Rae Vae litteras dd. 30 Novembris 1833. Nobis quidem certe dolendum maxime est de obitu Patris vere venerandi Petri Cantón (2); huiusmodi enim virorum antiquae virtutis vel sola praesentia magno est omnibus solatio, incitamento et auxilio (3). Laus Patris Canton defuncti.

2. — Ceterum illi gratulandum, qui ex procelloso mari in portum receptus est. Sane, si nunquam alias, maxime certe hisce luctuosis temporibus *nihil* habet mundus, quod vitam hanc reddere possit desiderabilem: *Itaque beati, qui nos praecesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis!* Nobis autem illud solatium, quod speremus et nos post *modicum aliquantulum.* Beati mortui, qui in Domino moriuntur!

3. — P. Basilio Arrillaga (4) gratias ago de pulchro elogio,

---

(1) P. Franciscus Mendizábal, *Mexicanae,* (1786-1816-1841) tunc Provincialis, in locum Patris Cantón suffectus erat (ut vidimus in epistola priore) ab anno 1831. Iam leges docuerat, cum Societatem ingressus est; et licet adhuc novicius, Vice-Rector constitutus est Collegii Mexicani Sti Ildephonsi. Ianuario 1819, inde profectus est Durangum, ad fundandam et regendam novam domum. Ibi etiam professionem emisit, 8 Dec. 1819; ibi praeterea sacerdos ordinatus est Fr. Schol. Cyprianus Montufar, de quo infra in praesenti epistola agitur. Tempore autem dispersionis, potuit P. Mendizábal, in domo qua fruebatur ut capellanus Monialium Capuccinarum, duos semper socios secum retinere, PP. Lyón et Lizarraga; ad quos venire libenter alii solebant, sive devotionis, sive solacii et confortationis causa (Frías, I, *passim).*

(2) Annis ac meritis plenus, obierat P. Cantón Mexici, die 16 Oct. 1833.

(3) Inter alia plura, hoc testimonium Patri Cantón tribuitur: « Fué hombre de mucho candor y sencillez, profunda y como naturalmente piadoso, sin nimiedad en los ejercicios de devoción, de los cuales era el favorito oir cuantas misas podía; y Dávila cuenta haberle oído decir que serían ya cerca de medio millón *(sic).* Llano en su trato y olvidado de su valer... en la Compañía procedió como verdadero religioso, pobre y mortificado... Con su ejemplo, no menos que con su gobierno, transfundió el antiguo espíritu de la Compañía en los nuevos jesuitas mejicanos ». (Frías, I 699-700).

(4) P. Basilius Emmanuel Arrillaga, *Mexicanae,* (1791-1816-1867), vir magni nominis fuit in Provincia Mexicana, cui etiam diu praefuit. Anno 1821 electus erat in deputatum ad Comitia Hispanica *(las Cortes),* onusque et honorem talem frustra recusatum ideo tantum effugit, quia Independentia Nationis Mexicanae illum, simul cum ea, liberavit ab omnibus cum Hispania vinculis. Postea vero in ipso Mexicano Congressu *(el Congreso Nacional),* sedem bis obtinuit. Eum tanti faciebat Iturbide Imperator, ut in praeceptorem suorum filiorum assumpserit. Defensor fuit veritatis intrepidus, cuius verbo scriptoque iura acerrime vindicavit, sive contra impietatem, sive contra eum, quem tunc vocabant, liberalismum, sive etiam et maxime

Probatur elogium eiusdem, a P. Arillaga concinnatum.

quod optimo parenti conscripsit (5), et Rae Vae gratias ago, quod illud nobiscum communicaverit. *Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua.*

Laudatur constantia Patris Montufar.

4. — Optime factum est cum P. Cypriano Montufar (6). Ei constantiam in sancta vocatione gratulor, et ut illam porro impleat, precor. Faxit Deus, ut, sedata aliquando teterrima ista tempestate, pauca ista semina Mexicanae Provinciae (7), multiplicata et aucta, laetas producant segetes gloriae divinae!

De concessione a Leone XII facta.

5. — Quae ego, ex S. P. Leonis XII concessione, cum Ra Va communicavi privilegia (8), ea utique etiam R. V. cum iis ex Nostris communicare poterit, quibus ea necessaria esse ad maiorem Dei gloriam pro sua prudentia existimabit. Dico: *pro sua prudentia.* Non enim conveniret, ea omnia in *globo,* et indiscriminatim *omnibus* concedere. Nam, etiam in eorum usu, discretione opus est; ac praesertim cavendum, ne qua detur cuiquam occasio offensae. Itaque, concedat R. V. *ea,* et *iis,* quae, et quibus opportunum iudicabit *ad bonum animarum,* et quos *discrete* illis usuros confidet.

6. — De Domino Ioachimo Madrid (9), egit iam mecum

---

contra conatus Mexicani gubernii, falsa Patrocinii iura usurpantis (De illo eiusque operibus, vide SOMMERVOGEL, t. I., col. 582-586: Frías, I, praesertim 689-694; prae aliis vero DECORME, t. II *passim).* Anno 1867 in carcerem pro Christo cum aliquibus Patribus ductus, mox ob senectutem et corporis infirmitatem liberatus, paucis elapsis diebus apoplexi perculsus obiit, die 28 a Iulii (DECORME II, 228).

(5) « Pulchrum illud elogium » inter opera P. Arrillaga non pauca, iis tantum verbis apud SOMMERVOGEL *(loc. cit.,* n. 25) indicatur: « ... deux feuillets imprimés contenant, l'un une inscription latine, l'autre la traduction espagnole, composée par le P. Arrillage *(sic)* en l'honneur du P. Pierre Cantón, S. I., qui fut enterré dans l'église de la Sainte Trinité, à Mexico. L'inscription est gravée dans les deux langues, sur la pierre tombale ».

(6) P. CYPRIANUS MONTUFAR, *Mexicanae,* (1795-1818-1835). Is in urbem Durango mense Iunio 1820 advenerat, ubi tunc Superior ab initio restitutae domus (Ianuario 1819) erat P. Franciscus Mendizábal. Videntur ergo longa iam necessitudine fuisse coniuncti.

(7) Decretum Ferdinandi Regis Hispaniae VII, quo Societas Iesu iterum in tota Hispania et eius dominiis dissolvebatur, ad Vice-Regem Novae Hispaniae pervenerat die 18 Ianuarii 1821, et statim ad exsecutionem erat mandatum. (FRÍAS, I, 384-388). Quid vero postea acciderit, his verbis contrahit: « En 1830, no quedaban más que veintiuno (jesuítas) en Mejico; y en 1836, sólo catorce ». *(Id. ibid).* Iure igitur vocantur « pauca ista semina Mexicanae Provinciae! »

(8) « Breve Leonis XII: *Plura inter,* datum 11 Iulii 1826, non pauca privilegia antiquae Societati concessa confirmat et nova addit; alia, in perpetuum; alia vero singulis vicenniis renovanda »... (COEMANS, p. 18).

(9) De « optimo illo Domino » Ioachimo Madrid, pauca rescivimus. Novimus tamen eum, paulo post quam Romam advenerat, factum esse Episcopum *in partibus infidelium.* Sic enim scribebat, die 5 Martii 1835, P. Roothaan ad eumdem P. Mendizábal:

« De R. D. Madrid, sane Rae Vae commendatio et eius ipsius egregiae dispositiones, plurimum apud me, ut par est, valuerunt et valent. Quod vero factus sit Episcopus *in partibus,* id quidem nulla ex parte mihi tribui volo; nam eiusmodi honores cuicumque procurare, non est nostri officii, nec nostrae vocationis. Nos enim honores non ut absolute bona considerare possumus, quae amicis optare debeamus. Nunc tamen, re confecta ab aliis sine nobis, gratulor equidem, sperans fore ad maiorem Dei gloriam optimique Domini Madrid salutem ». *(Hisp. 1, Mex. p. 5).*

P. de la Peña [10]. Cum optimus ille Dominus advenerit, faciemus utique quae R. V. commendat, et quibus in rebus viro optime merito utilem operam navare poterimus, praestabimus lubentes.

Comiter accipietur Dominus Ioachimus Madrid.

7. — Reliquum est, ut Ram Vam et omnes istos carissimos socios amplectar in Domino, et vos commendemus Deo et Verbo gratiae ipsius; quod quidem facio eo impensius ac frequentius in singulos dies, quo graviora sunt vobis tempora. — SS. SS. valde me commendo.

Salutem et commendationes.

Hisp. I, Mex., p. 4.

CXV.

Ad R. P. Franciscum Mendizábal,

Mexico.

1. *Catalogos perficiat et mittat Romam.* — 2. *De episcopatu Sonorensi proposito ac recusando.* — 3. *Quid agendum, si acciderit.* 4. *Utinam ipse servetur Societati!*

Roma, 19 Iulii 1836.

1. — Accepi Rae Vae litteras dd. 2 Aprilis. Placet valde, quod R. V. praeparet catalogos, &c., quae ad notitiam rerum vestrarum nobis necessaria sunt. Opto valde, ut ista R. V. perficere possit, et ad nos transmittere via tuta, ut rite perveniant.

Catalogos perficiat et mittat Romam.

2. — Ad episcopatum Sonorensem quod attinet, cuius periculum Ram Vam minatur [1], equidem iam egi cum praelato quodam, ad quem huiusmodi negotia primum deferri solent, sed ille adhuc nihil de hac re inaudierat. Utique Ra Va non nisi *oboedientia Sancti Patris coactus* admittere potest, nec admittet. Neque ego vero deero meo officio, ut hoc periculum depellam, prout ab aliorum Nostrorum capitibus iam ter de-

De episcopatu Sonorensi proposito ac recusando.

[10] P. Ildephonus de la Peña, *Mexicanae*, (1798-1816-1869), cum adhuc novicius et scholasticus esset, 1815-1820, multum egit ad devotionem erga Cor Iesu SS.mum diffundendam, praesertim per « Piam Unionem SSmi Cordis » (Frías, I, 382). Anno 1825 a Mexico Romam venit « huyendo de la vida de dispersión » (Id., 695); ubi munere Procuratoris Hispaniae fungens, non pauca praestitit in adiutorium P. Roothaan (Cf. supra, epist. XCII, not. 1). Ineunte 1838, missus est Bonas Auras (Cf. epist. subseq.) Postea vero Mexicum rediit, ubi pie defunctus est, annos natus 71. Plura de illo apud Decorme, passim.

[1] « El P. Mendizábal, sin brillar notablemente por su saber, aunque era muy suficiente y sólido en las materias eclesiásticas, fué grandemente estimado por su prudencia, vida edificante y trato fino, hasta el punto de haber sido propuesto en terna para Obispo, no sabemos de qué Iglesia, por un cabildo ya antes de 1830, y otra vez por el Metropolitano de Méjico para Sonora en 1836 ». (Frías, I, 688).

pulisse feliciter contigit (2). Nihilominus Mexicanae Ecclesiae status, et Reipublicae istius relationes cum Sancta Sede eiusmodi sunt, ut fortasse, quod nusquam alias Pontifex facere solet, id facturus sit in negotio isto, *si* revera gubernium urgeat. Oremus ergo et speremus! — Interea huc allata sunt nuntia de novis rerum conversionibus ac turbis in ista vestra patria; unde fortasse de Rae Vae negotio non agetur amplius (3).

Quid agendum, si acciderit.

3. — Quidquid sit, si, Deo disponente, grave istud onus Rae Vae humeris imponatur, equidem non abnuam, ut Socium sibi adsciscat Patrem illum, de quo ad P. de la Peña. Sed ita hoc concedere possum, ut tamen ille in suo statu permaneat, deque se rebusque suis, vel nos ipsos immediate, vel certe eum Patrem qui, Rae Vae loco, Superior erit Nostrorum, certiorem identidem faciat. Erit autem Rae Vae, *casu quo*, Superiorem eiusmodi vice sua constituere, et nos monere, ut vel eundem confirmemus, vel, si quod aliud consilium capiendum videatur, capere possimus.

Utinam ipse servetur Societati!

4. — Divina Bonitas Ram Vam sospitem reddat ac salvum! Et utinam nobis sociisque servet, ad maiorem gloriam Suam!

SS. SS. me valde commendo.

Hisp. I, Mex., p. 7.

CXVI.

Ad R. P. Franciscum Mendizábal,

Mexico.

1. *Gratias pro litteris.* — 2. *Laudatur dimissio indignorum.* — 3. *Quotidiana coram Deo memoria.* — 4. *De novicio Mexicano ad noviciatum Missourianum mittendo.* — 5. *P. de la Peña in Republica Argentina.*

Roma, 7 Martii 1839.

Gratias pro litteris.

1. — Binas habeo ab Ra Va litteras, dd. 10 Decembris 1837 et 1 Octobris 1838. Paucis respondeo, cum hodie etiam P. Procurator generalis scribat ad Ram Vam.

Laudatur dimissio indignorum.

2. — Bene est, quod, licet tam pauci numero sitis (1), PP. mei dilectissimi, tamen ii qui nomine suo minus dignos sese

(2) « Periculum » illud episcopatus « a capitibus Nostrorum depellere », quantum conatus sit P. Roothaan, iam vidimus; v. g. quando de P. Canoz actum est (Cf. *supra*, i. a., epist. LXXVII, LXXVIII).

(3) De religioso et politico statu rerum in Mexico, circa tempus illud, videri potest: P. Gerardo Decorme, S. I. *Historia de la Compañia de Jesús en la República Mexicana, durante el siglo XIX*. Edición privada. 2 vol., 466 et 432 pp. - Guadalajara, 1914-1921. - Tomus I annis 1816-1848 consecratur.

(1) Quam « pauci numero » fuerint illis temporibus Socii NN. in Mexico, iam in commentariis de praecedente epistola notavimus.

exhiberent, ex isto etiam tam exiguo numero excludantur. Si vel unus remaneat vere dignus Societatis filius, semen esse poterit fecundae olim Provinciae, et virorum, *per quos salus fiat in Israël* (2).

3. — Ne dubites, carissime Pater, ego vestri in sacrificiis, tum meis, tum iis quae per universam Societatem ad meam intentionem fiunt, memor usque sum et ero. Quotidie etiam in spiritu vos inviso (3), commendans vos et omnia vestra et regionem vestram misericordiis Domini. Utinam aliquando illucescat Providentiae dies! Quotidiana coram Deo memoria.

4. — Scripsit ad me iuvenis quidam ex *Puebla de los Angeles*, nomine Ios. Christ. Mendizábal (4), (fortasse Rae Vae non nomine solum sed et sanguine iunctus?) petens admitti in Societatem hic Romae. Equidem non repugno, si R. V., capta informatione, approbaret consilium. Sed fortasse opportunius foret, si ad Nostros se conferret in Statibus Unitis Americae Septemtrionalis, in Provincia Missouri, ubi noviciatum habemus (5), et ubi qui Hispanice callent, desiderantur. Rae Vae rem totam relinquo pro sua prudentia definiendam. De novicio Mexicano ad noviciatum Missourianum mittendo.

5. — P. de la Peña laborat strenue cum sociis in Buenos-Aires; quibus copiose benedicit Dominus (6). P. de la Peña in Republica Argentina.

Vale, Pater carissime; salutem dici sociis et amicis cupio. SS. SS. me commendo.

Hisp. I, Mex., p. 13.

(2) Pluries quoque notatus est zelus ille Patris Roothaan, quo inflammatus, sicut B. P. N. Ignatius, non dubitabat indigna membra a corpore Societatis resecare (Vide, v. g., superius, epist. CVI).

(3) His verbis respondet testimonium, quod de P. Roothaan dicebat P. Manfredini, eius secretarius: « Lo sentì spesso ripetere: Chissà in quali ansie si trovano i cari miei figliuoli lontani, e come attendono una risposta che li aiuti ad uscire dalle difficoltà!... Nel recarsi in refettorio e in cappella, percorreva in spirito le varie Provincie, visitava case e collegi e persino i singoli religiosi, aiutato in ciò dalla fedelissima sua memoria » (Cit. apud Pirri, p. 169).

(4) De iuvene illo eiusque in Societatem ingressu, nihil novimus.

(5) Anno illo 1839, indicatur in *Catalogo Missionis Missourianae Americae Foederatae Borealis* (sic): Domus Probationis Sancti Stanislai, cum Patribus 2, Scholasticis 10, Coadiutoribus 4, coniunctim 16. Missio illa tunc a Provincia Belgica erat dependens.

(6) De P. Ildephonso de la Peña, Bonas Auras misso, vide epist. XCII et CXIV.

SECTIO III.

AD PATRES DEGENTES IN LUSITANIA

CXVII.

AD R. P. PHILIPPUM DELVAUX (1),

Lisboa.

1. *Laetatur reditum Societatis in Lusitaniam permissum esse.* — 2. *Optandum tamen est, ut eiusdem fama restituatur.* — 3. *Tirones caute seligantur.* — 4. *Humilitate incipiendum.* — 5. *Nullus ineundus contractus, nisi prius illud probaverit P. Generalis.*

Roma, 11 Augusti 1829.

Laetatur reditum Societatis in Lusitaniam permissum esse.

1. — Legi exemplar Decreti Regii (2). Ut verum fatear, etsi aliqua sit gratulationis causa, non video tamen Societatem posse hisce plene gaudere. Hoc decreto *permittitur* Societati iterum sedem figere in Lusitania.

Optandum tamen est, ut eiusdem fama restituatur.

2. — Recte; sed quid de sententia constanter hucusque propugnata in isto regno, qua Iesuitae veluti parricidae, etc. perculsi fuerunt? (3) Si nihil fiat, quo hae calumniae propulsentur, quid boni praestabit Societas tali anathemati ab annis 70 subiecta? Satisne est, quod *permittatur* denuo sedem figere? Certe Societas, quod sciam, nil rogavit simile. Desidero ut Lusitaniae, olim bene meritae, iterum aliquid opis a Societate praestetur; sed vereor ne parum fiat, nisi fama restituatur. Itaque, R. V. gratias agat Regi; simul tamen modeste sed clare repraesentet, vix spem esse boni gerendi, nisi publico decreto reparetur honor, ne videamur quasi a longo exsilio revocati, si forte longis suppliciis ad meliorem frugem reducti? Citet quoque exemplum Regis Hispaniae.

Tirones caute seligantur.

3. — De novis sociis nunc in tanta penuria cogitandum. Gravissime commendo et mando, ne multa statim et supra vires aggrediamini: primo et ante omnia, *Tirocinium* aperiendum et ad illud non *turba*, ut alibi, sed *selecti* admittantur. De Convictu agi poterit, sed exiguo numero, et domus opportuna riteque instructa.

(1) De P. PHILIPPO DELVAUX et restituta Societate in Lusitania, iam actum est supra, epist. II, not. 4; et agetur pluries infra. Videri praeterea potest BURNICHON, I, 486 sq.

(2) « Le décret royal du rappel des Jésuites parut le 10 Juillet ». BURNICHON I, 488.

(3) « Nulle part il (l'Ordre des Jésuites) n'avait été traqué au siècle précédent avec une haine plus violente et plus tenace. L'esprit de Pombal lui survivait... Le roi Jean VI avait, seul de tous les chefs d'Etat, protesté contre la Bulle de Pie VII » (rétablissant la Compagnie). BURNICHON I, 486.

Humilitate incipiendum.

4. — Per Dei amorem, ne *festinetis* et intra menses omnia conficere velitis! Ita nonnisi ruinae ruinis adderentur; interea incipiendum bene merendo de pauperibus, rudibus, pueris (4), carceribus, nosocomiis; sed et haec magna cum *prudentia, humilitate,* quaerendum denique ut adsit fidus amicus, cuius consiliis utendum.

Nullus ineundus contractus, nisi prius illud probaverit P. Generalis.

5. — P. S. Ne quod assumant « *engagement* », nisi ad me perscripserint minute, et consensum dederim (5).

Pav. p. 9.

CXVIII.

Ad R. P. Philippum Delvaux (1),

Lisboa.

1. — *Praematurus fuit adventus in Lusitaniam.* — 2. *Litterae ad Ducem de Cadaval nimis longae.* — 3. *Antiquae domus nostrae non repetendae sunt.* — 4. *Honoris redintegratio debetur quidem, sed tempore opportuno.* — 5. *Institutum S. I. in Lusitania non fuit damnatum.* — 6. *Lusus Providentiae et benignitas Ducis.* — 7. *Vestrum est « vincere in bono malum ».* — 8. *Amicitiam Patrum Liguorianorum colite.* — 9. *In Deo sperandum, cui nihil est impossibile!* — 10. *Promittuntur preces et benedictiones exoptantur.*

Roma, 12 Decembris 1829.

Praematurus fuit adventus in Lusitaniam.

1. — Nudius tertius accepi epistolam Rae Vae, die 9 Novembris datam, cum adiunctis documentis (2). Nimium quantum confirmatur id, quod nos hic semper existimavimus, praematurum fuisse scilicet vestrum in Lusitaniam adventum! (3).

(4) « Ils se mirent sans plus tarder, sachant à peine la langue, à faire le catéchisme aux enfants et à prêcher au peuple des faubourgs ». Burnichon I, 488.

(5) Quo violento impetu haec prima restitutae Societatis missio in Lusitania fuerit abrupta, vide apud laudatum auctorem, pp. 493-496. Fusius autem apud Carayon, *Documents inédits concernant la Compagnie de Jésus.* Tome X, Document J. - Poitiers, 1863.

(1) De R. P. Philippo Delvaux, *Franciae*, (1787-1819-1865) qui, natus in oppido Belgiae Rochefort, obiit Corisopiti (Quimper) in Gallia, iam fuse actum est supra, in pluribus ex epist. ad PP. Assistentiae Galliae (i. a. II, XI, XVI, XVIII). Quomodo in Lusitaniam missus sit a P. Roothaan narrat Burnichon, I, 486-496.

(2) Ipse P. Delvaux scripsit historiam suae suorumque in Lusitaniam missionis, quam typis postea edidit Carayon, t. X seu doc. J, sub titulo: *Notes historiques sur le rétablissement de la Compagnie de Jésus en Portugal.* Totum insuper vol. XIX eiusdem Carayon constat litteris Patrum in Lusitania tunc laborantium (pp. XVI-508). Ex duobus illis fontibus materiam fere totam hausimus subsequentium notarum.

(3) Revera nihil paratum invenerunt Patres Olisiponem advenientes. Quod facetis verbis exponit et explicat P. Delvaux, ad P. Godinot scribens, 26 Nov. 1829: « Il faut connaître le Portugal; je vous l'ai dit dans quelques lettres. Vous aurez cru que je plaisantais; mais tenez donc pour sûr et certain qu'ici l'on pense avant

2. — De litteris ad Exc. Ducem scriptis (4), quid dicam? *A*. Nimis sunt longae, *et in multiloquio non deerit peccatum*. Scribentem ad viros principes, maxime de negotiis iisque delicatis, *brevem* esse, et quam fieri potest *brevissimum* necesse est. Ita suadet prudentia.

Litterae ad Ducem de Cadaval nimis longae.

3. — *B*. Repeti domos Nostrorum olim, eorumque bona, etiam ea quae adhuc essent ad dispositionem Regis, noluissemus nos. Iam scripsi alias: quae nobis ubicumque dantur, etiamsi olim Societatis fuerunt, ea nos non ut restitutionem, sed ut novam donationem accipimus (5). Quod domum rogaveritis opportunam, id vero aequissimum est; sed, quod ultra petivistis, non probamus.

Antiquae domus nostrae non repetendae sunt.

4. — *C*. Honoris quidem ac famae redintegrationem petere omnino debetis, et ut liceat simpliciter Institutum sequi; hoc tamen etiam modeste, et pro tempore opportuno (6).

Honoris redintegratio debetur quidem sed tempore opportuno.

5. — In Lusitania deinde Institutum ipsum, quod sciam, non fuit, ut in Gallia, condemnatum (7): damnati quidem Ie-

Institutum S. I. in Lusitania non fuit damnatum.

---

d'agir, tout au moins autant que vous voulez bien me le recommander... Dieu le permettant ainsi pour notre épreuve, on avait perdu un instant de vue cet excellent procédé, lorsqu'on nous appela si chaud, si pressé, de France en Portugal. Cet empressement eût été sans conséquence, s'il n'eût trouvé en France que des Portugais. Mais il rencontra des Français, tout disposés à courir de bonne foi, quand on leur crie *au feu!* et de là tout le mal. Car ces pauvres Français, ne trouvant ici à leur tour que purs Portugais, et les affaires roulant gravement et majestueusement comme par le passé, il ne pouvait manquer d'y avoir embrouillamini ». (CARAYON XIX, 189).

(4) Dux ille, ut paulo inferius videbimus, erat « Le duc de Cadaval, arrière-petit-fils du grand connétable Nuno Alvares Pereira » (CARAYON X. 1), ministerque regis Lusitaniae Michaëlis. Ipse eiusque frater Dux de Lafoens fideles semper in sua erga Societatem benevolentia permanserunt. De duce Cadaval scribebat Marchio Saraiva ad P. Godinot, 3 Ian. 1829: « ... premier ministre et homme qu'on ne peut connaître sans l'aimer, par son caractère autant que par ses talents » (CARAYON XIX, 2).

(5) Haec semper mens fuit Patris Roothaan, de bonis antiquae Societatis non titulo restitutionis accipiendis (multoque minus repetendis), sed titulo donationis.

(6) Ad P. Provincialem Galliae scripserat, die 3 Ian. 1829, Marchio Ribeiro Saraiva: « Comme la Compagnie a cessé ici par un décret de Joseph I, fondé sur un Bref du Pape, vous serez rétablis par un autre décret, fondé aussi sur les révocations du Saint Siège au dit bref *(sic)*; mais ce décret ne sera publié que quand vous serez en Portugal, afin de ne pas donner lieu aux déclamations du libéralisme avant que la chose ne soit faite. Vous comprenez que cela est prudent » (CARAYON XIX, 4). - Decretum quidem regium, quo Patres Societatis Iesu in Lusitaniam revocati agnoscebantur, scriptum et regia manu subscriptum fuit, die 10 a Iulii 1829. Nondum tamen erat promulgatum, quando Patres Olisiponem advenerunt. Scribebat enim P. Delvaux ad P. Godinot, die 26 Aug. 1829: « Il faut savoir qu'il a plu au Roi de ne pas publier son Décret du 10 Juillet... Sa Majesté, à ce qu'il paraît, veut tout faire à la fois: publier le Décret et nous installer en même temps, afin de répondre plus efficacement aux plaintes qui ne manqueront pas de s'élever ». (CARAYON, XIX, 137). Et paulo post ad P. Varlet scribens, 24 Sept. 1829, loquebatur de « l'intention qu'annonçait le Décret, mais qui reste et paraît devoir rester longtemps sans exécution » *(Id., ibid*, 162). Praeterea, Decretum illud non erat illatae infamiae levamen neque honoris detracti restitutio, quae Patri Delvaux ipsique P. Roothaan in votis adeo fuit. (Cf. infra, epist. CXXII, not. 3).

(7) Mirum quidem, etsi non novum, apparuit, in malefida nationum adversus Societatem coniuratione, quomodo *mentita* sit *iniquitas sibi*. Dum enim in Gallia bonum Iesuitis testimonium reddebatur singulis, crimen vero Instituto ipsi iniciebatur perversitatis, in Lusitania Iesuitae ideo infames declarabantur, quod ab Instituto suo alioquin bono defecissent!

suitae, eo nomine, quod Institutum suum, ceteroqui sanctum ac pium, non servarent! (8).

Lusus Providentiae et benignitas Ducis.

6. — Ceterum, cum illa vestra documenta legerem, longe alium exitum exspectabam, quam qui deinde secutus est. Itaque existimo, esse in istis rebus vestris aliquem lusum divinae Providentiae; et certe benignitatem optimi Ducis miratus sum maxime.

Vestrum est « vincere in bono malum».

7. — Vestrum interea esse existimate, *vincere in bono malum:* pace, humilitate, modestia, et quibus potestis obsequiis; v. g., puerulorum institutione per catechesin, &c.; ostendite quinam sitis, et quid quaesitum veneritis.

Amicitiam Patrum Liguorianorum colite.

8. — RRdos PP. Congregationis SSmi Salvatoris, B. Alphonsi de Liguorio filios (9), (qui quidem brevi *Sanctus* appellabitur) amicos vobis conservate (10), et consulite. Sunt etiam ipsi exteri, ut vos, et pravis hominibus exosi.

In Deo sperandum, cui nihil est impossibile !

9. — Itaque, sperate in Deo, apud quem *non erit impossibile omne verbum.* Haec Archangeli verba vobis ipsi respondete, cum vobis incidit dubitare: *Quomodo fiet istud?* Ab hominibus quidem nil videtur sperandum, sed a Deo omnia, omnia! Quando iam istuc venistis, et sedem qualemcumque demum fixistis (11), patienter exspectate quid de vobis dispositurus sit Deus, *qui nescit amare et deserere.*

Promittuntur preces et benedictiones exoptantur.

10. — Nos quidem valde vestri causa sumus solliciti, sed *sollicitudinem proicimus in Eum, cui cura est de vobis;* quem quidem enixe precabimur, ut omnia vestra ad Suam maiorem gloriam cedant. Millies, millies, vobis omnibus divinus Infans benedicat, et Mater SSma Virgo immaculata!

Vestris etiam omnium SS. SS. ac precibus me valde commendo.

Pav. p. 53.

---

(8) Adeo nomen Iesuitarum in Lusitania odiosum evaserat, ut ipse Dux de Cadaval, de primis Patribus Olisiponem venturis, illud exprimere non auderet; scribebat enim de illis: « Qu'elles viennent, *les hirondelles*, au plus tôt, comme vous me l'annoncez! » (Carayon, XIX, 28). Adhuc, ut notat Carayon *(loc. cit.)* vigebat decretum Iosephi I prohibens, sub poena mortis, ne quidquam ad Iesuitas in Lusitania restaurandos tentaretur.

(9) Memoriae vel calami lapsu, Congregationem SSmi Salvatoris nominat hic P. Roothaan, quae a S. Alphonso Liguorio fundata nomen assumpsit a SSmo Redemptore. Is non ita « brevi » Sanctus appellatus est post hanc epistolam; legimus enim in eius Officio: « (Eum) Gregorius XVI in festo SS.mae Trinitatis, anno 1839, sollemni ritu Sanctorum catalogo accensuit» *(Brev. Rom.* 2 Aug. in II Noct., lect. 6).

(10) Scribebat P. Delvaux ad P. Godinot, 26 Aug. 1829: « Parmi les religieux, nous trouvons très dévouées à la Compagnie les trois Congrégations de la Mission, de l'Oratoire de S. Philippe de Néri et des Rédemptoristes » (Carayon XIX, 146). Paulo post, dum primam residentiae translationem narrat, addit: « Les Pères Rédemptoristes s'empressèrent de nous envoyer quelques petites provisions, et de plus nous prêtèrent un ciboire et un tabernacle ». (*Id. ibid.*, 193). « Les Pères Rédemptoristes, qui ont pour nous toutes sortes de bontés, veulent bien nous donner à dîner et à coucher, quand la nécessité des affaires nous conduit en ville » (*Id. ibid.*, 200).

(11) Praesentes litterae hanc habebant superscriptionem: *Ao R. P. Delvaux, da Companhia de Iesus, no Palacio do Ill.mo e Ex.mo Senor Duque de Lafoens,*

CXIX.

Ad R. P. Philippum Delvaux ([1]),

Lisboa.

1. *Pedestria itinera non improbantur.* — 2. *Victus pretium a noviciis exigere, toleratur.* — 3. *De spirituali noviciorum instructione.* 4. *De diffidentia quorundam erga Superiores.* — 5. *Gratias pro hospitio exsulibus proposito.* — 6. *Exorcismi ne ulterius fiant!* — 7. *Homines senes, in Societate iuveni formatos, quis inveniet?* — 8. *Dux de Anhalt-Coethen, S. I. benefactor, R. I. P.!*

Rome, 13 Nov. 1830.

1. — J'ai très bien reçu vos trois lettres, du 6 et 11 Sept. et du 6 Octobre. Ce que j'écrivis dans une précédente sur les voyages à pied n'avait d'autre but que de faire éviter une *singularité*, un *excès*, qui pouvait être au-dessus des forces de quelques-uns et par là nuisible à leur santé; hors de ces deux cas, rien ne s'oppose à ce qu'on fasse des voyages à pied, plutôt qu'en carrosse ([2]). Pedestria itinera non improbantur.

2. — Je ne m'oppose pas à la résolution que vous avez prise, de faire payer l'entretien des Novices. Cette pratique n'est pas tout à fait sans exemple ([3]). Mais il ne faut pas aller au-delà du nécessaire. Victus pretium a noviciis exigere, toleratur.

---

en Marvilla, Lisboa. Qua de re, scribebat P. Delvaux ad P. Godinot, 14 Oct. 1829: « Nos affaires ne marchent pas; si ce n'est que, pressant le premier ministre (Duc de Cadaval) de nous donner une maison provisoire, il nous a fait la galanterie de nous placer dans une maison de campagne du Duc de Lafoens, son frère... Cette maison est en très bon air, sur les bords du Tage; elle est trop éloignée, pour l'exercice du ministère à Lisbonne » (Carayon, XIX, 180-185). Mox videbimus Patres ad aliam sedem transivisse.

([1]) Dum haec scribebantur, Patres villam *Marvillam* reliquerant et in ipsa civitate Olisipone morabantur. Refert P. Delvaux, cur et quomodo sedes mutaverint: « Cependant, à la distance qui séparait la résidence (Marvilla) de la ville, le ministère était d'une extrême difficulté. Le duc et la duchesse de Lafoens, touchés du dommage spirituel qui en résultait, offrirent aux Pères leur palais, dit *de Laira*, dans la rue Saint-Joseph... A la fin de Décembre 1830, un avis royal mit enfin à la disposition des Pères une véritable maison religieuse, située près du château Saint-Georges, sur le flanc d'une des collines de Lisbonne ». (Carayon, X , 8).

([2]) Quod Patrem Delvaux in reda nobili transvehi veluti puderet, ipse declarabat, in litteris, quas ipse dabat ex Olisipone, die 26 Aug. 1829, ad P. Godinot. Iter narrat, quod per Hispaniam fecit, ut Lusitaniam peteret; et currus illos rudes describit, quos ipse gallice « galères » dicit, Hispani vero « tartanas » vocant; notat deinde: (Ce) « système de voiture est véritablement fatigant... il faut bien se résoudre à s'en contenter, si l'on ne veut pas scandaliser ce bon peuple espagnol... Nous étions des saints en galère; je ne sais ce que nous eussions été en carrosse ». (Carayon, XIX, 134).

([3]) Nondum promulgatus erat *Codex iuris canonici* hodie vigens, qui sic habet (Lib. II. can. 570, § 1 *sub fine*): « ... nihil pro impensis postulatus vel noviciatus exigi potest ». Alioquin, paupertas Patrum Olisipone tunc degentium, ab ipso P. Delvaux sic declaratur: « Nous y entrâmes (dans la maison de Marvilla) le 20 Octobre (1829). Les bons Pères de Saint-Vincent nous avaient donné le souper de ce jour; cinq ou six francs, qui nous restaient pour tout avoir, fournirent aux

De spirituali noviciorum instructione.

3. — Quant au P. Maître, convenez-en avec vos Consulteurs. L'essentiel est de les former aux vertus intérieures, sans négliger l'extérieure; à l'esprit d'oraison, mais selon la méthode de St Ignace. Il faut les munir bien contre les dangers d'une fausse spiritualité, aujourd'hui très commune; le meilleur remède à ce mal est de s'en tenir à des auteurs qui sont généralement approuvés, p. ex. Rodriguez; ne pas permettre la lecture d'ouvrages tels que d'Agreda (4) et autres de ce genre, qui ne conviennent aucunement à la Compagnie, pour n'en dire rien de plus.

De diffidentia quorumdam erga Superiores.

4. — Pour ce qui est de ceux qui, comme le Père P..., sont peu ouverts, peu à l'aise avec les Supérieurs, il faudrait chercher la cause de cette misère. Cela peut venir de l'éducation, du caractère propre; cela vient encore parfois de la manière de faire des Supérieurs mêmes, qui tous ne se souviennent pas toujours des égards que l'on doit avoir pour la pauvre humanité; cela peut encore venir de quelque mal secret; et combien faut-il alors user d'adresse, de douceur, etc. pour s'insinuer et découvrir la plaie! Voyez *Industrias ad curandos animae morbos*, du P. Aquaviva (5).

Gratias pro hospitio exsulibus proposito.

5. — L'offre et l'invitation, que vous fîtes le 14 Septembre, de recevoir une colonne d'exilés, me fait plaisir (6), parce

---

besoins du lendemain; puis, nous allions avoir faim, sans un boulanger et autres marchands, qui consentirent à nous faire crédit jusqu'au samedi suivant; mais les Pères Rédemptoristes s'empressèrent de nous envoyer quelques petites provisions ». P. Delvaux ad P. Godinot, Marvilla, 26 Nov. 1829. (CARAYON, XIX, 193).

(4) Omnibus notum esse praesumimus opus P. Alphonsi Rodriguez, de christiana perfectione, quod omnibus fere christianarum gentium sermonibus redditum est. Plura de illo apud SOMMERVOGEL, t. VI, col. 1946-1963.

Maria Coronel y Arana (dicta de Agreda, ex oppido hispanico ubi nata est anno 1602 et defuncta 1665), monialis fuit cordigera discalceata. In seraphico conventu Immaculatae Conceptionis, quem piissimi eius genitores fundaverant, abbatissae munus circa 35 annos exercuit. Ieiuniis, contemplationibus, caelestibus visionibus celebris, plures libros edidit inter quos eminet *La mística ciudad de Dios, o Historia de la Reina de los Angeles* (4 vol. Madrid, 1670). Philippus rex Hispaniae IV eam veneratione prosequebatur et audito eius consilio multa faciebat; litterarum quoque commercium cum illa annos 24 habuit, cuius tenor postea typis divulgatus est. Liber tamen eius de mystica Civitate Dei ab Hispanica Inquisitione et ab Universitate Sorbonica in iudicium adductus est; quarum prior illum ab omni suspicione exemit, altera vero censuit illum aliquibus propositionibus damnandis laborare. Idem liber, quem alii mirabilem, alii mirabiliorem aequo proclamant, laudatores multos et detractores, decurrentibus praesertim saeculis XVII et XVIII habuit, Impugnatoribus eius accensendus est Bossuet. (Cf. FRANCISCO SILVELA: *La Venerable Madre Sor María de Jesús de Agreda;* Madrid, 1896).

(5) Curiosus investigandi (si quis exsistat) nomen Patris illius P. . . , . . qui dicitur « peu à l'aise, avec les Supérieurs » facile ex Catalogo *Missionis Lusitaniae 1830* comperiet illum esse P. IOANNEM POUTY aliunde nobis ut hominem pium religiosumque plane notum (cf. infra, epist. CXXI, CXXIV). Liber autem *Industriarum* ordinarie sic inscribitur: *R. P. Claudii Aquavivae, Societatis Iesu Praepositi Generalis, pro Superioribus eiusdem Societatis, Industriae ad curandos animae morbos.* Constat 18 capitibus cum prooemio. Litterae, quibus mandato P. Generalis, eum ad Superiores mittebat P. Bernardus de Angelis, Secretarius Societatis, datae sunt Romae, 15 Aprilis 1600.

(6) Exsulibus e patria gallicis Patribus pronum erat, hospitalitatem a Patre Delvaux offerri, qui licet in Belgio natus, Galliae totus erat deditus. Recte tamen

que c'est une marque de charité qui va jusqu'à partager le peu que l'on a avec des frères, qui seront peut-être encore plus nécessiteux (7). Pour le moment, je pense que la plupart sont placés. On verra plus tard.

6. — Les explications que vous donnez le 6 Octobre sur l'affaire de la chapelle, me satisfont; j'avais compris autrement cette affaire (8). Quant aux exorcismes, qu'il n'en soit plus question jamais, sans un ordre exprès et *motu proprio* du Nonce ou du Patriarche (9).

Exorcismi ne ulterius fiant!

7. — J'enverrais volontiers un homme à cheveux blancs, mais où en trouver de tels, qui aient reçu leur première éducation dans la Compagnie? Ils sont bien clair semés! C'est d'ailleurs peu juste, que de vouloir des enfants vieux, d'une mère de 16 ans.

Homines senes, in Societate iuveni formatos, quis inveniet?

8. — Le Duc Ferdinand d'Anhalt-Coethen est mort le 23 Août (10). Le Compagnie y perd comme toute l'Eglise un protecteur qui étendait ses soins bien au-delà des limites de son petit Etat. J'ai prescrit deux messes aux Pères et deux chapelets aux Frères de toute la Compagnie, pour le repos de l'âme de cet insigne bienfaiteur.

Dux de Anhalt-Coethen, S. I. benefactor, R. I. P.!

Lus., p. 15.

notat P. Generalis, charitatem eius mirabilem esse, cum ipse cum sociis suis in summa paupertate versaretur (cf. notam immediate sequentem, n. 7). Citat CARAYON, XIX, 267, epistolam Patris Delvaux ad P. Druilhet (13 Oct. 1830) stylo *allegorico*, ut dicit (et prorsus singulari allegoria!) redactam, unde haec depromimus: « Je m'étonne que vous n'ayez pensé, personne de vous, à la petite ressource que nous vous offrions ici. N'auriez-vous pas compté sur notre disposition à partager avec vous jusqu'à notre dernier denier? ».

(7) Quanta fuerit paupertas primorum Patrum ex Gallia in Lusitaniam missorum, ipsorum verbis sufficienter declaratur: « Le toit hospitalier, qui accueillait nos bons religieux, abritait avec eux la pauvreté parfaite (anno 1929, in domo *Marvilla*). Les deux profès de la petite troupe furent donc appelés par le supérieur (P. Delvaux): Mes Pères, leur dit-il, nous n'avons pas de quoi nous procurer du pain. Comme profès, vous êtes plus particulièrement voués à la pauvreté; allez donc et demandez l'aumône pour nourrir vos frères! Et les deux bons Pères partirent gaiement, tendant la main au nom de Jésus Christ ». L. DE CHAZOURNES, S. I., *Vie du R. P. Barrelle*, 2 vol. Paris, Plon, 1868. - T. I, cap. 13).

(8) « Le duc et la duchesse de Lafoens... offrirent aux Pères leur palais, dit *de Laira*, dans la rue Saint Joseph; quartier cher à la Compagnie; car ce fut là que, suivant la tradition, S. François Xavier et Simon Rodriguez, arrivant à Lisbonne, se logèrent en 1540... Dans la nouvelle maison, dont la charité leur faisait l'aumône, les Pères ouvrirent une petite chapelle et commencèrent à prêcher et à confesser, avec des fruits chaque jour plus abondants: elle devint, à vrai dire, le berceau de la nouvelle Compagnie à Lisbonne. A la fin de Décembre 1830, un avis royal mit enfin à la disposition des Pères une véritable maison religieuse, située près du château Saint Georges, sur le flanc d'une des collines de Lisbonne » (CARAYON, X. 8).

(9) Exorcismos plures fecerat P. Iosephus Barrelle (de quo plura postea) in sacello nostro, quorum fama per totam urbem late fuerat diffusa. Quod Pater Generalis, simul ac novit, reprehendit, litteris ad P. Delvaux die 7 Sept. 1830 missis. Constat aliunde de exorcismis illis non eandem fuisse Patris Roothaan et Patris Delvaux sententiam. Is enim, dum apostolicum zelum Patris Barrelle laudabat et fructus spirituales inde secutos, addebat: « [Dieu] seul peut savoir ceux qu'il recueillit, et particulièrement de plusieurs exorcismes, dont le bruit se répandit dans toute la ville » (Cit. apud CHAZOURNES, in *Vie du R. P. Barrelle*, t. I. p. 244, de qua infra).

(10) De pio illo Duce et de Ducissa eius coniuge, a protestantismo ad veram fidem conversis, iam egimus supra (Cf. epist. V). Fusius et infra agetur, v. g. in variis epistolis ad R. P. Petrum Beckx.

CXX.

Ad R. P. Alexandrum Mallet [1],

Lisboa.

1. *Merito Patrem Generalem de Superioris defectibus monuit.* — 2. *Iterum reprobantur exorcismi.* — 3. *Adiuvet consiliis Superiorem, salva semper oboedientia et reverentia.* — 4. *Concionatorem ex tempore praedicare non expedit nec decet.* — 5. *In potentes et optimates non perorandum.* — 6. *Vitium virtute retundendum est, non vitio opposito subdendum.* — 7. *Spem emendationis praebet oboedientia.* — 8. *Spiritus probet magister noviciorum.* — 9. *Cum prudente viro hae litterae communicentur.* — 10. *Monitionis exitus quis fuerit, renuntiet.*

Rome, 27 Décembre 1830.

Mon révérend Père,

Merito Patrem Generalem de Superioris defectibus monuit.

1. — J'ai reçu votre lettre du 24 Nov., et je vous remercie beaucoup des détails que vous m'avez donnés; et j'ai besoin de connaître ces choses; et cela d'autant plus, que le bon P. Recteur [2] ne se doute pas même de la nécessité de m'informer de ce qui regarde l'excellent P. Barrelle [3], parce qu'il n'a pas le moindre doute sur ses inspirations, etc. En faisant ce que vous venez de faire en m'écrivant, vous ne faites pas le censeur de votre supérieur, puisque ce n'est pas par esprit de censure ou de critique que vous le faites, mais parce que vous doutez, et ce n'est pas sans raison, qu'il ne se trompe. Soyez donc tranquille; vous avez bien fait, et j'entends que vous regardiez comme un devoir le soin de m'informer [4]. Avec

---

(1) P. Alexander Mallet, *Franciae,* (1799-1819-1856) unus fuit ex iis, qui primum ex Gallia Lusitaniam petierunt, Martio 1829, duce R. P. Delvaux ; quibus annumerabantur (praeter Coadiutores duos) P. Iosephus Barrelle et P. Iosephus Bukaciński, de quibus infra dicemus. Vir sani ac recti iudicii, ut ex praesentibus litteris satis liquet, erat P. Mallet ; qui in Lusitania non modo Magister noviciorum, sed et Rector Collegii Conimbricensis fuit ; postea vero Magister noviciorum Venetiis in Gallia (Vannes), ac tandem Ambiani, ad Sancti Acheoli, ubi pie defunctus est. (Sommervogel, t. V, col. 441-442).

(2) Rectorem illum, P. Philippum Delvaux, iam novimus. Quem P. Roothaan, sicut multum diligebat, sic et multum increpabat.

(3) P. Ioannes-Franciscus-Iosephus-Adorator Barrelle, *Lugdunensis,* (1794-1816-1863) vir fuit singularis virtutis (De illo cf. Léon de Chazournes, S. I. *Vie du R. P. Joseph Barrelle ;* Paris, Plon, 1868, 2 vol.) Annos natus 22, in Societatem a P. de Clorivière acceptus est et in variis deinde Collegiis occupatus, donec in Lusitaniam missus est. Ibi autem falsis maligni spiritus imaginibus, in spiritum lucis transfigurati, deceptus, parum abfuit quin a vocatione simul et a sana ratione deficeret (Chazournes, I, 245-256). Recte igitur P. Roothaan, dum illum *excellentem* immo et *sanctum* vocat, admonet tamen, ne proprio iudicio, utpote minus firmo et tuto, confidat. Postea vero, Romae, Friburgi, Lugduni atque Massiliae, idem P. Barrelle, pietate et humilitate semper conspicuus, ad Dei gloriam animarumque innumerarum salutem, opera egit eximia. Obiit Claromonti *(Clermont)* 16 Oct. 1863.

(4) Haec verba, prae aliis eiusdem epistolae monitis, sapientiam consiliorum et prudentiam gubernationis apud P. Roothaan eximiam fuisse demonstrant. Idem dicito de § 3 (paulo infra) : « Dans ce que vous m'avez mandé »...

la meilleure intention du monde, on peut se tromper; et la ferveur, si elle n'est pas réglée par la prudence et par la discrétion, fait faire bien des fautes qui, pour être *innocentes* par rapport à celui qui les commet, ne laissent pas d'être *nuisibles* au bien véritable et solide.

Iterum reprobantur exorcismi.

2. — Je suis bien aise qu'il ne s'agisse plus *d'exorcismes;* au moins vous ne m'en parlez plus. Dieu soit loué! Car j'ai tout lieu de craindre que ce ne fût précisément un artifice de cet esprit même qu'on prétendait chasser des corps, que ce zèle si imprudent pour les exorcismes ([5]).

Adiuvet consiliis superiorem, salva semper oboedientia et reverentia.

3. — Dans ce que vous m'avez mandé dans cette dernière lettre, il y a bien des choses que je ne puis approuver en aucune manière. Et quoique j'en écrive au P. Recteur, je ne veux pas laisser de vous en dire aussi ce que j'en pense, afin que cela vous puisse diriger et fixer votre jugement dans des cas semblables. Je ne sais pas si vous êtes admoniteur, mais toujours vous êtes consulteur, et il est nécessaire que vous aidiez le bon P. Recteur; cela n'empêche ni l'obéissance, ni le respect que vous lui devez comme Supérieur.

Concionatorem ex tempore praedicare non expedit nec decet.

4. — Je n'approuve point du tout cette manière de prêcher, presque sans préparation, du P. Barrelle ([6]). C'est le moyen de dire des sottises (car il faut appeler les choses par leur nom); c'est une illusion que de penser qu'il ne faut pas se préparer pour *dépendre davantage de l'esprit de Dieu.* Je crains même qu'il n'y ait un peu d'orgueil subtil dans la persuasion où l'on est, d'être un apôtre.

In potentes et optimates non perorandum.

5. — Je dis la même chose de la prédilection pour cet esprit d'Elie. Je dirais à tel Père: *nescitis cujus spiritus estis* ([7]). Vous avez bien raison de ne pas approuver ses déclamations contre les grands de la terre ([8]); et je m'étonne que le P. Recteur ne lui ait pas défendu ces déclamations aussi bien que cet autre défaut dont vous me parlez.

([5]) De exorcismis illis vide epistolam priorem, ad not. 9; et epist. CXXI not. 7.

([6]) Conciones suas P. Barrelle revera non memoriter recitabat: nec tamensine praeparatione pronuntiabat. Primam omnium, coram Rege Lusitaniae habendam, noluit scripto mandare, ut refert P. Delvaux: « Il y sentait une répugnance de foi, que je n'avais pas voulu contrarier. Il parla donc sur notes, comme il faisait en France... Toutefois il avait écrit l'exorde et la péroraison, pour mieux peser toutes les expressions, dans un sujet si grave et si délicat ». Talemque semper fuisse eius morem, testatur eius biographus, de sermonibus Romae habitis scribens: « Quelques textes de l'Ecriture, une demi-phrase, un mot substantiel jetés de loin en loin sur une page, formaient les jalons du discours... Puis l'orateur livrait sa pensée, son âme entière » (Chazournes, I, 223, 259).

([7]) Prophetico ipso sermone praenuntiare videtur hic P. Generalis profunditatem erroris, quo paulo post deceptus et illusus P. Barrelle, domum Societatis Olisiponensem erat deserturus « sub specie boni », ad vitam ducendam absolutae paupertatis et continuae contemplationis. In viis civitatis, post aliquot dies, ieiunio et lassitudine fere exanimatus, inventus est atque in rheda Cardinalis-Patriarchae ad Nostrorum residentiam reductus. Gratia Dei tandem illuminatus errorem suum agnovit, nec deinceps revelationibus, sive a semetipso sive a pia quacumque femina acceptis, aurem incaute praebuit (Cf. Chazournes, I, 245-256).

([8]) Optime consonat hoc monitum *Regulae* 10ae *ad sentiendum cum Ecclesia,* quam proferunt Exercitia spiritualia S. P. Ignatii; id ceteroquin non minus in prudentia humana, quam in duplici reverentiae et caritatis lege nititur.

Vitium virtute retundendum est, non vitio opposito subdendum.

(7) Vulgo refertur effatum, quod esse Augustini dicunt: « Diabolus est simius Dei ». Illud quidem apud sanctum doctorem frustra quaesivimus. Rectius attribui potest Tertulliano (*De Praescriptione,* cap. 40), ubi tamen verbum *simius* non exprimitur; sed commentator quidam doctissimus mentem auctoris et argumentum capituli comprehendens brevi titulo haec scripsit: « Diabolus corruptor scripturarum, aemulus Dei et simius omnium mysteriorum divinorum ». Idem verbum in sequentibus *scholiis* iteratur. *(Tertulliani omniloquium alphabeticum* [t. II. p. LXXXIIII], auctore R. P. Car. Moreaux, O. E. S. A., Paris, 1657).

(8) S. P. Ignatii « Regulae ad sentiendum et cognoscendum aliquo modo varias motiones, quae in anima excitantur »... etc, - atque « Regulae ad eumdem effectum cum maiori discretione spirituum », circa finem Exercitiorum spiritualium positae, ab omnibus vitae spiritualis magistris pretiosissimae habentur (Cf. *Thesaur. spirit. S. I.*, Desclée, 1882. pp. 307-328). Notae vero (eaeque etiam pretiosae), quibus P. Roothaan illas ornaverat, videri possunt ibidem, vel apud L. de Jonge et P. Pirri, S. I: *Opera spiritualia Ioannis Phil. Roothaan, S. I. Praep. Gen. XXI,* vol. II, pp. 189-202 (Romae, 1936, apud Postulatorem Generalem S. I.).

(9) « L'accord parfait [des Exercices] avec le livre admirable de l'*Imitation* » argumentum est operis P. Mercier, S. I.: *Concordance de l'Imitation de Jésus-Christ et des Exercices spirituels de St Ignace,* suivie d'un plan raisonné des Exercices pour une retraite de huit jours; ou Doctrine spirituelle de l'Imitation de Jésus-Christ, exposée d'après le plan des Exercices spirituels de St Ignace. Paris, Oudin, 1885, in-12, XXXVI + 476 + 171 pp.

été toujours bien persuadés de ce que je viens de dire, bien des *scènes* ne seraient jamais arrivées. Heureux encore, si au moins on *apprend* à ses dépens!

7. — Quant aux exercices extérieurs, je crains que chez vous on ne se soit laissé aller à l'*extraordinaire*, sur l'exemple de nos premiers Pères ([10]). Mais il faut bien distinguer les temps, et les circonstances d'alors et d'aujourd'hui. Voyons comment en ont agi nos premiers Pères en Chine. Croyez-moi, qu'aujourd'hui dans bien des pays on est à peu près comme on était *là;* et pour pouvoir faire un bien solide et durable, il faut à peu près autant de discrétion, de circonspection, de prudence, comme *là*. Le moyen de réussir n'est pas du tout de faire grand bruit ([11]).

De prudentia in agendis.

8. — Il est inutile de vous rassurer sur l'accueil que je fais au pauvre Père: vous le comprenez assez par ce que je viens d'écrire au commencement de cette lettre ([12]). Ainsi tranquillisez-vous là-dessus. Probablement je l'appellerai ici pour un temps. Puis nous verrons ([13]).

Romae benigne suscipietur P. Barrelle.

9. — Pour ce qui est des *saintes* lettres, dont vous m'avez parlé dans une de vos précédentes, jetez-les tout simplement *au feu* ([14]).

Litterae quaedam *piae* comburantur!

10. — N'oubliez pas de présenter mes très humbles hommages et mes remerciements à S. Exc. Mgr le Nonce ([15]), ainsi

Salutentur praelati et amici.

([10]) Exemplo sit ardens praedicandi per plateas votum, quo P. Barrelle aestuabat. De quo P. Delvaux ad P. Druilhet scribebat, 3 Febr. 1831: « L'affluence pour l'entendre va toujours croissant; notre église est de beaucoup trop petite; et ce pourrait être une raison de lui permettre ce qu'il désire, je veux dire de prêcher dans les rues et les places publiques, suivant l'usage de nos anciens Pères » (CARAYON, XIX, 289).

([11]) Proverbium est in Gallia: « Le bien ne fait pas de bruit, et le bruit ne fait pas de bien ».

([12]) « Le P. Roothan... l'ayant appelé à Rome, après avoir tout examiné par lui-même, affirma que le coeur était resté étranger à cette défaillance, et que le nuage n'avait été que dans l'imagination... « Mes Peres, ajoutait le pieux Général, il est impossibte qu'un religieux qui reçoit avec une joie si douce l'humiliation et la réprimande, soit coupable devant Dieu. Je vous le dis: ce sont de ces erreurs qui n'arrivent qu'à des saints ». (CHAZOURNES I, 256).

([13]) Paucis elapsis mensibus, P. Barrelle constitutus est ab ipso P. Roothaan Praefectus Spiritualis in Collegio Romano. Idem illum misit anno 1833 ad instaurandum Collegium Friburgense, scribens ad Patres Provinciae Germaniae: « Je n'ai rien de meilleur à vous donner; c'est ma perle » (CHAZOURNES I, 279). Ab anno 1848 in variis Galliae locis, plerumque Superioris Rectorisve munere fungens, strenue laboravit. Obiit Claromonte, 17 Octobris 1863.

([14]) Facile nimis intellegitur de litteris agi, quibus revelationes aliaeque mystici ordinis favores narrabantur. Iam audivimus P. Roothaan dicentem: « Pour moi, je tiens assuré que ces pénitentes, problablement toutes, ou trompent le bon Père (Barrelle) ou sont elles-mêmes trompées par l'esprit de ténèbres » (Cf. supra, epist. CXXI).

([15]) Nuntius apostolicus Olisipone tunc erat: « Mgr Alexandre Justiniani *(sic)*, Archevêque de Petra, qui, sur la recommandation de Mgr Lambruschini, avait accordé une bienveillante protection à la Compagnie. Il désira qu'elle vînt travailler à Lisbonne même, dans son église des Italiens, Notre-Dame de Lorette » (CARAYON, X, 7). Et haec quidem ab initio, quando Patres nostri vix in Lusitaniam devenerant et adhuc extra urbem in villa *Marvilla* morabantur. Deinceps vero Nuntii caritas erga nos non modo sibi constans fuit, sed cum difficultatibus temporum ita crevit, ut in summo dispersionis discrimine, summa sit effecta: « Le Cardinal Ale-

qu'à son Em. le Cardinal Patriarche ([16]) et à l'excellent Duc de Cadaval, qui a pris tant de part à vos disgrâces ([17]). Je pense bien que vous n'avez pas laissé ignorer à ces personnages, surtout aux deux premiers, quel a été constamment notre jugement sur ces affaires, afin qu'on sache que ce n'était pas là l'esprit de la Compagnie.

Je vous ai envoyé, il y a peu de jours, deux exemplaires des circulaires, dont l'une de l'année passée, l'autre de cette année-ci.

Epistola cum omnibus PP. communicetur.

11. — Adieu, mon cher Père! Consolons-nous dans le Seigneur; espérons en Lui avec humilité; qu'Il vous bénisse vous et tous les vôtres! Lisez aux Pères cette lettre-ci, non pas pour votre pénitence, vous en avez eu une assez grande, mais pour leur instruction aussi.

Spes auxilii mittendi.

12. — Quand Mr le Marquis Lavradio aura quelque ordre positif (car depuis les derniers événements de Fr(ance) il ne sait pas si l'ordre précédent reste en vigueur), nous vous enverrons quelque renfort ([18]).

En union de vos SS. SS. je suis de tout mon coeur et avec toute l'effusion de mon âme...

Lus., p. 36.

---

xandre Justiniani, qui pendant toute sa nonciature s'était montré si bon pour les Pères, le fut, s'il était possible, plus encore dans cette extrémité ; il recueillit chez lui tous ceux qui purent s'y réfugier ; et dans les derniers jours, où sa position à lui-même devenait fort difficile vis-à-vis du nouveau gouvernement, il voulut avoir le Supérieur près de lui ; et ce fut avec son Eminence et à ses frais, que trois Pères, trois novices et un élève de la Compagnie firent la traversée jusqu'à Gênes » (Id. ibid., 55-56).

([16]) Quanta benevolentia Exc.mus DD. Patricius nomine I, Cardinalis Patriarca Olisiponensis, Patres nostros prosequeretur, ipse manifestavit litteris ad clerum suae iurisdictionis datis die 14a Aprilis 1830 (Quas citat Carayon I, 4). Diximus insuper, Patrem Barrelle, dum per plateas civitatis vagaretur, in eius rheda exceptum fuisse et ad domum usque nostram benigne reductum (cf. Chazournes, I, 251-252).

([17]) Dux de Cadaval (de quo vide not. 4 ad epist. CXVIII), minister regis Lusitaniae Michaëlis, cum videret litterarum scientiarumque cultum in patria sua ab exsilio Iesuitarum semper in deterius esse lapsum (cf. Carayon X, 1, 2, 31), de eorumdem reditu strenue cum R. P. Generali Fortis egit, deinde cum Vicario generali P. Pavani. Is mense Martio 1829 decrevit, sex Patres cum tribus Fratribus in Lusitaniam mittere ; qui (uno Fratre excepto) e Gallia mox profecti sunt, ut supra notavimus, et in ipso itinere (3 Aug. 1829) litteras acceperunt, electionem R. P. Roothaan in Generalem annuntiantes *(Id. XIX.* 131). Narrat P. Delvaux ad P. Godinot scribens, 26 Aug. 1829, quam benigne a Duce de Cadaval exceptus ipse fuerit *(Id. ibid.* 142-143) ; de quo etiam paulo post, ad P. Varlet, 24 Sept. 1829 : « Le premier ministre est un homme charmant... mais par-dessus tout, un modèle de religion. C'est un véritable ami de la Compagnie » *(Id. ibid.* 170). Eumdem plerumque vocat : « le bon duc de Cadaval... l'excellent duc », etc. *(Id. passim).*

([18]) Virorum subsidium in Lusitaniam mittere iam statuerat P. Generalis. Videtur autem timuisse ne, dispersis Patribus Gallicis ob civiles tumultus anni 1830, mandatum non potuissent Superiores illius Provinciae exsequi ; neve Rex ipse Lusitaniae sententiam suam mutavisset. Constat vero piisimum Regem novam inde voti sui confirmationem hausisse. Nam die 24 Dec. 1830, scribebat P. Delvaux ad P. Gury : « En allant baiser la main au Roi,... j'ai trouvé ce bon Prince plus affectionné que jamais à notre Compagnie ; il s'informa avec le plus grand intérêt de l'état de vos affaires en France... il m'a témoigné un grand désir, de voir bon

CXXIV.

Ad R. P. Georgium Palmain (1),

Genova.

1. *Gratulatur ei proximam profectionem in Lusitaniam.* — 2. *Mittit Decretum regium, quo Nostris collegium Conimbricense restituitur.* — 3. *Utinam eum videre et amplecti potuisset!* — 4. *Interrogat quem librum textus in studiis theologicis habuerit, et quid de quattuor* articulis *gallicanis fuerit edoctus.*

Roma, 24 Martii 1832.

1. — Gaudeo, mi Pater, ac tibi mihique gratulor, te iam advenisse Ianuam cum socio, unde brevi cum aliis Patribus, quos hinc sub Aprilis initium expediemus, in Lusitaniam proficiscemini (2).

Gratulatur ei proximam profectionem in Lusitaniam.

2. — Quo laetius iter istud aggrediamini, en vobis apographum regii Decreti, quo Nostris ibi Collegium Conimbricense, illud nobilissimum antiquae Societatis domicilium, restituitur (3). Iam eius possessio a Patribus Ulisiponensibus adita est, sub elapsi Februarii dimidium (4). Non deerit pro-

Mittit Decretum regium, quo Nostris Collegium Conimbricense restituitur.

---

nombre de vos réfugiés venir augmenter le nôtre » (Carayon, XIX, 273 et 283). Reque vera, [le R. P. Genéral] « pressa le Provincial de France d'envayer du ren fort en Portugal. Dix nouveaux missionnaires y arrivèrent hientôt ». (Burnichon, I-492). Advenisse novas illas vires decurrente anno 1832, patet ex comparatione Catalogorum Missionis Lusitanae, quos refert Carayon, X, 82. 83; et ex litteris P. Delvaux *(Id. XIX*, 351).

(1) P. Georgius Kulak, *Galicianae*, (1797-1813-1870) in Lusitania et in Gallia dictus est *Palmain.* Vidimus supra (epist. CXXXIII, not. 1) Patrem Delvaux in Lusitania nomen sibi assumpsisse *Dovalle* et Patri Bukacinski nomen impositum esse *Chevalier.* Scimus praeterea nomen Patris Pouty mutatum esse aliquando in *Da Cruz;* ad quem rescribebat P. Roothaan, 16 Iulii 1833: « Quant au nom de Da Cruz, vous pouvez sans doute le retenir. Le changement que j'ai désapprouvé regarde les noms de baptême » (*Lus.* p. 71). Similiter ad ipsum P. Delvaux, 28 Maii 1833: « *Dovalle* au lieu de Delvaux ne me déplaît pas; et il me semble que j'avais approuvé expressément ce changement » (*Lus.*, p. 68).

(2) Die 3 Aprilis eiusdem anni, scribebat P. Roothaan ad P. Delvaux: « Hier, j'ai conduit près du Saint-Père Grégoire XVI les quatre nouveaux destinés pour le Portugal: les PP. Margottet, Boulongne, Nemkin et Théodore Cotel. Le Saint-Père les a accueillis avec sa bonté accoutumée. Ils partiront ces jours-ci pour Gênes, où ils sont attendus par l'excellent P. Palmain (Koulak; c'est un grand présent, que je fais au Portugal!) et un autre Père » (*Lus.* p. 50). Et ad eumdem, 22 Maii: « Je reçois dans ce moment une lettre du P. Margottet, de Gênes. Leur embarquement est tout proche » (*Lus.* p. 52).

(3) Decretum, quod hic nominat P. Roothaan, nihil aliud esse videtur, nisi *Litterae regiae*, datae 9 Ianuarii eiusdem anni 1832, quibus Rex Lusitaniae Priori Generali Universitatis Conimbricensis voluntatem suam declarabat, restituendi Patribus Societatis Iesu *Regium Collegium Artium:* « ... J'ai décidé, et tel est mon bon plaisir, qu'on leur remette le royal Collège des Arts... Il m'a plu d'ordonner que la caisse de l'Université leur paye annuellement la somme de dix mille cruzades... tant qu'on ne les aura pas remis en possesion des rentes propres de ce Collège ». (Textum integrum vide apud Carayon X, 10-12. et XIX, 320-321).

(4) Ex Olisipone profecti sunt, Conimbriam petentes, die 14a Februarii, Patres Pallavicini, Pounty, Martin, cum Fratribus Coadiutoribus Monnier et Baron, duce P. Delvaux. Dum iter facientes sisterent in oppido Pombal, Marchioni eiusdem nominis, I°, anno 1782 defuncto et adhuc inhumato, christianam sepulturam tandem dederunt, ac Missam de *Requiem* pro anima illius infensissimi Iesuitarum hostis, *corpore praesente*, celebravit P. Delvaux (Cf. Carayon, X, 10. 24 et XIX, 324 *sqq.*).

fecto, in quo pro Dei gloria operam utilem collocetis; neque deerit exercendae patientiae occasio, quae sane non minus est divinae bonitatis donum.

Utinam eum videre et amplecti potuisset!

3. — Quam vellem, occasio tulisset, aut ratio aliqua, ut te post tot annos videre hic et coram amplecti licuisset! (5) At, quoniam id non licet, animo certe ac spiritu te, mi carissime Pater, arctissime amplector in Domino; utque ista nova peregrinatio in majorem Dei laudem, tuaeque animae novos majoresque profectus cedat, precor et a Domino postulo ardentissime.

Interrogat quem librum textus in studiis theologicis habuerit, et quid de quattuor *articulis* gallicanis fuerit edoctus.

4. — Unum est, quod ex te *secreto* scire percupio *A. M. D. G.* In studiis theologicis, quae nuper confecisti (6), an explicatur auctor aliquis? estne Bailly? (7) quid illic docebatur de iis, quae ad quattuor famosos nimium Articulos pertinent? (8) Haec, ut ex te *secreto* exquiro, ita ut mihi *secreto* respondeas, velim; neque a quoquam sciatur, de hac re scriptum a me fuisse ad te. Licet enim ne suspicari quidem possim, quin recte omnia in isto genere fiant, est tamen quod de hac re edoceri a te eo, quo dixi, modo omnino velim.

Vale, Pater optime, et ad Lusitanicam profectionem *magno animo et volenti* (9) te compara, meique in SS. SS. memoriam servato.

Lus., p. 49.

---

(5) « (Il P. Roothaan) inaugurò (a Pusza) il corso di rettorica nel mese di Ottobre (1812) con una quindicina di alunni, fra i quali... Giorgio Kułak, che cangiò il nome in Palmain » (Pirri, 92). Veteri ergo necessitudine iungebantur ambo.

(6) « Expulsés de Saint-Acheul et de Dôle (par la révolution de 1830), les étudiants en théologie avaient, pour la plupart, trouvé un refuge au Collège de Brigue en Valais ». (Burnichon II, 138). Ibi apparet, in *Catalogo* anni 1831, Scholasticus Georgius Palmain ut *stud. theol. anno IV.* Post ordinationem vero incepit tertiam probationem agere Staviaci (Estavayer-au-lac) anno 1832; sed mox in Lusitaniam missus est, ut praesentibus litteris constat.

(7) Ludovici Bailly (1730-1808), Can. Divionensis, *Theologia dogmatica et moralis*, 8 vol, in-12 (editio prima 1789, sexta 1820) magna valuit auctoritate in pluribus Galliae seminariis, ad medietatem usque saeculi XIX. Sed die 7 Dec. 1852 inscripta est *Indici librorum prohibitorum*, praesertim (ut censetur) propter rigorem quemdam Iansenisticum. Hodie igitur penitus exolevit. De illa videri potest: Vacant, *Dictionnaire de Théologie Catholique*, t. II, 37; et Hurter, *Nomenclator*, 3 edit., t. V, 591 *sqq.*

(8) *Declaratio* Cleri Gallici, famosis ultra modum *quattuor articulis* concinnata (19 Mart. 1682), haeresim quidem redolebat, dum respectiva civilis et ecclesiasticae potestatis iura definire praesumebat; numquam tamen formalis haereseos damnata est. Ludovicus rex Galliae XIV *quattuor articulos* in omnibus regni collegiis et seminariis doceri mandaverat, quod iterum et Napoleo instituit et Carolus rex X anno 1828 imperavit. Medio circiter saeculo XIX intermitti iam coepti erant, donec Vaticanum Concilium eos tandem in oblivionem adduxit.

(9) « ... ut faciatis eius (Dei) voluntatem corde magno et animo valenti », verba sunt ex II Lib. Machab. I, 3, desumpta; quibus S. P. Ignatius libenter uti solebat, ut videre est, i. a. in *Exercit. spirit.*, Annot. V: « intrare in illa animo magno et cum liberalitate »... *etc.*

CXXV.

Ad R. P. Alexandrum Martin (1),

Coimbra.

1. *Laudat ministerium infirmorum.* — 2. *Benedictiones Dei apprecatur.* — 3. *In inceptum scholarum opus generose incumbant!* — 4. *Spes Societatis in Lusitania sunt ipsi.* — 5. *In unum intenta epistola, ad cunctos evasit extensa.* — 6. *Exhortatio paterna.*

Roma, 20 Martii 1833.

1. — Gratias ago Rae Vae ceterisque PP. Consultoribus de litteris ex officio accurate missis. Gratulor de laboribus in infirmorum ministerio susceptis (2), de aerumnis toleratis, de valetudine plerorumque tentata et afflicta, sed iam, Deo favente, restituta (3). Laudat ministerium infirmorum.

2. — Gratiae sint infinitae divinae Bonitati, praesertim de aerumnis, quae *pars* sunt *filiorum Dei*, ac certum praebent pignus divini favoris, quo vos Dominus in hisce initiis prosequitur. Beati vos, Patres mei dilectissimi, si humiliter pergentes in divino famulatu, audire aliquando mereamini: *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Consolamini invicem in verbis istis.* Equidem vos votis omnibus Benedictiones Dei apprecatur.

(1) P. Alexander Martin, *Lugdunensis,* (1799-1819-1840) unus e primis futurus erat, quos P. Roothaan anno 1837 in Madurensem Missiones mitteret: et inter primos fuit, qui mortem in campo illo dominicae vineae obierunt (30 maii 1840). Lusitaniam petierat anno 1831, studiis in Collegio Romano peractis; statimque, ob curam, quam maiorem fortasse aequo habuit, inferendi illuc omnes Romanas consuetudines, non sine offensa exstitit apud P. Delvaux; ad quem scribebat P. Roothaan, 28 Febr. 1832: « Je viens au P. Martin. Je vois bien, il a la tête un peu montée; j'espère que cela passera. Je lui écris clair et net » (*Lus.*, p. 45). Libet ex dictis litteris haec pauca depromere: « Je crains que vous ne vous soyez laissé surprendre par un esprit de censure et de critique, qui vous fait trouver mal tout ce qui n'est pas comme au Collège Romain. C'est trop, mon cher Père! L'Institut, les Règlès, sont bien les mêmes partout; mais les coutumes, dans des choses qui ne sont pas de la substance ni de l'esprit de la Compagníe, varient nécessairement selon les pays ». (*Lus.*, p. 46). Idem, paulo post, ad P. Mallet, 15 Ian. 1833: « La grande entreprise du P. Martin, pour organiser *tout ad instar Coll. Rom.*, ferait rire, si les résultats n'en étaient pas affligeants ». (*Lus.*, p. 59). In Collegio Conimbricensi erat P. Alex. Martin *Praefectus studiorum* destinatus (Carayon, X, 35 *nota),* quando in infirmorum ministerium, ut modo dicemus, deputatus est.

(2) Petrus rex Lusitaniae IV thronum filiae suae Mariae reliquerat (2 Maii 1826) ut Imperium Brasiliae assumeret; quod indigne ferens Michaël frater eius primum regni tutelam (22 Febr. 1828), mox ipsum regnum obtinuit (4 Iulii 1828). At Mariae reginae fautores, auxiliante imperatore Petro, et Anglicis etiam classibus adiuti, bellum moverunt; quo devictus tandem, Michaël non a solio tantum, sed a patria decessit (31 Maii 1834). Interea vero, dum certamen in Septemtrionali Lusitaniae parte ageretur, medio circiter anno 1832, rogavit Michaël rex Patrem Delvaux, ut sacerdotes aliquot e Societate mitteret, sive ad militum, sive ad infirmorum atque vulneratorum curam in hospitiis castrensibus; nam et ipsi Patres, paulo ante, cum rex Collegium Conimbricense visitaret, sponte ad ministerium illud sese obtulerant (Carayon, X, 32). Ideo die 2 Novembri, cum acrius insaeviret bellum, vocati sunt. « Sur le champ, cinq Pères partent de Coïmbre et vont se faire les infirmiers et les aumôniers des malades et des blessés des deux armées. Car l'humanité de Don Miguel lui avait fait prescrire de donner à tous les mêmes soins ». (Carayon, X, 34).

(3) « Les Péres eurent beaucoup à souffrir, dans ces hôpitaux improvisés, de la privation des choses les plus indispensables, et des misères causées par l'imprévoyance ou la trahison. Plusieurs des Pères y tombèrent malades et y coururent les plus sérieux dangers de perdre la vie; mais rien ne peut décourager leur zèle » (Carayon, X, 34-35). Erant illi quinque Patres Mallet, Trancart, Sales, Palmain et Alexander Martin, de quo scribit P. Delvaux: « Un homme apostolique... le P. Alexandre Martin, destiné déjà à une sorte de martyre au Maduré, desservait l'hôpital de Couto et y renouvelait tous les prodiges de dévouement, dont parlent les annales de la Compagnie ». (*Id. ibid.*, 43).

prosequor, atque id precor a Domino quotidie saepius, ut vobis adsit, vos sustentet, conservet, protegat, promoveat, vestrisque rebus omnibus, pro maiori gloria sua, pro tot animarum aeterna salute, pro vestra ipsorum perfectione in hac vita ac praemio in futura sempiterna, copiosissime benedicat.

In inceptum scholarum opus generose incumbant!

3. — Inceptum scholarum opus, non dubito, quin strenue omnes sitis aggressi, illudque nunc praecipuum esse munus vestrum existimetis; in quo omnis nostrae Societatis isthic bene agendi sita spes est, cui proinde tandem huic tanto operi initium aliquod dare liceat; timebam enim, ne tot ac tantis, bonis illis quidem, operibus zeli distenti, aut etiam abrepti, fors etiam degustati fructus dulcedine capti, postea difficilius ac minus libenter ad docendos adolescentes accederetis, in quorum scilicet institutione maiores fere molestiae, ac minus solatium praesens, sed fructus in futurum uberior.

Spes Societatis in Lusitania sunt ipsi.

4. — Quaeso vos, Patres mei dilectissimi, illud frequenter cogitate, a vobis, a vestro labore, et patientia, et zelo vero secundum Deum, futuram pendere Societatis in Lusitania sortem, eaque omnia bona, quae Societas pro sua vocatione producere in omni hominum genere nata est. *Veri Iesu Socii, genuini Ignatii filii* Magnum quid et excellens haec dicunt nomina; sed ad haec tendamus, quaeso, et sine intermissione tendamus, ut aliquando perveniamus. Magno animo, nil de nobis praefidentes, sed multum fidentes, immo omnia sperantes, in Domino, spiritu vocationis nostrae, et vocationis hujus sanctae gratia, quae longe potentior est, quam quod plerique intelligimus aut suspicamur. — Valete, Patres mihi carissimi! Omnes vos amplector in Domino, omnium me SS. SS. valde commendo.

In unum intenta epistola, ad cunctos evasit extensa.

5. — *P.S.* J'ai commencé la lettre d'abord pour vous seul, mon bon Père; elle est devenue *commune* pour tous. Tant mieux! Oh que je voudrais pouvoir voler de temps en temps au milieu de vous! (4) J'ai appris avec une consolation particulière que la visite du P. Supérieur a fait beaucoup de bien à tous: Dieu soit loué! (5)

Exhortatio paterna.

6. — Soyez bien unis de coeur et d'âme; c'est là notre force. De petites misères ne manquent jamais, même parmi les saints; mais qu'elles ne soient jamais que petites, et la grâce de notre vocation y remédie promptement. Vous êtes tous *homines bonae voluntatis;* donc, *pax vobis, et Gloria in excelsis Deo!*

Lus., p. 62.

(4) Iam audivimus P. Generalem eisdem vel similibus verbis gestientem filios suos dispersos visitare (Cf. supra, epist. CXVI, not. 3).

(5) Paulo ante (5 Martii 1833) scribebat P. Roothaan ad ipsum P. Delvaux: « Les dernières nouvelles que j'ai reçues de Coïmbre étaient plus consolantes. Vous y avez fait la *visite;* vous avez changé de *ton* (novimus eum non semel Patri Delvaux exprobrasse aliquam in ratione gubernandi severitatem); et votre voix a été écoutée, et on est content. C'est ainsi que l'esprit de notre vocation se ranime et produit ses effets, quand les Supérieurs suivent, dans leur *manière* de gouverner, ce même esprit, qui n'est pas un esprit de *dureté*, mais de douceur. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati* » *(Lus.*, p. 61).

SERIES TERTIA

EPISTOLAE AD PATRES ASSISTENTIAE GERMANIAE (1)

PARS PRIMA

SECTIO I.

AD PATRES GALICIAE ET AUSTRIAE (2)

(EPISTOLAE CXXVI-CLVIII)

SECTIO II.

AD PATRES PROVINCIAE GERMANIAE (3)

(EPISTOLAE CLIX-CCI)

Verso folio invenies notas.

(1) Dum Praepositus Generalis S. I. erat R. P. Roothaan, quattuor tantum habebantur Assistentiae ; quarum tres anno 1820 statutae erant : *Italiae, Galliae, Hispaniae.* Quarta autem, quae tempore prima habenda est (nam ex antiqua Societate in Alba Russia conservata proveniebat), dicta est *Poloniae*, usque ad annum 1829; tunc vero vocata est *Assistentia Germaniae.* Ad illam pertinebant Galicia, Austria, Germania, Helvetia, Belgium, Neerlandia — et (usque ad 1853, quando *Assistentia Angliae* erecta est), Anglia etiam, Hibernia, Marylandia, Missouria.

(2) Habentur hic epistolae missae ad Patres *Provinciarum Galiciae, Austriaco-Galicianae, Austriae.* Quarum successio seu partitio sic explicatur (iuxta Schmitt, *Synopsis*, 567 et *sqq.*): Prima omnium (ut de Assistentiis dicebamus) *Provincia* exsistebat *Galiciae*, quae, expulsis ex Imperio Russo Iesuitis, 13 Martii 1820, erecta est in territorio Austriae subiecto. Mox vero (1838) coepta est vocari *Austriaco-Galiciana* (quae in regestis nostris apographis saepius dicitur *Galiciano-Austriaca*). Deinde (1846) derivata est ab illa *Provincia Austriae*, unde priori restitutum est nomen suum : *Provincia Galiciae.*

(3) *Provincia Germaniae* in restituta S. I. non simul cum *Assistentia* eiusdem nominis nata est. Prius enim exstitit *Vice-Provincia Helvetiae* (1821), Praeposito R. P. Nicolao Godinot, quem ex praecedentibus litteris iam plane novimus. Anno 1826, erecta est *Provincia Germaniae Superioris*, Praeposito R. P. Ioan. Bapt. Drach, de quo infra (Cf. epist. CLXVII). Decennio post (1836) incepit *Provincia Germaniae* (cum 11 sociis), quae anno 1852, paulo igitur ante mortem R. P. Roothaan, dicta est *Provincia Germaniae Superioris et Inferioris.*

Sectio I.

AD PATRES GALICIAE ET AUSTRIAE

CXXVI.

Ad R. P. Dionysium Rószczyc,
Magistrum Noviciorum. (1)

Starawieś (2).

1. *Iuvat de noviciis nuntios accepisse, sed et iuvabit. — 2. Suaviter quidem cum noviciis agendum, sed mortificationis studium inculcandum. — 3. Persecutiones, quibus promittitur beatitudo, intelligi etiam possunt de* probationibus *ac de bello superbiae indito. — 4. De rebus domesticis.*

Roma, 3 Aprilis 1830.

Iuvat de noviciis nuntios accepisse, sed et iuvabit.

1. — Gratissimae fuere litterae Rae Vae d. 4 Februarii datae, quas suo tempore accepi. Gratias ago de notitiis omnibus, ac praecipue de informatione data de omnibus ac singulis noviciis. Haec, quo locupletior est et enucleatior, eo semper est utilior et gratior. Divina Bonitas in omnibus ac singulis, quod *coepit opus bonum, perficiat,* detque omnibus *perseverantem in suo famulatu voluntatem!*

Suaviter quidem cum noviciis agendum, sed mortificationis studium inculcandum.

2. — Quod Ra Va lenius ac suavius cum illis agat, bene est quidem, ut onera viribus aptentur. Ne tamen omittat, ut hoc ipsum illi intelligant, et ad *aemulanda charismata meliora* paulatim excitentur. Certe quidem, *nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet;* et pro ratione qua *vetus homo exuitur, induitur novus.* Saltem Ra Va ista multum ac saepe inculcet, *tantum* illos *in studiis spiritualibus profuturos, quantum ab amore sui ipsorum sese abstraxerint,* ut S. P. N. loquitur in *Lib. Exerc.* (3), in quo

(1) P. Dionysius Rószczyc, *Galic. Austr.* (1788-1804-1834), in Russia primum, postea in Galicia ut *Operarius* apostolicus laboravit; dein Magister noviciorum fuit in domo Starawiesiensis, ubi mortem obiit.

(2) Domus Starawiesensis inter primas fuit, quas Patres e Russia exsules in Galicia fundaverunt. Est autem Starawieś, ut nomen ipsius sonat, *vetus pagus*, ubi tamen innumeri novicii Societatis primam vitae religiosae institutionem acceperunt. Hodie adhibetur restaurata et ampliata domus Starawiesensis, ut noviciatus *Provinciae Poloniae minoris*, ubi, ineunte anno 1939, computantur in *Catalogo:* Sac. 10; Schol. 26; Coad. 22; Univ. 59. Ferdinandus Austriae Archidux domum Starawiesensem visitavit, anno 1833, seque illius protectorem declaravit.

(3) Effatum illud celebre B. P. N. totam rem de electione et de reformatione vitae concludit, paucis his aureis verbis: « Cogitet enim unusquisque, tantum se profecturum esse in omnibus rebus, quantum exiverit a proprio suo amore, voluntate et utilitate » (*Thesaurus*, pp. 199, 200).

et ex quo hauriant oportet spiritum, qui *vere* velint esse Societatis filii. Illam etiam voculam *serio (qui serio Crucem Domini Nostri sequuntur)* in *Reg. Summ. 11* multum meditentur (4). Vere enim dico, quod saepe a me observatum fuit: nisi hoc saltem intelligatur, et huc saltem aliquo conatu sincero tendatur, vix ac ne vix quidem in Societate perseveratur, quia non *serio* tales homines Christum ducem sequuntur. Quid enim? Ii, quos *flens* dicebat Apostolus *inimicos Crucis Christi*, istine Iesuitae?

Persecutiones, quibus promittitur beatitudo, intelligi etiam possunt de *probationibus* ac de bello superbiae indito.

3. — *Beati* ergo, *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam;* quam ego *persecutionem*, lato sensu intelligere amo, etiam de probationibus, quas subire iubet suos tirones P. Magister (5), et quas ipsi etiam sponte sua suscipiunt tirones et quivis alius, qui *propter iustitiam* acquirendam voluntati propriae aegre faciunt, ac superbiae ingenitae bellum inferre non desistunt. Donet Dominus omnibus spiritum suum, quo *qui aguntur, ii sunt filii Dei; qui* vero *spiritum Christi non habet, hic non est eius*. Sane necessaria sunt ista in Societate multo magis, quam a noviciis intelligi solet. Sed Ra Va haec frequenter inculcet, nec unquam satis ista se repetiisse existimet.

De rebus domesticis.

4. — Quod ad domus et horti angustias pertinet, et ad cetera quae Ram Vam sollicitam tenent, non omittat ista R. P. Provinciali exponere, mihique deinde referat, quo loco res sint, quid actum sit, vel quae spes data (5).

Ram Vam una cum suis noviciis peramanter saluto, felicissimum precor a Domino ac plenissimum *Alleluja*.

SS. SS. et Orationibus enixe me commendo.

Gal. I., 4.

---

(4) «... Quemadmodum enim mundani homines, qui ea quae in mundo sunt sequuntur, diligunt et quaerunt magna cum diligentia honores, famam, magni nominis existimationem in terra, sicut mundus eos edocet, sic, qui procedunt in spiritu et serio Christum Dominum Nostrum sequuntur, amant et ardenter exoptant, quae iis omnino contraria sunt, indui nimirum eadem veste ac insignibus Domini sui, pro ipsius amore ac reverentia »... (*Regulae*, p. 4).

(5) « Spes » frustrata non fuit. Hodierna enim Starawieśiensis domus « angustias » nescit, cui insuper amplus hortus adiacet. — Loquimur sane de hac domo prout erat ante mensem Septembrem huius anni 1939: nam inito bello germanico-polonico, etiam domus Starawieśiensis communem Poloniae sortem secuta est, nec facile praevideri potest quid demum eventurum sit.

CXXVII.

AD R. P. FRANCISCUM XAVERIUM ASUM ([1]),

Graz ([2]).

1. *In rebus incertis, spes servanda.* — 2. *In confessionibus audiendis adiuvabuntur.* — 3. *Superior ut auctoritatem habens se gerat.* — 4. *Maxima erga Episcopum reverentia commendatur.* — 5. *Socii se rebus et gentibus aptent.* — 6. *Maxime vero cavendum a visionibus, praedictionibus, etc.*

Roma, 7 Augusti 1830.

1. — Respondeo tandem ad litteras Rae Vae 8 Junii, quas magna cum satisfactione legi, uti etiam alias binas vel ternas ad P. Assistentem datas. Uti video, nihil circa Societatis istic exsistentiam certius hucusque, nisi omnia adhuc incerta et difficultatibus plena ([3]); verum hoc ipsum spem facit, fore ut Deus aliquando nobis propitius fiat.

In rebus incertis, spes servanda.

2. — Gavisus sum intelligens assiduam Nostrorum in confessionibus audiendis occupationem; multumque desidero ut, quam primum fieri possit, unus saltem, isque idoneus operarius, cum fratre aliquo e Galicia ad vos mittatur, de qua re iam ad P. Provincialem scripsi. Quaedam nunc attingam, quae impraesentiarum valde istic necessaria existimo, atque propterea Rae Vae commendo:

In confessionibus audiendis adiuvabuntur.

3. — *A.* Persuasum habeat Ra Va, me non sine gravibus rationibus fuisse adductum, ut Ram Vam constituerem Superiorem; hinc desidero ut etiam se tamquam Superiorem gerat, consilium utique petat et audiat, sed tamen ex se et per se agat. Nihil magis auctoritati nocet, quam si Superior ab alio aliquo dirigi videatur.

Superior ut auctoritatem habens se gerat.

([1]) P. FRANCISCUS XAVERIUS ASUM, *Austriae*, (1784-1803-1847), unus ex iis erat qui, cum ipso P. Roothaan, PP. Rozaven, Landes, Pierling, Nisard, Buczynski, aliisque nobis aliunde iam notis, e Russia effugerant post edictum Alexandri I (1820). Haec de illo habet SOMMERVOGEL, (I, 610): « Il fut chargé, avec le P. JOSEPH PERKOWSKI, par l'archevêque de Mohilew, de corriger l'édition du *Nowy Testament* du P. JAC. WUJEK, publiée à Saint-Petersbourg, en 1815 ». Obiit Rector Collegii Linciensis.

([2]) Graecium, ubi antiqua Societas floruerat, iterum ingressi erant Patres e Russia exsules, anno 1829 decurrente. Episcopus piissimus ZÄNGERLE, O. S. B., eis domum in pago Gleisdorf primum (1828) concesserat, ubi novicii coepti sunt institui; mox vero noviciatus ille Graecium translatum est (KOCH, 727). Id tamen non sine difficultatibus et impedimentis pluribus evenisse, statim videbimus.

([3]) « Les Pères envoyés à la Styrie ne demandent rien pour eux, rien pour leur Ordre. Ils se dévouent à endurer les tracasseries inhérentes à tout établissement nouveau. Des difficultés de détail naissent à chaque pas... A Gratz, ils ne peuvent trouver une demeure convenable; ils campent, en attendant le jour où cette demeure s'offrira ». (CRÉTINEAU-JOLY, t. 6, p. 59).

Maxima erga Episcopum reverentia commendatur.

4. — *B.* - Summopere commendo, ut plurimum deferatur Celmo Episcopo, cum quo et plena fiducia, aperte et simpliciter agendum in rebus omnibus (4). Nihil sine ipsius cognitione et approbatione faciendum. Non habet Societas, saltem in Germania tota, amicum et fautorem magis sincerum et verum; nunquam itaque sufficienter et digne, prout oportet, gratum animum nostrum testari poterimus. Mihi sane gravissime displiceret, si non omni cum fiducia a Nostro aliquo cum tanto viro ageretur, aut quidquam fieret, quod ipsi non usquequaque probaretur.

Socii se rebus et gentibus aptent.

5. — *C.* - Maximam denique sociis istic degentibus prudentiam commendo. Nihil boni facturos vos pro certo habete, nisi prius populi fiduciam et affectum merueritis. Eo autem nemo pervenit, qui populi opiniones, cleri praeiudicia, nesciverit tolerare et silentio praeterire. Cavendum a zelo praematuro et intempestivo; etiam opera sanctissima, quaeque ut a populo frequentarentur optandum foret, quae tamen non sunt de necessitate salutis, si displiceant, si populo aut Clero non probentur, omittantur potius, quam incaute intrudantur!

Maxime vero cavendum a visionibus, praedictionibus, etc.

6. — Magis adhuc abstinendum ab iis rebus quae passim sunt periculis et illusionibus plena, uti possessiones diabolicae, visiones, apparitiones, et praedictiones, aliaque similia a Nostris istic non attingenda (5). Verbo, mementote PP., vos non in Polonia sed in Styria esse; quaecumque igitur istic non sunt usitata, eadem vos saltem publice ne faciatis.

Secundum et tertium articulum R.a V.a Patribus istis legat et servari curet. Saluto et amplector omnes, meque SS. SS. enixe commendo.

Gal. I, 18.

---

(4) Ut modo dicebamus, Episcopus Zängerle, O. S. B. primus in Styria Iesuitas exceperat, duabus circiter ante annis: « Ce fut le Bénédictin Zaengerle, Prince-Evêque de Gratz, qui le premier offrit aux Jésuites une résidence à Gleisdorf, pour y commencer un noviciat. Cet évêque s'occupait activement de la réforme de son clergé. Il pensa que les meilleurs coopérateurs à acquérir se trouvaient dans la Compagnie de Jésus: il sollicita leur introduction en Styrie». (Crétineau-Joly, t. 6, p. 58).

(5) Quem pluries iam vidimus Patrem Roothaan, a donis « extraordinariis » et praestigiis diabolicae fraudi obnoxiis vehementer abhorrentem, hic iterum invenimus; eo magis quod (ut ipse dicit) ratio quoque loci haberi debet: « ... mementote vos non in Polonia sed in Styria esse ».

CXXVIII.

Ad R. P. Thaddaeum Pancewicz (1),

[*Tarnopol*] (2).

1. *Ad educandam iuventutem conducit devotio erga B. V. Mariam.* — 2. *Ideo commendantur sodalitates Marianae.*

Roma, 7 Maii 1831.

Ad educandam iuventutem conducit devotio erga B. V. Mariam.

1. — Respondeo ad gratissimas suas litteras d. 9 Apr. Mihi etiam plane persuasum est, iisdem prorsus mediis utendum nobis esse, quibus maiores nostri usi sunt, si eumdem ac illi finem obtinere velimus, piam scilicet iuventutis educationem, solidamque formationem. Ad hanc autem plurimum conducere teneram erga Beatissimam Virginem Mariam devotionem (3), nemo est inter Catholicos, qui dubitet.

Ideo commendantur sodalitates Marianae.

2. — Quare, omnino desidero, ut et istic, quemadmodum ubique apud Collegia nostra, vigeat, foveatur dicta devotio inter nostros discipulos, floreantque sodalitates iusta antiquum usum (4). Commendabo itaque Patri Provinciali (5) negotium istud; neque dubito, quin cito ab ipso provideatur, si tamen leges quaedam non obstent, quibuscum luctandum forsitan esset? Interea, gratias Rae Vae ago, pro communicato lumine, meque SS. valde commendo.

Gal. I. 51.

---

(1) P. Thaddaeus Pancewicz, *Galic. Austr.* (1768-1789-1832). Locus, quo haec epistola mitteretur, non indicatur in apographo; scimus tamen Patrem Pancewicz paucis post mensibus in Collegio Tarnopolensi obiisse, 27 Febr. 1832.

(2) Primum restitutae Societatis Collegium in imperio Austriaco fuit Tarnopolense, cui mox res omnes bene successerunt: « En peu d'années... la population de Tarnopol s'accrut de plus de moitié; de toutes les extrémités de la Galicie, les parents accouraient pour confier leurs enfants aux Pères de l'Institut. Les Juifs eux-mêmes se laissèrent entraîner par l'exemple... Deux ans après son érection, le Collège de Tarnopol comptait plus de quatre cents élèves ». (Crétineau-Joly, t. 6. pp. 53 et 54).

(3) Qualis fuerit ipsius P. Roothaan erga B. V. Mariam devotio, exponit Pirri, pp. 491-497. Narrat, inter alia, eum semper promptum fuisse ad Sodales Marianos alloquendos, ubicumque rogaretur id facere: « ... nelle Congregazioni Mariane, ove invitato accorreva volentieri a dire « quattro parole », come egli si esprimeva, in onore di Maria, per risvegliarne ed eccitarne la divozione » (p. 495).

(4) Sodalitatum Marianarum, in Collegiis praesertim S. I., historia mox in lucem est proditura, auctore P. Æmilio Villaret. Experientia doctus, noverat P. Roothaan austriacas leges non semel Sodalitatibus Marianis adversatas esse (Cf. infra, epist. CXXXV, not. 3).

(5) Praepositus Provinciae tunc dictae *Galicianae*, erat P. Aloisius Loeffer (1769-1788-1842), qui eam rexit a 13 Sept. 1823 ad 10 Oct. 1831. De illo fusius infra.

CXXIX.

AD R. P. IOSEPHUM MORELOWSKI (1).

1. *Incendium Collegii Tyneciensis deplorat.* — 2. *Gratiae tamen Deo et benefactoribus agendae.* — 3. *Sed quis novit consilia Dei?* — 4. *Interea Nostri se omnibus probent!*

Roma, 2 Iunii 1831.

Incendium Collegii Tyneciensis deplorat.

1. — Accepi Rae Vae epistolam cum notitia sane luctuosa de incendio Tyneciensi (2). Quid dicam, mi Pater? De coelo venit calamitas. Adoremus humiliter divinam Providentiam, quae inter ipsos ignes et ignium ruinas tamen plane paternam se demonstravit, omnes servando incolumes, non ipsos solum, sed et pauperum suorum necessariam supellectilem, sacram, profanam, libros, vestes, etc.

Gratiae tamen Deo et benefactoribus agendae.

2. — Est ergo, quod infinitas agamus divinae bonitati gratias quae etiam benefactores excitare non omisit, qui in tanta calamitate opem ferrent et auxilium opportunum (3).

Sed quis novit consilia Dei?

3. — Fortasse, Domino melius *aliquid vobis disponente,* ista acciderunt? Speremus in Domino! Scio Patrem Provincialem se, ut vobis consuleret, mox Leopolim contulisse; sed quid effecerit, necdum scio.

Interea Nostri se omnibus probent!

4. — Interea, spero, isti Nostri, vere *hospites* ac *peregrini,* patientiae, humilitatis, ceterarumque virtutum religiosarum exemplo probare se omnibus, quales esse debent, etiam extra religiosae Domus septa (4), conabuntur. Omnibus, et Rae Vae praesertim, adsit Dominus, consoletur, benedicat!

Gal. I. 51.

---

(1) P. Iosephus Morelowski, *Austr. Galic.* (1777-1796-1845) opera nonnulla poetica et historica scripsit, sive Russico sive Polonico idiomate, quorum elenchum refert Sommervogel, t. V, col. 1312. Obiit Starawieś.

(2) « Dans la nuit du 3 Mai 1831, la foudre tombe sur le collège de Tyniec, devenu le quartier général des Pères... L'incendie fit des progrès si rapides, que les habitants, témoins du sinistre, comprirent bientôt que les Jésuites se trouveraient forcés de chercher ailleurs un asile. Cette retraite plongeait les Galiciens dans le désespoir; ils offrent de rebâtir le Monastère, que l'Empereur mit à la disposition de leurs apôtres ». (Crétineau-Joly, t. 6. p. 57). Est autem Tyniec oppidum non longe a Cracovia.

(3) Inter benefactores illos, pluries in litteris suis P. Roothaan nominat « benefacientissimam Abbatissam Stanigtecensem », cui gratias a P. Provinciali Loeffler agi iubet, litteris d. 6 Aug. 1831; addit tamen: « sed fortasse id Ra Va iam praestiterit? ». (*Gal.* I, p. 58).

(4) Adhuc 6 Aug. eiusdem anni, scribebat P. Roothaan: « Quaeritur etiam nunc locus Nostris ex Tyneciensi incendio profugis » (Gal. I. 58).

CXXX.

Ad R. P. Franciscum Xaverium Asum,

Graz.

1. *De futura translatione noviciatus Graeciensis gavisus est primum.* — 2. *Sed stupet, audiens rem agi de domo Praedicatorum, eorumque, ut videtur, invitorum, nobis tradenda.* — 3. *Interrogetur ergo eorum Provincialis, an consentiat translationi.* — 4. *Alia etiam plura praecavenda.* — 5. *Hucusque Graeciensi noviciatui benedixit Deus. Cavendum ergo, ne benevolentia illius minuatur.* — 6. *Zelus optimi P. Stoeger temperandus.* — 7. *Carcerum et hospitalium visitatio commendatur.*

Roma, 4 Februarii 1832.

De futura translatione noviciatus Graeciensis gavisus est primum.

1. — Cum ante plures dies nuntiatum nobis esset, inventum *tandem* domicilium, quo Noviciatus iste transferretur, atque ita demum, post tres fere annos commorationis incommodae, sedem vobis parari decentem (1), gavisi sumus valde; ac spem conceperamus fore tandem, ut tirocinium istud rite et convenienter constitutum nova caperet incrementa ad Maiorem Dei Gloriam (2).

Sed stupet, audiens rem agi de domo Praedicatorum, eorumque, ut videtur, invitorum, nobis tradenda.

2. — Sed ex litteris tuis, mi Pater, et ex illis, quas ad Patrem Assistentem dedisti, nobis quidem gaudium illud ac spes, primo illo nuntio praeconcepta, valde imminuta sunt. Quid enim? Agi video de dando vobis conventu PP. Dominicanorum, his alio amandatis, idque, ut videtur, invitis! Quomodo haec fieri possint, absque eorum quidem iniuria et offensa, Societatis vero nota ac dedecore, non intelligo. Et quamquam molestissimum est, quod tamdiu in domo saeculari cum Noviciis tam misere degatis, mallem tamen vos diutius etiam patienter exspectare, quam ut alienam occupetis cum offensa alterius Ordinis religiosi. Hoc enim neque aedificationi populo erit, nec Deo gratum, nec proin Societatem aut *decet,* aut ei *expedit;* nec etiam *licet,* nisi forte, quod nos

(1) Graeciensis noviciatus (de quo supra, epist. CXXVII iam diximus), tres continuos annos in cuiusdam domus parte remansit, ubi incolae plures habitabant diversi quidem et diversa sequentes: « Les novices se forment au bruit du monde, quelquefois même à celui du théâtre (videtur enim inter incolas scenica etiam cantatrix adfuisse). Trois années s'écoulent ainsi »... (Crétineau-Joly, t. 6 p. 59).

(2) *Nova* profecto *incrementa* capturus erat paulo post noviciatus ille. Sic enim pergit, quem modo recitabamus, scriptor Historiae S. I.: « Trois années s'écoulent ainsi; puis, quand cet état anormal commence à se régulariser, Jacques Stopper, secrétaire du Prince-Evêque, et Xavier Weninger, docteur en théologie, entrent au noviciat avec dix-sept jeunes gens. Quatre mois après, leur nombre était double » (*Id. ibid.*)

ignoramus, Sedis Apostolicae in isto negotio consensus, seu generalis, seu particularis adsit.

Interrogetur ergo eorum Provincialis, an consentiat translationi.

3. — Ne ergo rem admittamus Deo et hominibus exosam, necesse omnino est, ut primum Ra Va per *litteras* intelligat ex R. P. Provinciali Ordinis Praedicatorum, an fortasse ille *non invitus*, ob personarum penuriam, Conventum istum Graeciensem cedere *ad tempus* velit. ut in eo tantisper Noviciatus iste noster *hospitetur. Hospitetur,* inquam, et *ad tempus;* nam de adeunda Conventus illius possessione neque agi, neque agi posse ullo modo videtur. Si dictus P. Provincialis annuat, (idque, si vere annuat, ut *scripto* faciat optandum est), equidem non repugno, ut illud quasi *hospitium* admittatis; sin minus, ego certe malim vel manere vos in eadem, quam nunc incolitis, domo, vel aliam quamcumque adire, absque cuiusquam iniuria, quam alienam occupare, iis, ad quos spectat, invitis.

Alia etiam plura praecavenda.

4. — Ubi vero per R. P. Provincialem adire dictum Conventum licuerit, ac Noviciatum nostrum eo, quo dixi, modo constituere, summopere curandum est, ut omnino separata sit vestra illa habitatio a quibusvis aliis incolis, qui forte in eodem Conventu habitant; itemque quae ad Ecclesiam, quae parochialis est, pertinent, *claris pactis* statuendum, quid vobis et quantum in illa agere liceat, et ne parochialia munera vos exercere debeatis, aut a parochi nutu pendere. Haec nisi valde bene constituantur circa Ecclesiae usum, potius oportebit vos ab illa plane abstinere, ac vestra in domestico sacello peragere.

Hucusque Graeciensi noviciatui benedixit Deus. Cavendum ergo, ne benevolentia illius minuatur.

5. — Haec de negotio isto modo sufficiant, in quo rite peragendo Deus O. M. adsit Rae Vae, ne quid admittatur, ex quo dein tricae nascantur, omnibus incommodis, quae adhuc passi estis, graviores ac molestiores. Adhuc, video, in mediis istis incommodis adfuit vobis Dominus, nec male processit educatio Noviciorum, quia Divina Bonitas, quae opportunitati habitationis deerant, sua gratia supplevit; cavendum maxime, ne qua ratione minus acceptus fiat Deo iste Noviciatus, ubi in istam novam et alienam sedem transmigraverit (3).

Deus benedicat Rae Vae omnibusque suis.

SS. SS. valde me commendo.

Zelus optimi P. Stoeger temperandus.

6. — P. S. Iam advenerit ad vos optimus P. Stoeger (4); habebit ille, spero, ubi zelum suum exerceat; sed *NB:* invigilet Ra Va, ne bonum Patrem zelus abripiat ad nimia aut indiscreta; zelum regat prudentia, tum ipsius, tum Superioris.

---

(3) Praeter ea, quae modo diximus, « incrementa » domus Graeciensis, plures in ea mox novicii instituendi, quorum exstat memoria, excepti sunt; v. g. Franzelin, (1834) et duo P. P. Klinkowstroem, de quibus infra, epist. CLVIII.

(4) De P. Stoeger, cf. infra, epist. CXL et CXLV. « A Gratz... pendant ce temps le P. Stoeger fait éclater dans les églises sa parole inspirée » (Crétineau-Joly, *loc. cit.*).

7. — *Carceres* aut *Hospitalia* non soletis istic invisere? Huiusmodi miserorum ac miseriarum domicilia, ubi fieri potest, frequentanda a Nostris sunt ad opera misericordiae exercenda, ut beatitudinem et ipsi consequamur, et etiam cum miseris illis beatitudinem cum Dei gratia communicemus.

Carcerum et hospitalium visitatio commendatur.

Gal. I., 74.

CXXXI.

AD R. P. PETRUM BECKX (1),

Wien (2).

1. *De Veronensi et Graeciensi negotiis componendis spes quidem manet, sed dilata.* — 2. *De Serenissimae itinere sollicitus, Deum precatur et precabitur.* — 3. *Viennenses amicos salutat.* — 4. *De Virgine Maria, Marianoque mense.*

Roma, 2 Iunii 1832.

1. — Hodie accepi Rae Vae carissimas 22 Maii dd., et hodie statim, oblata bona occasione, respondeo. Videram etiam, quae ex itinere Ra Va ad Patrem Secretarium scripserat. Gratias ago de omnibus, dictis, factis, ac nuntiatis, seu de Veronensi negotio (3), seu de Graeciensi, etc. *Sit nomen Domini benedictum!* Speremus utique fore ut aliquando... Ceterum non existimo tam *cito* res compositum iri. Verum, *ut fuerit voluntas in coelo, sic fiat.* Nos agamus, quae nostri sunt muneris, et oremus, et confidamus in Domino; et *ipse faciet.*

De Veronensi et Graeciensi negotiis componendis spes quidem manet, sed dilata.

---

(1) Vir cl. m. R. P. PETRUS BECKX, *Belgicae* (1795-1819-1887) veteri ac tenera necessitudine cum P. Roothaan iungebatur, cuius etiam futurus erat successor, et Praepositus Generalis S. I. XXII (electus 2 Iulii 1853). Is primum apud Germanos in *Diaspora* viventes laboraverat, postea in Civitatem Coethen advocatus erat a Duce Friderico Ferdinando, qui anno 1824 simul cum piissima coniuge, Regisque Borussiae sorore, ad Catholicam fidem erat conversus. Anno 1830, defuncto Duce, P. Beckx cum Ducissa Vidua, cui iamdudum a confessionibus erat, Viennam venit. De Duce FRIDERICO FERDINANDO ANHALT-COETHEN, eiusque conversione iam alibi egimus (Cf. supra, epist. V, CXIX).

(2) P. Beckx in urbe Austriae principe plures annos unicus Iesuita exstitit; nondum enim antiqua evanuerant saeculi XVIII praeiudicia; dumque Societas in Galicia sedem figere permittebatur, in ceteris imperii regionibus magnas patiebatur difficultates, ut praesens etiam epistola ostendit. Attamen, Viennae degens P. Beckx multum iuvit constituendam *Provinciam Austriaco-Galicianam* primum (1838) a *Galiciana* ortam, et postea in *Provincias Austriae et Galiciae* divisam (1846). Cetera de P. Beckx vide apud KOCH, col. 170-172; insuper in pluribus epistolis sequentibus.

(3) Lombardia et Venetia (in qua civitas Verona exstat) eo tempore *Regnum* constituebant *Lombardo-Venetum* dictum (1815-1866), imperio Austriaco subditum. Provincia Veneta anno 1846 incepit. Graz vero, cum sit Styriae civitas, ad Austriacam Provinciam non cessavit pertinere. De « Veronensi negotio » vide infra, epist. CXXXIII.

De Serenissimae itinere sollicitus, Deum precatur et precabitur.

2. — Serenissimae Ra Va mea deferat humillima obsequia (4), et gratissimi animi significationem; et dicat, velim, « me illud Eius epistolium, quod in ipso discessu suo ab Urbe « ad me miserat, magno animi sensu accepisse. Sensa enim « continebat vere grandia suaque pietate digna. Ego vero, ut « sedebam ad mensulam scripturiens, ut in die cursoris, con« versus sedebam versus illam partem, qua Serenissimae iter « agebatur, atque iterum iterumque multis faustissima preca« tus sum: *Dominus comitetur! Dominus custodiat! Dominus* « *protegat! Dominus dirigat! Dominus adiuvet! Dominus pro*« *moveat! Dominus benedicat, in omnibus, in omnibus!* — At« que haec tum quidem, cum fortasse nondum ex Urbe evecta « esset, quae saepius deinceps, ut par est, si non tanto sensu, « non minore certe voluntate precatus sum, et precor, et pre« cabor. Magna enim sunt, et sancta, Deoque valde grata, quae « animo agitat, ad Divinae Maiestatis gloriam. *Det Illi Domi*« *nus petitiones cordis sui* »!

Viennenses amicos salutat.

3. — Viennensibus etiam amicis nostra obsequia, et grati animi testificationem, praecipue optimo Domino Pilat (5).

De Virgine Maria, Marianoque mense.

4. — Mensis Maius, ingenti concursu, tum in aliis templis, tum praesertim in hoc nostro celebratus est (6), ita ut aliquando diebus festis pro concurrentium numero angustum fuerit. Sed, quod caput est, *multae* conversiones, eaeque *insignes*, per Dei Matrem operatae (7). Deo sint laudes ac Virgini Matri! — Haec sunt, quae in rebus ferme desperatis spem faciunt. Utinam! Utinam! Etenim de cetero res videntur continuo ruere in peius. *Tu autem in nobis es, Domine, et Nomen sanctum Tuum invocatum super nos. Ne derelinquas nos, Domine Deus noster!*

Vale, Pater optime, iterumque iterumque vale! Arctissime te in Domino amplector.

SS. SS. valde me commendo.

Gal. I., 85.

---

(4) « Serenissima » Comitissa Iulia von Brandenburg, sponsa serenissimi Ducis Friderici Ferdinandi von ANHALT-COETHEN, tunc vero ab anno 1830 vidua, ea est, de qua modo in notula 1 praesentis epist. dicebamus. De illa vide insuper epist. CL, not. 6, infra.

(5) Nobilis eques *(Ritter)* von PILAT a secretis erat Principi METTERNICH, epistolarumque commercium cum P. Roothaan de rebus S. I. in Austria componendis habuit. Cf. epist. CXLIX.

(6) *Mensis Mariani* originem et evolutionem narrat KOCH, col 1144-1145. Profecto placiturum erat Patri Beckx, quod ei P. Generalis de exercitiis Marianae devotionis referebat, Romae habitis; ipse enim Viennae exercitia illa provehebat, sicut alibi refert idem KOCH (col. 171): « Die schönste Frucht seiner Schriftstellerei war « *Der Monat Mariae* » (Wien 1838), der über 60 Auflagen erlebte ».

(7) Pluries iam notavimus Patrem Roothaan B. M. Virginem amore praedilectionis coluisse, titulo *Refugium peccatorum* (Cf. PIRRI, p. 496).

CXXXII.

AD R. P. FRANCISCUM XAVERIUM WENINGER (1),

Graz.

1. *Germanica scriptio, lectu difficilis!* — 2. *Laudatur eius zelus.* — 3. *Recogitet vero Christi vitam absconditam et oboedientiam!* — 4. *In silentio absconditus animas salvas facere potest.* — 5. *Pergat bona desideria fovere et catecheses tradere.* — 6. *Motibus animi suavioribus ne nimium fidat.* — 7. *Commendantur* Exercitia *Ignatiana.*

Roma, 3 Maii 1833.

1. — Litteras Rae Vae, die 4 Aprilis ad me datas, legi non sine solacio, licet nec sine multa difficultate ac plurium horarum dispendio. Quamvis enim commode intelligam Germanice, Germanicos tamen characteres difficulter lego (2). Itaque, si quando alias Ra Va ad me scribet, utatur, velim, vel lingua latina, quae in Societate communis est, et in litterarum commercio, cum Superioribus praesertim, servanda esset, vel certe charactere *italico*, ut vocant, scribat. Mihi enim, in hoc meo officio, et oculis et tempori parcendum est, ad maiorem Dei gloriam. Germanica scriptio, lectu difficilis!

2. — De zelo quo ardes, mi Pater, ad salutem animarum, in Germania praesertim, procurandam, gaudeo plurimum, tibique gratulor; et ut eum aliquando explere, Deo dante, possis, exopto ac precor ex animo. Non deerit profecto, in quo zelum istum tuum suo tempore exerceas (3). Laudatur eius zelus.

3. — Ceterum, quod huius temporis est, illud velim recogites saepe et animo revolvas, quomodo aeterna Patris Sapientia, et essentialis Caritas, cum pro mundi salute in mundum venisset, tam multos tamen annos vitam duxerit *absconditam;* ac licet ante annum trigesimum potuisset certe millenas animas convertere, tamdiu tamen a praedicatione abstinuerit; Recogitet vero Christi vitam absconditam et oboedientiam!

---

(1) P. FRANCISCUS XAVERIUS WENINGER, *Austr. Hung.* (1805-1832-1888), Graeciensem noviciatum ingressus erat, ut supra diximus (epist. CXXX, not. 2), iam theologiae doctor et sacerdos. Hinc facile intellegimus, absconditam quietamque tironum vitam, quam die 31 Oct. 1832 ducere coeperat, iam post paucos menses aliquantulum illi fastidiosam evasisse. Quod simul cum desideriis suis apostolicis aperte P. Generali cum manifestasset, paternam hanc et supernaturali spiritu repletam epistolam accepit. De eodem vide infra, epist. CXLIII.

(2) Sicut germanicos characteres lectu difficiles experiebatur P. Roothaan, sic illum audiemus dicentem, in verbis germanicis saepius aliquid obscuritatis haberi. Cf. infra, epist. CLII, not. 4.

(3) Nec tempus defuit, nec locus, apostolico Patris Weninger operi exercendo. Postquam enim philosophiam Tarnopoli et theologiam Oeniponte docuerat, in Americam septentrionalem anno 1848 profectus est, ubi strenue, verbo et scripto, quadraginta annos laboravit. Obiit Cincinnati annos natus 83, magna cum eximiae sanctitatis fama, amplam librorum et libellorum seriem relinquens, quam enumerat SOMMERVOGEL columnis septem (t. 8, col. 1065-1071).

cumque tandem, vitam ingressus publicam, potuisset maiorem alibi fructum facere, ut ipse quidem certo affirmavit, in Iudaea se continuerit. Non alia profecto de causa, nisi quia haec erat *voluntas Patris. Non veni,* inquit, *ut faciam voluntatem meam,* (quae tamen, NB, non poterat non esse sanctissima) *sed voluntatem eius, qui misit me.* Itaque et tu, mi Pater, laudabilem istum tuum atque exoptatissimum zelum rege ac moderare *obedientia;* nec dubita, quin divina Bonitas, quae gloriae suae ac salutis animarum cupidissima est, quaeque zelo flagrat infinities maiore, quam humanum pectus capere possit, certo certius opera tua ad maiorem gloriam Suam usura sit, si modo Illi te totum permittas; illudque tibi persuadeas, Deum saepe opus suum perficere in nobis, modo quidem nobis ignoto, nempe *modo suo,* id est, modo *divino.*

In silentio absconditus animas salvas facere potest.

4. — Et quis scit, mi Pater, an tu ipse, hoc ipso tempore, quo in silentio absconditus degis, et in speciem nihil agis pro salute animarum; quis scit, inquam, an non etiam sic, in animabus quas nescis, maiores longe fructus facias, quam si concionando et confessiones audiendo, et cetera zeli ministeria exercendo, universam Germaniam percurreres? Conversio enim animarum est opus, quod totum est Dei eiusque gratiae: huius autem gratiae operatio tota occulta est: nec dubitari potest, quin saepissime ardentia huius tanti boni desideria plus valeant, etiam ad effectum, quam ipsum ministerium apostolicum.

Pergat bona desideria fovere et catecheses tradere.

5. — Perge ergo bona ista tua ac sancta desideria fovere, et *Deum sequere; sequere,* inquam, ne scilicet desideria nostra, quamtumvis bona, et sancta, ad *praecurrendum* nos tentent! — Gaudeo etiam et gratulor de occasione iam nunc oblata agendi aliquid, scilicet, per catecheses, quas tibi faciendas *obedientia* sancta commisit. *Vir obediens loquetur victorias.*

Motibus animi suavioribus ne nimium fidat.

6. — Quae de ceteris animi tui affectibus piisque sensis scribis, quae in oratione ceteraque cum Deo communicatione experiris, de lacrymis, etc. gaudeo etiam et gratulor. In his tamen ne nimis inhaereas, neve in his virtutem ac sanctitatem unquam constitutam esse existimes (4), vehementer exhortor et admoneo. *De Imitatione Christi L. III, cap. 33* prae oculis habe, ut, si forte aliquando dulces isti animi sensus te destituant, si quando beatus ipse fons lacrymarum arescat, ne ideo minus recte tecum agi, aut minus propterea Deo te acceptum suspiceris. In illis suavissimis animi sensis Deus scilicet nobis aliquid *de suo* tribuit; nos Deo *de nostro* plus aliquid damus,

---

(4) Haec, dum mentem Patris Roothaan (aliunde nobis iam bene notam) de consolatione sensibili iterum manifestant, plane consonant aureis illis regulis, quas S. P. N. Ignatius *ad pleniorem spirituum discretionem* in libro *Exercitiorum* tradidit (*Thesaurus*, pp. 321-328).

(5) « Fili, noli credere affectui tuo, qui nunc est: cito mutabitur in aliud... sed stat super haec mutabilia sapiens et bene doctus in spiritu, non attendens quid in se sentiat »... etc. (*De Imit. Christi*, L. III, cap. 33).

cum in ariditate spiritus fideles nihilominus et constantes ei assistimus. — Haec ita a me dicta accipias velim, non quod te in illo errore sane gravissimo versari existimem, qui virtutem ex dulci affectu metiri solet; sed minimum ut aliquid apposite ad litteras tuas rescriberem. Nam scio, directionem tibi istic ex Societatis spiritu non deesse, ac lubens te ad optimi P. Rectoris (6) consilia remitto.

7. — Ceterum, *Exercitia* S. P. N. Ignatii, eaque ex ipso eiusdem libello, vehementer commendo (7), ex cuius documentis sapientissimis docemur, non intellectum voluntatis affectu regere, sed contra intellectu, divino fidei lumine illustrato, regere voluntatem.

Commendantur *Exercitia* Ignatiana.

Vale, Pater optime! Divina Bonitas te conservet atque confirmet, tibique tuisque bonis desideriis benedicat et me in SS. SS. habe Domino commendatum. Sum omni cum affectu...

Gal. I., 111.

CXXXIII.

Ad R. P. Iacobum Pierling (1),

Tarnopol (2).

1. *Veronensis fundatio acceptari nequit iis conditionibus, quibus in Galicia opprimimur.* — 2. *Imperator de impedimentis illis cognoscet; P. Beckx Viennae negotium tractabit.* — 3. *De tribus responsum datum est non sufficiens, quia non conceditur nobis facultas agendi semper* iuxta Institutum nostrum. — 4. *Instandum ergo legibus nostris, ne fructum laboris amittamus et ipsa Societatis forma paulatim mutetur.* — 5. *Recens Leopoliense Collegium susceptum est ea mente et spe veniendi ad libertatem sequendi methodos nostras.* — 6. *Videat an Magistro noviciorum mittere possit Patrem Brown.*

Roma, 3 Maïi 1834.

1. — Iam pridem Ra Va audiverit de oblata nobis dudum domo et Collegio Veronensi (3). Tractatio haec in longum pro-

Veronensis fundatio acceptari nequit

(6) « Optimus » ille Rector erat (a die 3 Dec. 1832) P. Fr. Xav. Asum, de quo supra, in epist. CXXVII et CXXX.

(7) Hac fortasse commendatione fretus, huic consilio obsecundans, voluit postea ardens ille P. Weninger ipsum *Exercitiorum* librum in linguam germanicam transferre (1841); sed audiemus tunc Patrem Roothaan tanta afferentem praemonita, ut a consilio suo discesserit P. Weninger (cf. infra, epist. CXLIII, not. 2).

(1) P. Iacobus Pierling, *Austr. Hung.* (1784-1803-1870), vir magni nominis, ortus erat Petroburgi, e stirpe Bavarica. Novicius fuit Dunaburgi 1803 et postea professor in Coll. Polozkensi, eodem tempore, quo P. Roothaan. Postquam vero Alexander I ex imperio Russico Iesuitas expulerat (13 Martii 1820), in Austriam transiit, ubi Rector fuit Collegiorum Tarnopolensis, Linciensis, Œnipontani. Praepositus fuit *Provinciis Galicianae* (1831-1838), *Austr. Galic.* (1843-1846), *Austriacae* (1846-1848); postremo *Assistens Germaniae* (1850-1870), quo in munere, Romae mortuus est, 10 Aprilis 1870. Idem, mortuo P. Roothaan (8 Maii 1853), Vicarius generalis Societatis fuerat usque ad electionem P. Beckx (2 Iulii eiusdem anni). De illo, vide Koch, sub v. Pierling; Sommervogel, t. VI, col. 734; Pirri, pp. 51, 246, 528.

(2) Cf. supra, p. 223, nota (2).

(3) « Fino dal 1829, il sacerdote Don Pietro della nobile famiglia degli Albertini

iis conditionibus, quibus in Galicia opprimimur.

trahitur, propter eas conditiones, quas ego pro meo munere proponendas esse duxi, et sine quibus eam fundationem a me negavi admitti posse. Cum tandem mihi proponeretur, ut Veronae Societas exsisteret eo modo, iisque privilegiis, quibus iam exsistit *in Galicia,* respondi, non posse me consentire; quod Societas in Galicia etiam num plurimis impedimentis implicata sit, quae ego si sponte pro Veronensi Societate acceptarem, probare viderer, quae probare non possum, spemque omnem ipso facto praescinderem, qua adhuc sustentabar, fore ut aliquando etiam in Galicia ab huiusmodi impedimentis Societas libera evaderet (4).

Imperator de impedimentis illis cognoscet; P. Beckx Viennae negotium tractabit.

2. — Ex his omnibus illa demum resolutio Suae Caesareae Maiestatis subsecuta est, qua decrevit, velle se de impedimentis illis omnibus cognoscere, quo *uno ictu* Societati etiam in Galicia, si fieri posset, prospiceret (5). Huc ergo deducta tractatio illa, procul dubio in longum tempus protrahenda. Sed, quidquid sit, agere nos debemus, quae muneris nostri sunt. Patrem Beckx nominavi, qui meo nomine Viennae (quod consilium est etiam Principis Metternich) negotium hoc tractet (6); verum hac de re Ra Va porro etiam, dum Graecium ibit ad visitationem, vel dum inde revertetur, poterit coram Viennae aliquid agere, collatis cum P. Beckx consiliis.

De tribus responsum datum est non sufficiens, quia non conceditur nobis facultas agendi semper *iuxta Institutum nostrum.*

3. — Praecipuum, quod agitur, est de studiis, de scholis, de iuventutis institutione. Hanc ego optabam uno verbo nobis omnino relinqui, ut eam nostro modo, nostris legibus, *iuxta nostrum Institutum,* absque ingerentia aliena, ageremus. Ad postulatum *generale,* responsum datum est, quo ad particularia remittimur, quae 1° multa esse necesse est, et longum tempus, discussiones prope infinitas, requirent; 2° etiamsi *particularia* illa tollantur, si tamen maneat in quocumque, seu in commissione aliqua, auctoritas et ius leges nobis imponendi; si, inquam, non deveniatur *ad generalem* illam conclusionem,

---

aveva promesso di dare del suo quanto bastasse per fondare in Verona alla Compagnia un noviziato e un collegio » (Aldegheri, S. I.) *Breve Storia della Provincia Veneta della Compagnia di Gesù,* dalle sue origini fino ai nostri giorni, 1814-1914. Venezia, 1914, pp. 460 + [389], in 8°, Cap. V, p. 31).

(4) Acceptis e Russia in Imperio Austriaco Iesuitis (20 Aug. 1820) licuerat quidem domus et collegia instituere; plerumque tamen, specie in Styria, impedimento illis erant, cum praeiudicia « Iosephistica », tum leges ex iisdem ortae. Quam experiebatur in Styria molestiam inde secutam, nolebat P. Roothaan in regno Lombardo-Veneto nova acceptatione iterare.

(5) Videbimus revera Imperatorem Ferdinandum per *Resolutionem* die 19 Martii 1836 datam, *uno ictu* Societatem cum in Galicia tum in Regno Lombardo-Veneto ab impedimentis liberasse, quibus eam Aulica Commissio tamdiu irretire conabatur. « E quanto non si benedisse allora dalla Compagnia in Italia allo fermezza del sullodato P. N. (Roothaan), che con ottenere per questo Regno (i. e. in *Veronensi negotio,* ab eo patienter tractato) i necessari privilegi, sciolse in pari tempo quei legami, ne' quali trovavansi avviluppati i Nostri di Galizia »! (Ex litt. P. Prov. Beretta cit. ap. *Breve Storia*... p. 31, in nota).

(6) Cf. epist. CXXXI, not. 1 et 2. Quomodo Metternich sententiam suam de Iesuitarum opere mutaverit, explicat Crétineau-Joly, t. 6, pp. 60-61.

ut liberum nobis sit agere *iuxta nostrum Institutum*, parum aut nihil effectum erit ad nostram securitatem. Sed utique, faciamus, quod possumus (7).

Instandum ergo legibus nostris, ne fructum laboris amittamus et ipsa Societatis forma paulatim mutetur.

4. — Itaque Ra Va diligenter omnia circumspiciat, quae ad studiorum rationem, ad scholarium disciplinam, ad Societatis in hoc genere regulas et praxim pertinent, et quae istic in Galicia ex heterogeneis legibus et heterogenea praxi impedimenta oriantur, observet. Profecto, leges nostrae *nos obligant;* ab earum observatione *successus noster* cum Dei benedictione *dependet*. Si extrinsecus ab illis observandis impedimur, si methodo *non nostra* pergere cogimur, non modo *successus* ad finem nostrum in tam arduo ac molesto instituendae iuventutis munere *dubius* redditur et certe *minus bonus;* sed etiam valde timendum est, ne Societati istic accidat, ex parte saltem, quod aliis passim Ordinibus istic accidit (8), ac post aliquot annos Provincia ista faciem habeat, et colorem, et formam, plane a cetera Societate diversam. Quod equidem eo magis timendum censeo, quod *homines sumus*, ex habitudinibus vivimus, et *ab assuetis non fit passio* (9).

Recens Leopoliense Collegium susceptum est ea mente et spe veniendi ad libertatem sequendi methodos nostras.

5. — Equidem, si quod novum Collegium (Leopoliense) admittendum duxi, etiam cum molesto parochiae onere, ea *spe* inductus fui, fore ut aliquando liceat nobis *more nostro nostraque methodo* docere, et iuventutis institutionem, in moribus etiam ac pietate christiana, promovere *iis industriis, quas a Patribus nostris didicimus*. Haec spes si ablata esset, staretque tandem decisio, debere porro Societatem iisdem impedimentis irretitam, iisdem vinculis constrictam, vivere istic, vel potius languere; valde erit consideratione dignum, an expediat alia deinceps Collegia suscipere. — Res itaque agitur momenti summi ad Dei Domini Nostri gloriam, et Societatis bonum, quam proin Rae Vae diligentiae, et, quod caput est, Sanctis Sacrificiis et orationibus, valde commendo.

---

(7) Haec, inter alia, obstacula Instituto nostro suscitari querebantur Patres a gubernio civili: quod *Rationem studiorum* sequi, sive de ordinatione disciplinarum, sive de usu linguae latinae, etc. non liceret; quod ipsae Sodalitates Marianae non semel prohibitae aliave pietatis exercitia impedita essent, etc.

(8) « *Quod aliis passim Ordinibus* acciderat », ipsi interdum lamentabantur et Iesuitarum prudentiam (quae Patris Roothaan erat) aperte laudabant. Pluribus post annis scribebat P. Provincialis Venet. Beretta ad R. P. Beckx, tunc Praep. Generalem, 26 Febr. 1858: « Ben io ricordo e dee anche meglio di me ricordare il P. Assistente (P. Iosephus Ferrari, fundator Collegii Veronensis, de quo infra) ciò che dicevano segnatamente i PP. Barnabiti di Milano, i quali avviluppati in tante pastoie e soggetti a tutte le discipline de' professori laici, pentiti di essere stati troppo facili a sottomettersi al gioco, diceano: Noi abbiamo avuto troppa fretta: beati i Gesuiti, che hanno saputo temporeggiare e trattar la loro causa in modo da tenersi saldi al loro Istituto! » (Cit. apud *Breve Storia* supra laud., p. 31 in nota).

(9) Axioma est philosophiae Scholasticae nec videtur explicatione indigere.

Videat an Magistro noviciorum mittere possit Brown quem expostulat professorem.

6. — Bonus P. Asum pro suis Noviciis, futuris brevi Scholasticis philosophis, valde optaret Patrem Brown professorem (10). Rationes ita expetendi habet sane valde bonas. Sed ego eas Rae Vae ponderandas relinquo, et ut statuat, quod ad maiorem Dei gloriam iudicabit in Domino.

Gal. I., 145.

CXXXIV.

Ad R. P. Petrum Beckx,

Wien.

1. *Ex acceptis litteris parum spei affertur, de rebus iam quattuordecim annos procrastinatis.* — 2. *Loco « barometri » esset facultas mittendi Romam candidatos Veronenses.* — 3. *Nihil dimidiati operis conficiendum.* — 4. *De nefanda Matritensi strage.*

Roma, 18 Octobris 1834.

Ex acceptis litteris parum spei affertur, de rebus iam quattuordecim annos procrastinatis.

1. — Rmus Archiepiscopus Aristace, post decem hebdomadas, attulit mihi Rae Vae gratissimas dd. 18 Iulii, itemque eas quas Serenissima ad me dederat; Ra Va ad Patrem Assistentem et ad Patrem Secretarium scripsit. Ex omnibus, — haec est *conclusio finalis: ego parum spero — et nihil spero tam cito.* Interea tamen utique non cadamus animo! Variis ex partibus scribitur: *Imperator vellet Iesuitis Collegia fundare in Austria, in Bohemia, in Hungaria; sed Societas non habet homines.* Quid possimus suscipere, hoc *nostrum* esset judicare... Sed ubi non incipitur, non perficitur; nec quisquam potest metere, ubi non fuit seminatum. Ecce, anni sunt 14, ex quo coepit plantari istic vinea! (1) Sed quomodo culta? Et a quo impedita, quominus cresceret?

---

(10) De P. Asum, vide epist. CXXVII et CXXX; de P. Brown, epist. CXLVII. Ex *Catalogis* apparet P. Pierling, « ponderatis rationibus A. M. D. G. », Tarnopoli retinuisse P. Brown.

(1) Ut diximus supra, iam anno 1820 fuerat Societas in Imperio Austriaco accepta. « Le 13 Mars 1820, l'Empereur de Russie proscrivait les Jésuites ; le 20 Août de la même année, l'Empereur d'Autriche leur offre une nouvelle patrie » (Crétineau-Joly, t. 6, p. 53). Insuper Decreto mensis Novembris 1827 facultatem Iesuitis fecerat Franciscus Imperator I, vitam ducendi in Galicia iuxta Ordinis Constitutiones et

Loco « barometri » esset facultas mittendi Romam candidatos Veronenses.

2. — Rmus Aristace *semel* tantum mecum locutus est — nec fere nisi de Veronensi negotio (2); de quo ille *optime* sperat; ego vero *parum*, ut supra. Mihi in isto negotio *barometri* loco erit, permissio *efficax* candidatis Veronensibus danda Romam tendendi ad Noviciatum (3). Hoc si concedatur, et *ita* concedatur, ut Societatis vocatio postulat, spes augebitur; secus, *parum (nihil!) cito*, ut supra...

Nihil dimidiati operis conficiendum.

3. — Interea, Ra Va agat *strenue*, et *Deo confisus*, negotium sibi commissum. Instructionum iam habet satis a nobis Ra Va; volumus nos, vult utique etiam S. M., istis non *semi-Iesuitas*, sed tales quales esse debent *ex integro*. Ergo nihil dimidiati operis confici potest. Deus Rae Vae assistat, et illuminet eos quorum maxime interesse deberet.

De nefanda Matritensi strage.

4. — Accepimus accuratam relationem de strage Matritensi 17 et 18 Julii (4); sed longior est, et hispanice scripta. — Aliqua ex illa attingo in meis ad Serenissimam, quae Ipsa certe cum Ra Va communicabit (5).

Vale, mi Pater — et magno animo perge portare *crucem tuam* — crucem tamen *inunctam*, ut certe confido.

SS. SS. me valde commendo.

Gal. I., 162.

---

apostolica munera exercendi; simul vero tot talesque condiciones addebantur, verbis ceteroquin intricatis, ut ex ipso Decreto magistratus minores causas sumerent iuribus concessis obsistendi. De quibus iuribus cum nollet P. Generalis cedere, *crescere* profecto non poterat *vinea a 14 annis plantata*.

(2) *Veronense* illud *negotium*, quod P. Generali tantam sollicitudinem struebat, duplex erat. Agebatur enim de noviciatu et de collegio; quorum historiam, adversis non paucis casibus productam, narrat liber supra laudatus: *Breve Storia della Provincia Veneta S. I.*, pp. 30-38 (il Noviziato) et 38-43 (il Collegio).

(3) Timor Austriacis magistratibus erat, ne Romam si mitterentur iuvenes S. I. candidati, Romana mente imbuti redirent in Regnum Lombardo-Venetum, ubi « Iosephinismus » adhuc vigebat.

(4) De horrendis stragibus, quae Matriti diebus 17 et 18 Iulii locum habuerunt, fuse egimus in notis et commentariis de *Assistentia Hispaniae* (Cf. epist. XCVIII et *sqq.*).

(5) Haec epistola Patris Roothaan ad « Serenissimam » (id est ad Ducissam Iuliam viduam Ducis Friderici Ferdinandi von Anhalt-Coethen), habetur cum aliis multis inter epistolas *ad externos*, quae seorsim eduntur, voluminibus IV et V. Cf. etiam hic supra, pag. 227, nota 4.

CXXXV

AD R. P. IOSEPHUM CYTOWICZ (1), Rectorem

Tarnopol.

1. *Gratias pro litteris.* — 2. *Nobiliores iuvenes doceantur, nobilitatem virtute destitutam, vilem esse.* — 3. *De Sodalitate Mariana legibus impedita.* — 4. *Clericales alumni multi sunt, sed utinam electi!*

Roma, 12 Februarii 1835.

Gratias pro litteris.

1. — Gratias ago Rae Vae pro litteris 13 Ianuarii d., de statu Collegii. Item pro consultoriis suis; ac Ra Va velit etiam ceteris Patribus Consultoribus, tum Provinciae tum Collegii, gratias agere meis verbis.

Nobiliores iuvenes doceantur, nobilitatem virtute destitutam, vilem esse.

2. — Quod Ra Va dicit, de impedimentis in cultura iuvenum nobiliorum, sollicitudinem et vigilantiam exacuat, necesse est (2). Talium enim exempla perniciosa ceteris esse solent. Cavendumque maxime, ne nobilitatis titulo impunitate gaudere videantur, cum contra titulus iste stimulus esse ad recte honesteque vivendum debeat. Intelligant ipsi, intelligant eorum parentes, nobilitatem, virtute destitutam, vitiis deturpatam, vilem esse atque abiectam; et vero iusto Dei iudicio tantopere viluisse nostro aevo titulum nobilitatis, quod a vera nobilitate, quam virtus genuit, tam multi nobiles viri defecerint, veri finis obliti, ob quem a Divina Providentia supra alios coetus fuerunt evecti.

De Sodalitate Mariana legibus impedita.

3. — Mirum sane, quod adhuc frustra fuerimus in petenda licentia formandi Sodalitatem Marianam! Immo vero etiam mirum, quod hoc sine peculiari licentia fieri non possit! (3). Certe in Regno Lombardo-Veneto, plurimas formatae sunt

---

(1) P. Iosephus Cytowicz, *Austr. Galic.* (1771-1792-1846). Rector tunc erat Coll. Tarnopol., a die 10 Oct. 1831. In eodem postea docuit scientias physicas et pie defunctus est.

(2) Apud philosophos et moralium disciplinarum doctores, sive antiquos, sive hodiernos, vix quemquam invenies, qui tam recte, tam pulchre, tam paucis pressisque verbis *de Nobilitate* disseruerit.

(3) De Sodalitatibus Marianis, de Patris Roothaan erga illas sollicitudine ac de impedimentis, quibus in Collegis sub ditione Austriaca positis praepedirentur, vide supra, epist. CXXVIII not. 3).

Sodalitates huiusmodi, quas nos ipsi *Primae Primariae* Romanae aggregavimus (4).

4. — Auditores philosophiae 70 ad statum clericalem?..... Utinam electi vere sint, aut fiant! Cetera puncta responsum non requirunt, itaque SS. SS. me valde commendo.

Clericales alumni multi sunt, sed utinam electi!

Gal. I., 179.

CXXXVI

Ad R. P. Carolus W..., (1),
Novicium.

Graz.

1. *Litteras* soli *inscribere non debuisti.* — 2. *De querelis, quas moves, libri iam scripti sunt.* — 3. *Homines culpari possunt, quia homines; tu vero principia et instituta reprehendis, non primus.* — 4. *Impietatem in piis libris reperire, improbi iudicii est, cui ne Evangelium quidem probaretur.* — 5. *Quomodo novicius de genuino Societatis spiritu iudices?* — 6. *Mens tua de Societate, impiorum sententiae consonat.* — 7. *Hanc tuam mentem Superioribus immediatis aperi, eamque factis prosequere: liber es, in viam pacis a nobis recede!*

Rome, 6 Mars 1835.

Vos deux lettres *soli*, (2) l'une du 31 Janvier, l'autre du 1 Février, ne me sont parvenues que le 2 de ce mois. Je m'empresse d'y répondre.

1. — Je vous avoue, mon cher Père, que j'ai été d'abord étonné de ce que vous m'écriviez *soli* (3). Comme ces sortes de lettres s'écrivent ordinairement dans le seul cas où quelqu'un croit devoir avertir le Supérieur de quelque inconvénient ou abus grave, pour lequel il n'y ait pas de remède à

Litteras *soli* inscribere non debuisti.

---

(4) Vi Bullae « Omnipotentis Dei », die 5 Dec. 1584 datae, statuit S. P. Gregorius XIII eas tantum Marianas Sodalitates legitimas habendas esse et Indulgentiis concessis frui posse, quae fuerint Romanae Sodalitati de Virginis Annuntiatione, tanquam *Primae Primariae,* canonice aggregatae (Cf. Kock, col. 1018-1019).

(1) Virum, cui hac et sequens epistola scribi debuerint, possumus caritate non offensa existimare mentis non omnino sanae exstitisse. Natus ille tunc erat annos 37, fueratque (ut in sequenti epist. notatur) socius Congregationis SS.mi Redemptoris. In *Catal. Prov. Galic. Austr.* anno 1835, p. 21, inscribitur ut *Nov. ann. 2, ingr. 1 Febr. 1834, theologia absoluta;* erat enim sacerdos.

(3) « Soli » inscribuntur litterae ad superiores, praesertim ad P. Generalem missae, ubi talia manifestantur « quae secreto opus habeant, nec cum aliis communicari postulent » (*Institutum* III, 268, n. 7).

espérer de la part des Supérieurs immédiats, ou de celui de la Province; il semble qu'un *Novice* qui, plus que tout autre, doit s'appliquer le mot de S. Paul: *Attende tibi,* peut bien se tranquilliser, s'il croit voir quelque chose qui ne va pas bien, et penser: *Oh! si cela n'est pas bien, il ne manquera pas quelqu'un qui d'office en donne avis à qui de droit. Ce n'est pas à moi de m'en occuper.* Mais, en lisant vos deux lettres, mon étonnement de la forme *soli* a cessé; mais il s'est accru beaucoup, au sujet des matières que vous y traitez [4].

De querelis, quas moves, libri iam scripti sunt.

2. — *Il vous faudrait,* dites-vous, *écrire un livre pour exposer tout ce qui vous a affligé jusqu'à présent.* Après la lecture de vos deux lettres, je puis vous dire, franchement, qu'aucun nouveau livre n'est nécessaire pour cela. Il en existe d'écrits, un nombre presque infini, depuis le temps où vivait S. Ignace jusqu'à nos jours, dans le sens de vos deux lettres, par des gens, auxquels le P. W..., sans doute, ne voudrait pas ressembler, et dont cependant il semble adopter les sentiments, prenant tout de travers, expliquant tout dans un sens mauvais, et que la Compagnie n'a jamais avoué, et n'avouera *(i. e.:* approuvera) jamais.

Homines culpari possunt, quia homines; tu vero principia et instituta reprehendis, non primus.

3. — Il peut bien se faire, mon cher Père, que quelqu'un avance quelquefois une proposition peu exacte, peu mesurée, fausse même. Aucun Supérieur ne peut être garant de ce qui peut échapper à quelque individu de sa Congrégation, qui est toujours une Congrégation d'hommes, et non d'anges. Mais il ne s'agit pas de cela. Vous attaquez des *maximes,* — expliquées ou entendues à votre manière et dans un sens outré, — et sur cela, vous raisonnez à perte de vue. Mais en cela, vous ne faites rien qui n'ait été fait mille fois, par des gens que votre coeur ne voudrait pas prendre pour modèle.

Impietatem in piis libris reperire, improbi iudicii est, cui ne Evangelium quidem probaretur.

4. — Vous trouvez un amas d'*impiétés* dans le P. Drews [5], dans Rodriguez même [6]; dans les vies de nos Saints ou Vénérables etc. C'est bien fort! Mais, mon cher, j'ai connu une

---

[3] « In litteris porro, quae *soli* inscribuntur, nonnulla peccantur... Persaepe enim, quae iis litteris continentur, non eius generis sunt, quae secreto opus habeant ita, ut non possint cum iis, quibus opus est, communicari. Immo vero, non raro eiusmodi sunt, ut nisi cum aliis communicentur, transigi nullo modo possint ». (*Institutum,* III, 358, n. 8).

[4] Tota haec P. Generalis ad Novicium responsio et animadversio, moderationem iudicii animique benignitatem spirat. Attamen, dum *suaviter* monet, quae monenda sunt, *fortiter* quoque discernit, quae discernenda; immo et dimittendo ianuam apertam indicat, ut sponte recedat ille, quem mox invitum dimittet (Vide epist. sequentem).

[5] P. IOANNES DREWS (1646-1664-1710) e Borussia Orientali oriundus, *Prof.* fuit *phil.* ac *theol.*, postea vero *Rector* Collegii Braunsbergensis, cuius et ipse architectus fuerat. Obiit victima caritatis, dum peste infestis ministraret in urbe Varsavia. Inter eius opera (de quibus SOMMERVOGEL, t. II, col. 178-181) citantur: *Breviarium asceticum,* 4 vol.. Braunsberg, 1700; et *Fuga peccatorum centum rationibus rarissimis et memorabilibus exemplis inculcata probis et improbis,* 2 vol. Braunsberg, 1701. (De illo cf. etiam ESPASA, t. 18ª, p. 2218).

[6] Nemini non notum probatumque iamdudum esse existimamus P. ALPHON-

mauvaise tête qui, dans son délire, trouvait des blasphèmes, des impiétés, du Pélagianisme, du Jansénisme, et que sais-je? dans le Livre de l'*Imitation de J. C.!* Les Parlements de France trouvaient que S. Ignace enseignait, dans sa *Lettre de l'obéissance,* tous les crimes, jusqu'au régicide: car, disaient-ils, dans cette Lettre, on propose pour modèle l'exemple de S. Maur qui, par obéissance, se mit à marcher sur l'eau; mais c'était là s'exposer au suicide; donc, on y enseigne le suicide, et, à plus forte raison, tout autre homicide à faire par obéissance. En raisonnant de cette manière, on peut trouver bien du mal dans l'Ecriture sainte même. En effet, en lisant vos lettres, je me suis dit: Mais, ce pauvre Père, que pensera-t-il des paroles de N. S.: *Si quis venit ad me, et non odit patrem, et matrem,.... insuper et animam suam, non potest meus esse discipulus?* et de ces autres: *Nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei?* Que pensera-t-il du Sauveur, qui menace assez souvent des peines de l'enfer, et prononce si souvent ce terrible *vae?* Ne sera-ce pas, là aussi de la dureté, de la tyrannie, si contraire à la douceur, à la charité évangélique?

Quomodo novicius de genuino Societatis spiritu iudices?

5. — Je ne puis entrer dans tous les détails de votre lettre; ce serait trop long, et, bien entendu, sans utilité; car vous ne demandez pas d'explication: vous expliquez vous même; vous prononcez en juge, en maître. *Vous avez trouvé tout le contraire,* dites-vous, *de ce que la Compagnie doit être d'après l'esprit de l'Eglise et celui* ASSEZ CONNU *de S. Ignace!* Je ne sais jusqu'à quel point un Novice de la Compagnie puisse être juge compétent en cette matière. S'il disait: *de ce que je m'imaginais être l'esprit de S. Ignace; à la bonne heure!*

Mens tua de Societate, impiorum sententiae consonat.

6. — Je ne laisserai pas cependant de vous observer, sur ce que vous dites, qu'à raison des sentiments que *vous jugez* être les sentiments de la Compagnie, elle est *dangereuse à la Société et à l'Eglise,* et qu'elle a été *justement chassée,* et *qu'elle serait chassée justement de* TOUS LES PAYS. Sur cela, je remarquerai, dis-je, que *vous êtes d'accord avec tout ce qu'il y a de révolutionnaires,* qui n'ont rien de plus empressé que de *chasser les Jésuites,* dès qu'ils arrivent, eux les révolutionnaires, quelque part au pouvoir, ou de les faire chasser d'avance, pour préparer la voie aux révolutions qu'ils méditent. Pensez-vous que cet argument de fait, d'histoire, de notoriété publique, ne vaille pas quelque peu, devant votre argument spéculatif, et vraiment fantastique? Pensez-vous raisonner bien, en tombant d'accord avec les impies?

---

sum RODRIGUEZ (1537-1557-1616) eiusque saepissime typis editum atque in omnes fere orbis linguas versum opus: *Ejercicio de perfección,* primum Hispali publicatum anno 1609. De eo videri potest SOMMERVOGEL, t. 6, col. 1946-1963.

Hanc tuam mentem Superioribus immediatis aperi, eamque factis prosequere: liber es, in viam pacis a nobis recede!

7. — Enfin, mon cher Père, je ne sais si vous avez découvert à votre P. Recteur et Maître des Novices tout ce qui vous tourmente; mais moi, je ne puis que vous conseiller de vous en délivrer. Vous êtes parfaitement libre de la part de la Compagnie. Comme personne ne vous a demandé d'y venir, personne ne vous y retient malgré vous. La porte est ouverte: allez, quittez ce lieu, qui vous semble n'être qu'un lieu de tyrannie, de domination, et que sais-je? Laissez-nous; nous vous laisserons aller de bonne grâce; car, certes, avec les idées que vous venez de me manifester, j'aime bien mieux vous voir dehors, que dedans. Que le Seigneur vous accompagne *in viam pacis* et vous fasse trouver ailleurs cette perfection, dont vous vous êtes formé une idée toute particulière, toute à vous, mais qui n'est pas celle que nous professons.

Je finis, en vous assurant également de mon affection, et de mon désir sincère de vous voir content et heureux; et suis bien de tout mon coeur...

Gal. I., 180.

CXXXVII.

Ad R. P. Carolum W...,
Novicium.

Graz.

1. *Noviciatus tempus locusque est mutuae explorationis.* — 2. *Ex tuis litteris, tibi non aptam esse Societatem iudicavi.* — 3. *Aptam tibi illam esse tu dicis.* — 4. *Ego vero te illi aptum non esse declaro.* — 5. *Cor quidem bonum habes; iudicium autem, etsi bonum, non nobis congruens,iam a noviciatu. Quid ergo esset postea?* — 6. *Invicem ergo dimittamus pacifice et Dominus te comitetur!*

Rome, 9 Avril 1835.

J'ai reçu votre lettre du 25 Mars; et voici ma réponse [1].

Noviciatus tempus locusque est mutuae explorationis.

1. — Si N. S. P. le Pape, en vous déliant des voeux de la Congrégation du T. S. Rédempteur, vous *a mis*, comme vous vous exprimez, *entre les mains* du P. Général de la Compagnie, cela ne s'entend, et ne peut s'entendre, que dans ce sens: que le S. Père *a permis* au P. Général de vous recevoir au *Noviciat*, [pour que] vous y pussiez faire vos voeux, etc. Certes, le S. P.

[1] Lectori, qui priorem epistolam perpenderit, videbitur profecto haec non minorem benignitatem, aequitatem, firmitatem redolere. Neque putamus illam ullo alio commentario indigere: totus enim in ea Patris Roothaan animus revelatur. Merito de illo scripsit Pirri (p. 173): « Se si volesse cercare una nota distintiva del metodo di governare del P. Roothaan, la troveremo riassunta in quella espressione: *fortiter et suaviter*, che gli era tanto familiare, e che s' incontra tanto frequente nelle sue lettere e nei suoi consigli ai superiori ».

n'a eu, et n'a pu avoir d'autre intention. Or, le Noviciat, pourquoi se fait-il? Qu'est-ce que le temps du Noviciat? C'est le temps d'épreuve, où de part et d'autre on s'essaye. Le Novice voit, si cet Ordre lui convient; et l'Ordre voit aussi, si le Novice lui convient à lui, à l'Ordre.

2. — D'après votre première, ou plutôt d'après vos deux premières lettres, je n'ai pu que me persuader que vous voyiez *que la Compagnie ne vous convenait pas.* Et c'est pour cela que je vous donnais le conseil de la quitter.

Ex tuis litteris, tibi non aptam esse Societatem iudicavi.

3. — Maintenant, vous m'écrivez que pour vous, vous ne voulez pas la quitter; que la Compagnie vous convient. C'est incroyable, d'après tout ce que vous m'aviez écrit, et dont vous ne désavouez rien. Mais, enfin, de votre côté, l'essai que vous faites de la Compagnie ne vous en détourne pas.

Aptam tibi illam esse tu dicis.

4. — Mais moi, je suis obligé de vous dire que, quoique, selon vous, la Compagnie, vous convienne, *vous ne convenez pas à la Compagnie;* et bien certainement, je ne pourrai consentir que vous fassiez les voeux de la Compagnie. Ainsi, la conclusion est claire. Car, pour que le Noviciat soit suivi par l'incorporation dans l'Ordre, il faut que *des deux côtés* on soit satisfait. Le Novice veut rester? cela ne suffit pas.

Ego vero te illi aptum non esse declaro.

5. — Ne pensez pas pour cela, mon cher Père, que je vous en veuille, ni que je condamne en rien votre coeur. Non! Votre coeur, je n'en doute pas, est excellent. Mais votre tête, toute bonne qu'elle puisse être, ne l'est pas pour la Compagnie. Si, dans le Noviciat, elle vous tracasse tant, et nous aussi, que serait-ce après?! Non, mon cher, vous n'êtes pas fait pour la Compagnie; et j'ajouterai, sans crainte de me tromper, que pour vous-même il ne vous serait pas convenable de vous lier à la Compagnie par les voeux. Avec cet esprit raisonneur, vous ne pourriez être, ni tranquille, ni heureux.

Cor quidem bonum habes; iudicium autem, etsi bonum, non nobis congruens, iam a noviciatu. Quid ergo esset postea ?

6. — Ainsi, allons! Quittons-nous en bonne amitié, en paix! Tout état n'est pas pour tout le monde; et bien certainement tous les hommes, même de bonne volonté, ne sont pas pour cela bons pour la Compagnie. Adieu! que le Seigneur vous accompagne toujours et partout! Je suis, en union de vos SS. SS. et avec toute l'estime et toute l'affection.....

Invicem ergo dimittamus pacifice et Dominus te comitetur!

Gal. I., 186.

CXXXVIII.

Ad R. P. Petrum Beckx,

Wien.

1. *Decretum Caesareae Maiestatis gaudium primo attulit, sed breve. — 2. Videtur enim ab hostibus Societatis dictatum, Principis fiduciam illudentibus. — 3. An talia post tot tractationes exspectanda? — 4. Fiunt novissima peiora prioribus. — 5. Iniquis dicteriis possumus respondere, non autem animos despondere. — 6. P. Kohlmann (R. I. P.!) a Summo Pontifice laudatus.*

Roma, 16 Aprilis 1836.

Decretum Caesareae Maiestatis gaudium primo attulit, sed breve.

1. — Accepi exemplar Decreti S. M., cum notis Rae Vae, et litteris [1]. — Quid dicam?... Breve nimis fuit *Alleluia* istud, nec satis fundatum. Redeundum ad Psalm. *Miserere!* Ra Va conatur mitius omnia explicare. Ego vero magis timeo. Videbimus, — orabimus — et, quid responsi dandum sit, considerabimus diligenter *coram Domino.*

Videtur enim ab hostibus Societatis dictatum, Principis fiduciam illudentibus.

2. — Ego Principi Metternich, et Imperatori certe gratias habeo pro optima illorum voluntate. Sed Decretum ipsum, ut olim alia optimi Imperatoris Francisci, mihi quidem dictatum videtur ab hominibus, qui Societatem aeternum exclusam ab Imperio cupiunt, et optimi Principis fiduciam illudunt [2].

An talia post tot tractationes exspectanda?

3. — Taliane erant exspectanda? Post expressam defuncti Imperatoris voluntatem, ut tandem uno ictu omnia tollerentur impedimenta [3]? Post tot tamque prolixas tractationes, Eiusdem iussu institutas? Post approbata denique ab Eo, qui primum ab Imperatore Francisco designatus erat, et ab ipsa etiam commissione studiorum [4], ea quae postulabamus, et sine quibus *non posse* nos, toties protestati sumus?

---

[1] Die 19 Martii 1836 ederat Ferdinandus Austriae Imperator I (qui defuncto patri Francisco I successerat 2 Martii 1835) *Resolutionem* sic dictam, a Patre Roothaan tamdiu desideratam. Quam praesentibus litteris paulo amarius aequo insequitur P. Generalis, eadem non sic Patri Beckx displicuit (ut in sequente epistola videbimus); amicis vero nostris plerumque placuit: « La sua fermezza (del P. Roothaan)... in fine ottenne dall'Imp. Ferdinando la Risoluzione del 19 marzo 1836, con somma soddisfazione di tutti i buoni... La qual risoluzione, benchè non fosse del tutto libera dal pessimo spirito, ond'era allora infetta la legislazione austriaca, cioè dal cosidetto giuseppismo, non di meno fu dal P. Roothaan accettata *(finalmente):* giacchè non toccava l'Istituto della Compagnia in cose essenziali, e le concedeva libertà e privilegi, per que' tempi e per que' luoghi, più tosto che mirabili, miracolosi » *(Breve Storia della Provincia Veneta,* pp. 30-31).

[2] Decretis Francisci Imperatoris abusos esse hostes Societatis diximus et haec causa diffidentia P. Roothaan erat.

[3] De « unico ictu » illo et de bona Imperatoris voluntate, vide supra, epist. CXXXIII, not. 5. Duplex unici ictus effectus expresse notatur in *Breve Storia,* p. 31, in nota.

[4] Aulica Studiorum Commissio revera ipsis verbis Decreti a Francisco Imperatore I benigne dati abutebatur, ut omnia Iesuitis privilegia denegaret, eosque communibus Imperii Scholasticis legibus et disciplinis irretiret.

Fiunt novissima peiora prioribus.

4. — Ergo nihil profecimus, et certo sensu peiore loco iam sunt res nostrae. Si admitto, actum est de Societatis genuino statu in istis partibus. Si non admitto, rumpenda etiam omnis tractatio de novo Collegio Styriensi, aliove quocumque in Monarchia. — Utrinque angustiae!

Iniquis dicteriis possumus respondere, non autem animos despondere.

5. Ad ea, quae a non nemine dicuntur, *200 esse Iesuitas, et nonnisi unum Collegium,* quid responsi dederit Ra Va, nescio. Laudo equidem et miror Rae Vae patientiam: sed nollem ab hac libertatem respondendi ad iniquas objectiones impediri. — *Nonnisi unum Collegium?* — An per Iesuitas stetit, quominus alterum, atque alterum admitterent? — *200 Iesuitae?* — An omnes, qui in unico illo Collegio non sunt, otiantur? Catalogus utique testatur, ubi sint, et quid agant. — Denique, ab hisce 16 annis, quid factum est, ut possent rite formari? Quomodo tractatur Noviciatus Graecensis, Imperatoris voluntate apertus? — Dicteria eiusmodi equidem dico *iniqua.* Quid enim minus aequum, quam homini, quem clausum carcere et ligatum pedibus teneas, dicere: *Quare non curris* (5)? — *Amara* sunt ista, adeo, ut nisi *solius Dei amor,* et *animarum salus,* veluti clavis me confixum tenerent... Sed nimirum, si illud consilium caperemus, quod talis agendi modus *naturaliter* suggereret, haberent isti, quod unice desiderant. Sat clare enim factis suis dicunt nobis: NOLUMUS VOS. — Nobis autem dicit Salvator: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* — Ita, Domine Iesu, *amen! Adhaesit anima mea post te, me suscepit dextera tua.*

SS. SS. me commendo.

P. Kohlmann (R. I. P.!) a Summo Pontefice laudatus.

6. — Serenissimae mea obsequia. — Optimus P. Antonius Kohlmann (6) sancte mortuus est 10 hujus. R. I. P. — De eo, Summus Pontifex: *Gran perdita per la Compagnia, e gran perdita per la Santa Sede!*

Gal. I., 227.

---

(5) Novem post annos, eadem usus metaphora, ad eundem P. Beckx scribebat P. Roothaan (19 Apr. 1845): « Je vous plains, mon cher Père et je plains la Compagnie, dans la position qu'elle a en Autriche. J'aimerais mieux une guerre ouverte, qu'une existence comme celle-là, d'un enfant auquel on lie pieds et mains, et auquel pourtant on dit, en insultant: Agissez, marchez! » (*Gal.* II. p. 70).

(6) P. ANTONIUS KOHLMANN, *Romanae* (1771-1805-1836), ex Alsatia oriundus, in Russia, Germania, Gallia, America, Italia, mirifice laboravit. In Foederatis Americae Statibus, litem clamorosam sustinuit, causamque devicit, de secreto confessionis. Pontificibus Leoni XII e Gregorio XVI probatissimus, obierat in Urbe, paucis ante diebus, 10 Aprilis *(Vivier)* vel 11 *(Koch).* Cf. SOMMERVOGEL, t. IV, col. 1162-1164. Eius vitam itineribus, operibus, virtutibus mirabilem, lepide narrat Kock, col. 1005; item plenius I. JOACHIM, *Le P. Antoine Kohlmann,* Paris, éditions « Alsatia », 1936.

CXXXIX.

AD R. P. PETRUM BECKX, *Wien.*

1. *Decretum nimium benigne iudicas.* — 2. *Experientia enim 16 annorum nos diffidentiam docuit.* — 3. *Decreti praescripta et condiciones non tu interpretaberis, sed subalterni magistratus.* — 4. *Sicut Ecclesiae ipsi accidit, nobis Austriacum exemplum ubique applicandum proponetur.* — 5. *Imperatoris voluntas illusa est.* — 6. *Cum Caesarea Maiestate non disputamus.*

Roma, 30 Aprilis 1836.

Decretum nimium benigne iudicas.

1. — Accepi Rae Vae litteras dd. 15, et spero Ra Va acceperit meas dd. 16 huius, ex quibus iam intellexerit, quid sentirem de Decreto S. M. I. Et mirum sane, Ram Vam plenam fuisse sollicitudinis ob duo illa puncta, quae mihi minoris momenti sunt; et alia tam multa, quae mihi sunt gravissima, minoris aestimasse, nec talia quae admissionem Veronensis *Collegii* impedire possent, aut deberent (1). Et tamen, mi Pater, si responsa Decreti cum nostris petitionibus conferantur, videbimus pleraque responsa esse denique negativa (2).

Experientia enim 16 annorum nos diffidentiam docuit.

2. — Facilius posset aliqua spes foveri de futuro, nisi experientia 16 annorum nos docuisset, quid valeant eiusmodi spes, quarum vis eo redderetur etiam infirmior, quod essent sponte a nobis et anticipate admittendae condiciones istae: id quod profecto hisce 16 annis factum non est, nec fieri a nobis potest. Aliud est, *imponi* nobis iugum; aliud, *suscipi* a nobis; aliud est, *portare* iugum impositum; aliud, sponte *subire* imponendum. Aliud est *pati,* aliud *consentire.* Illud quidem aliquatenus, et aliquantisper possumus; hoc vero non possumus.

Decreti praescripta et condiciones non tu interpretaberis, sed subalterni magistratus.

3. — Profecto, interpretationes, quas Ra Va in anterioribus suis litteris adiecerat conditionibus istis, negotium magna ex parte planius redderent; sed, mi carissime Pater! non erit P. Beckx, cui negotium exsequendi constitutas condiciones dabitur; sed erunt officiales, et satellites Gubernii, qui et interpretabuntur, et exsequentur *suo modo* (3). Si vel amplissima

(1) Naturarum differentia hic revelatur inter P. Roothaan et P. Beckx. Veronense Collegium non absque difficultatibus quidem admissum fuit, et moram ei aperiendo moverunt gubernatores locales adhuc per menses plures. Prudentia tamen et tenacitas Patris Iosephi Ferrari (1790-1815-1875), quem P. Roothaan ad hoc Veronam miserat, omnia tandem evicit. (Cf. *Breve Storia,* pp. 32, 33, 38, 39).

(2) Etsi *pleraque,* vel saltem plura responsa, negativa erant, non omnia tamen privilegia negabantur. « Tra l'altre cose, si dispensavano i professori della Compagnia dall' obbligo di subire verun esame governativo... Si permetteva inoltre di seguire nell' insegnamento, salve poche limitazioni, il *Ratio Studiorum,* ossia il metodo proprio della Compagnia » (*Breve Storia,* p. 30).

(3) « È vero che la Compagnia nel Regno Lombardo-Veneto dovette poi spesse volte, per la difesa dei privilegi a lei concessi dall' Imperatore, combattere contro gl' inferiori magistrati, avvezzi a trattare gli ecclesiastici e i religiosi come il tutore fa coi pupilli »... « Il municipio di Verona aveva in seno persone a noi nemiche... La storia della lotta che ne seguì sarebbe lunghissima ». (*Ibid.,* pp., 31, 38. 39).

esset Caesaris concessio, ab ipsiusmodi DD. subalternis multa saltem tentarentur; quid modo, cum concessio adeo restricta sit, ut in multis censenda sit nulla? Reclamabimus nos quidem; et quo fructu, quaeso, si talibus condicionibus admissi erimus? Scientibus nobis et in antecessum consentientibus, conqueri de iniuria neque conveniet, neque licebit.

Sicut Ecclesiae ipsi accidit, nobis Austriacum exemplum ubique applicandum proponetur.

4. — Quod me praeterea terret maxime, illud est: Societas cymbula est, quae Petri navem cursu et fortuna sequitur. Quid in Petri nave fiat per ea, quae in Austria, Petro frustra reclamante, fiunt, videmus. *Ita fit in Austria,* clamitant Provinciae Rhenanae; ita, ita, Helvetia; ita, Lusitania; ita, Brasilia; etc. Austriae exemplum se velle sequi profitentur. Quid iam nostra cymbula exspectet, si nos in condiciones propositas consentiamus? Exspectemus, fore ut brevi similia a nobis postulent alia Gubernia, quae nos advocabunt. Quid tum nos? Et quid tandem de Societate fiat?

Imperatoris voluntas illusa est.

5. — Imperator quidem intentionem habuit nobis favendi. Patet hoc ex praeambulo Decreti [4]. At certe, S. M. non cognoverat ea quae petiveramus, vel certe responsa petitis non respondent. Mihi videntur ii, qui Decretum istud composuerunt, ita existimasse: « vel Iesuitae non admittent, et hoc nobis « maxime placebit: vel admittent, et, si talibus veniant condi- « cionibus, non magnopere nobis displicebit ».

Cum Caesarea Maiestate non disputamus.

6. — Non dubito quin plerique vociferaturi sint: « En duritiem! en superbiam! en arrogantiam singularem! Generalis Iesuitarum praetendit cum Caesarea Maiestate veluti disputare et contendere, quasi princeps cum principe ageret! » Sed calumniose scilicet, ut solent, ipsa dicent. Immo vero, pauperes religiosos nos esse profitemur, et *servire* libenter Suae Maiestati optamus. Sed tamen etiam *servo* licet condiciones cognoscere, quibus ad servitium Domini admittendus sit, ut videat, an sibi conveniat, *ita* servire, necne. Nos autem *ita servire* non possumus, quia non possemus illud boni facere, quod certe ipse Imperator a nobis exspectaret... Itaque... Scribo ad optimum Principem [5], et litterarum exemplar mitto ad Ram Vam, ut illas cognoscat. Ra Va reddi curet Principi. Videbit, me non desperare plane, nec omnem tractationem abrumpere. Altera vice mittam *mémoire.* — Nec Ra Va desperet: Oremus!

Gal. I., 231.

(4) Veronensem noviciatum, paulo post medium annum 1837, voluit ipse Imperator visitare cum nobili coniuge ANNA MARIA DE SARDINIA.

(5) Diximus qualis fuerit Principis METTERNICH erga Patrem Roothaan animus. (Cf. supra, epist. CXXXI, not. 5; et epist. CXXXIII, not. 6). De illo CRÉTINEAU-JOLY, pp. 60-61, argute pronuntiavit: « Le prince de Metternich ne les avait pas vus venir (les Jésuites) sans défiance. Elevé à l'école de Joseph II et de Kaunitz, il éprouvait pour la Compagnie de Jésus une répulsion secrète, née au contact des préventions que la haine ou l'impiété ont toujours eu l'art de fomenter. Mais cet esprit lucide discerna promptement la vérité du mensonge convenu ».

CXL.

AD R. P. PETRUM BECKX,

Wien.

1. *Pergit tristitia.* — 2. *Donum Principis Maximiliani acceptandum, grato animo, spe plenum.* — 3. *De Verona, peiora!* — 4. *Indignationem movent impedimenta, quae Veronensis Delegatio non cessat inferre exsequendo Decreto. Ira tamen cohibetur.* — 5. *Si nos recipere nolint, id aperte dicant!* — 6. *Alibi enim requirimur. Veronensis ergo causa mox dirimenda, de qua ceteroquin parum est sperandum.* — 7. *Benignae tuae ipsius interpretationes, quid profuturae sunt?* — 8. *Attamen,* Alleluia *dicamus!*

Roma, 18 Martii 1837.

Pergit tristitia.

1. — Spero pervenisse meas *dolentes* dd. 4 huius (1). Hodie similia scribere debeo. Sed prius, laetiora!

Donum Principis Maximiliani acceptandum, grato animo, spe plenum.

2. — Quae offert optimus Princeps Atestinus: *Domum*, etc., prope Lincium, utique acceptanda, cum grati animi significatione maxima (2). Quis scit, si *tandem* hoc modo aliquis fiat progressus, iuxta desideria optimi Imperatoris Francisci, in illa parte Monarchiae? Scribat hoc Ra Va Patri Provinciali.

De Verona, peiora!

3. — De Verona peiora quam umquam (3). De hoc negotio prosequor scribere gallice, si forte Rae Vae conveniat communicare cum aliquo mea propria verba.

Indignationem movent impedimenta, quae Veronensis Delegatio non cessat inferre exsequendo Decreto. Ira tamen cohibetur.

4. — La Délégation Impériale à Vérone a fait enfin demander au P. Ferrari: « Qu'est-ce que les Jésuites prétendent à Vérone? » Le Père a répondu, que nous ne *prétendions* rien; que nous étions venus à Vérone sur les instances [qui nous] avaient été adressées; que l'affaire s'était traitée bien des années; qu'enfin, par la Résolution du 19 Mars les difficultés avaient été levées; que lui était venu autorisé avec un passeport en régle pour traiter l'affaire, etc. Quant à moi, mon cher Père Beckx, je ressens, de cette manière d'agir de ce Gouvernement, une peine qui n'est pas tout à fait exempte de quelque sentiment d'indignation ou de colère. Mais je supprime ce dernier sentiment, en me souvenant de notre Roi,

(1) *Dolentes* utique illae erant litterae, unde i. a. haec depromimus: «... de negotio Graeciensi... illud adiungo: *ludi* hic Caesaris declaratissimam voluntatem... nunc tandem *licet* et *concessum est* catechismum tradere in *ecclesiola* cuiusdam monasterii extra urbem! Quantum ibi processum est, post tot annos!» (*Gal.* I, p. 270).

(2) Archidux Austriae-Atestinus, MAXIMILIANUS, obtulerat Societati domum suam aestivam, Lincii in colle Freinberg positam, et turrim arce munitam, quam ipse nuper exstruxerat, cum hortis et praediis. Haec fuerunt initia domus Lincensis, die 10 Aug. 1837 inauguratae, et multorum primitiae beneficiorum aliorum, quibus idem piissimus Princeps Societatem donavit (Cf. KOCH, 1185 et 1345; CRÉTINEAU-JOLY, t. 6., pp. 59-60. Vide etiam infra, epist. CXLV, not. 2).

(3) In litteris *dolentibus* diei 4 eiusdem mensis, lamentabatur P. Roothaan Venetum Gubernium nondum accepisse Resolutionem Caesaream die 19 Martii anni prioris datam! Addebatque: « Quid est hoc rei? Somniamus nos, an ludimur? » (*Gal.* I, p. 270).

qui a été renvoyé de Pilate à Hérode et d'Hérode à Pilate, revêtu d'un lambeau d'habit blanc. Il n'y a donc pas à nous étonner que, portant le nom que nous portons, nous soyons traités ainsi!

5. — Qu'une bande de comédiens se présente, ou de danseurs, de charlatans, ils seront bien accueillis, payés même largement; mais nous autres, pour lesquels des personnes de bien veulent faire tous les frais ([4]), le Gouvernement nous demande (après tout ce qui s'est fait *pendant tant d'années): « Que prétendez-vous?* » Eh! non! *Nous ne prétendons rien du tout!* Dites-nous rondement: « *Nous ne voulons pas de vous autres!* » Au moins, ne perdrons-nous plus notre temps précieux avec des tractations inutiles!

Si nos recipere nolint, id aperte dicant!

6. — Si nous ne sommes pas dignes de Vérone, ou que Vérone n'est pas digne de nous, ou que *le temps n'est pas encore venu,* nous nous retirerons en paix. Je ne suis pas embarrassé pour placer les sujets de la Compagnie; au contraire! je suis embarrassé pour satisfaire aux demandes qui me sont faites. Nous irons donc où on nous veut avoir. Je suis fâché grandement, d'avoir renoncé à différentes bonnes oeuvres, pour être en état de servir Vérone. Mais bientôt je devrai prendre ma détermination. C'en est assez. Si nous devons repartir, ce sera, sans doute, un sujet de grande affliction pour tous ceux qui pensent bien à Vérone. Mais qu'y puis-je faire? D'ailleurs, quelle manière d'être, sous un Gouvernement qui se montre tellement *hostile,* dès notre apparition à Vérone? Il est sûr que cette manière d'agir de ce Gouvernement me fait faire bien des réflexions, et concevoir bien des craintes. Si les décisions de l'Empereur ne peuvent nous garantir, que pouvons-nous espérer ?

Alibi enim requirimur. Veronensis ergo causa mox dirimenda, de qua ceteroquin parum est sperandum.

7. — Le P. Ferrari a dû aller à Venise. Nous verrons! Mais il faut qu'une solution de ces difficultés vienne bientôt. Ce ne sera pas à moi qu'il faudra s'en prendre, si nous abandonnons toute cette affaire. Comme je crains, que toutes les belles *explications* que vous étiez venu me porter à Rome, et en vertu desquelles je me suis déterminé ([5]), *ne serviront de rien!* Et

Benignae tuae ipsius interpretationes, quid profuturae sunt?

([4]) Ipse tamen sacerdos PETRUS ALBERTINI, qui iam ab anno 1829 promiserat se de suo tantum daturum, quantum ad noviciatus collegiique fundationem requireretur, paulo post mentem suam mutavit et promissa minuit. Itaque P. Ferrari, qui ineunte 1837 Veronam advenerat, prudenter illum induxit ad noviciatus tantum fundationem stabiliendam. Quod cum ille fecisset, in novam domum pecuniis eiusdem sacerdotis comparatam, intravit P. Ferrari die 16 Iunii 1837, tribus ergo mensibus, post scriptam hanc Patris Roothaan epistolam. In qua domo, Magister Noviciorum fuit P. STOEGER, de quo supra, epist. CXXX et infra, epist. CXLV. (*Breve Storia*, pp. 31-33).

([5]) Iam audivimus Patrem Generalem dicentem interpretationes Decreti, quas P. Beckx proponebat, benigniores nimis esse (Cf. supra, epist. CXXXIX, § 3). Interdum, P. BECKX Romam petierat et causam vicerat benignitatis, i. e. admissionis Decreti Caesarei atque fundationis Veronensis. Timor tamen anxietasque animi Patrem Roothaan adhuc premebant; quae fundamentis aliquatenus non carere probavit exitus, ut etiam diximus, aliunde bonus et fructibus per annos uberioribus abundans (Cf. *Breve Storia,* pp. 30-43).

alors, où en serons nous? Il faut que nous nous mettions en garde, pour ne pas devoir nous repentir d'être entrés à Verone.

Attamen, *Alleluia* dicamus!

8. — Sed haec omnia non impediunt, quominus LAETUM *Alleluia* intonemus; quia in Cruce salus, in Cruce vita!

SS. SS. me valde commendo.

Serenissimae, mea humillima obsequia; et felix ac laetum *Alleluia!*

Gal. 1, 271.

CXLI.

AD R. P. IACOBUM PIERLING (1),

Linz.

1. *Gaudet eum mox revisurus.* — 2. *De convictu et gymnasio Œnipontano.* — 3. *Nil contra Veronenses consuetudines aut vestitum inducatur!*

Roma, 1 Septembris 1838.

Gaudet eum mox revisurus.

1. — Litteras quibus suam in Procuratorem electionem mihi nuntiavit Ra Va, rite acepi. Placebit valde ipsam post tot annos revidere, totamque Galiciae Provinciam mihi carissimam in illius Procuratore amplecti.

De convictu et gymnasio Œnipontano.

2. — Undique scribitur, Gymnasium et Convictum Oenipontanum hoc adhuc anno Societati esse tradendum. Si ita res se habet, brevi sane Caesareum apparebit decretum (2). In his rerum adiunctis, maxime nobis cordi esse debet, ut talis illic compareat Societas, quae nihil quod non aedificet, nihil quod vel leviter offendere possit, exponat.

Nil contra Veronenses consuetudines aut vestitum inducatur!

3. — Serio igitur cavendum existimo, ne in omni agendi, vestiendi, conversandi ratione, quidquam illuc inferatur, quod veteres Poloniae consuetudines nimium sapiat, a tam vicinorum Sociorum Veronensium, quos iam bene norunt Tirolenses, usibus discrepet, eoque ipso non possit non excitare admirationem. Quae in uno aliquo regno bene cedunt, non continuo placere debent aut possunt ubique. Multum dependet a primis impressionibus. Quare Rae Vae enixe commendo, ne quis illuc mittatur ocreatus (3), aut pileo tectus diverso ab illis,

(1) De P. IACOBO PIERLING, vide supra, epist CXXXIII.

(2) Expulsos a Russia Iesuitas acceperat Austria, ubi primae domus Societatis steterunt in urbibus Graz (1829) et Linz (1837). Anno 1839, Iesuitis commissum fuit Gymnasium Oenipontanus et Convictus Nobilium Theresianus, unde iterum exire anno 1848 coacti fuerunt, remanente tamen in domo nostra P. Pierling cum aliquibus sociis, ut narrat KOCH, col. 876.

(3) Ocreis e corio confectis utebantur, immo et hodie uti solent in quibusdam Poloniae regionibus Patres S. I., ob abundantiam nivis et frequentem viarum asperitatem.

quibus hic et Veronae utimur; uno verbo, in omni externo habitu nihil peregrinum exhibeant [4]. Alia plura erunt circa consuetudines disponenda, sed de his facilius coram tractabitur.

Commendo me SS. SS.

Austr. Gal., 6.

CXLII.

Ad Fr. Schol. Theodorum Rohmann [1],

Linz.

Infirmo apud parentes suos valetudinem curaturo, vigilantiam commendat, animum addit, imagunculam mittit.

Roma, 30 Ianuarii 1841.

Infirmo apud parentes suos valetudinem curaturo, vigilantiam commendat, animum addit, imagunculam mittit.

Doleo vehementer vicem tuam, Frater carissime! — Sed, quid iam faciendum? Tuum est, *attende tibi, — vigilare et orare, — aetatem habes, — praecepta nosti.* — Ad P. Superiorem scribo, ut in paterna domo, valetudinem curaturus, tantisper commorari possis. Ille, quomodo vota tibi servanda sint, praescribet. Vide, ut Iesu Socium te ubique demonstres, et in domo paterna verbo et exemplo aedificatio sis; in vestitu vanitatem abhorre; ut appareat, *te mundo crucifixum esse, et mundum tibi.* — En imaginem, quae meditationis materiam uberem praestare poterit, ut Deus prae oculis sit finis; *Christus exemplar, Maria praesidium, tu* ipse Deo semper *victima,* ad eius maiorem gloriam!

Divina Bonitas ubique adsit tibi et benedicat, et sospitem brevi te nobis restituat! Ora pro me, carissime Frater!

Austr. Gal., 139.

---

[4] Propri consilii oblitus esse videtur P. Roothaan, tempore sui e Roma et Italia exsilii, quando in Hiberniam et Angliam transiit: « Di quel suo viaggio in treno (da Kingstown a Dublino) ci è rimasta particolare memoria: muoveva curiosità la sua foggia di vestire, e in particolare quella specie di camauro, di cui portava ricoperto il capo »... (Pirri, p. 448).

[1] P. Theodorus Rohmann, *Austr.-Hung.* (1818-1834-1880) natus erat Vindobonae. Fructum ex bonis consiliis hic datis retulit talem, ut ad mortem usque fidelis vocationi fuerit. Scholasticus tunc Lincii degebat, *audit. phil. ann. 2do ;* sed in ipso *Catal.* notatur: *cur. valet.* Scripsit de adorando SS. Sacramento et de prima puerorum communione, ut videre est apud Sommervogel, t. VII, col. 26. Obiit *Operar.* et *Conc. Acad.* in urbe sua natali.

CXLIII.

Ad R. P. Franciscum Xaverium Weninger (1),

Innsbruck.

1. *Monitiones de* Exercitiis S. P. N. *in Germanicam linguam vertendis.* — 2. *Liber Nostris paratur, eisque tantum, qui* Exercitia *iam egerint et ceteris dare velint.* — 3. *Non ergo integer vertendus est in vernaculam linguam.* — 4. *Ad versionem vernaculam recte peragendam, omittantur omittenda; verba B. P. N. ab aliis distinguantur; pauca addantur et brevia.*

Roma, 22 Februarii 1841.

Monitiones de *Exercitiis S. P. N.* in Germanicam linguam vertendis.

1. — Mitto Rae Vae exemplar hispanicum *Exercitiorum S. P. N.*, ut quam versionem germanicam Ra Va molitur, eam non ex versione latina, sed ex ipso textu originali concinnare possit (2). Verum, quod ad istam versionem vernaculam attinet, quaedam observanda veniunt:

Liber Nostris paratur, eisque tantum, qui *Exercitia* iam egerint et ceteris dare velint.

2. — Libellus S. P. N. eiusmodi est, ut nonnisi duce et interprete aliquo directore, cuiquam recte prodesse possit. Neque alia mente equidem illam editionem latinam, etiam adiectis notis, adornavi. *Nostris* itaque iste labor impensus fuit, non externis; neque Nostris adeo omnibus promiscue, sed iis potissimum, qui Exercitia aliis tradere identidem debent, quales sunt sacerdotes nostri omnes. Postquam vero aliquis ex Nostris rite Exercitia fecit, huic utique Liber ipse utilissimus erit. Externis, vix ac ne vix quidem, nisi lectissimis, et qui ipsi tradendis Exercitiis, postquam ea ipsi experti in se sint, operam dare velint. Sunt in *Notis* adiectis aliqua utique, quae omnibus usui esse possunt; sed sunt etiam, quae solis fere directoribus conveniunt. — Ergo:

Non ergo integer vertendus est in vernaculam linguam.

3. — Nullo modo probare possem, ut totus Liber S. P., qualis est, etiam cum notis nostris, vernacula lingua ederetur. Nam ne Fratribus quidem nostris convenit; qui vero FF. Coadiutores non sunt, hi latina utuntur editione.

---

(1) P. Franciscus Xaverius Weninger, *Austr. Hung.* (1805-1832-1888) idem est, ad quem epist. CXXXII mittebatur. Is, anno 1841, erat in Collegio Œnipontano *Praef. stud. infer.*, *Praeses collat. cas. consc.* etc.

(2) Illam, quam tunc parabat, versionem *Exercitiorum* in linguam germanicam, fortasse tunc inceperat, quando illi adhuc novicio studium *Exercitiorum* « ex ipso libello », *vehementer* commendabat P. Roothaan (Epist. CXXXII, not. 6). Sed praesentibus Patris Roothaan monitionibus videtur a proposito suo aversus fuisse. Etenim, inter multiplicia eius opera, quae fuse recitat Sommervogel, (t. 8, col. 1065-1071), nulla huiusmodi versio litteralis *Exercitiorum* apparet; sed duo tantum de libello Ignatiano inveniuntur opera, quorum praeterea maius totum lingua latina conscriptum est. Haec sunt: *Andenken an die geislichen Uebungen.* Innsbruck, Wagner, 1847, in-12, pp. 24. (col. 1067, n. 20), et *Exercitia spiritualia S. P. Ignatii de Loyola, meditationibus illustrata*, ad usum PP. et FF. S. I., Cincinnati, Lehmann, 1849, in-8, pp. VII-272 (*ibid.* n. 21).

4. — Vernacula ergo, si quid edendum videatur: 1°) delectus faciendus esset, ut sive quae in Libro, sive quae in Notis, solis Directoribus conveniunt, in vernacula editione omittantur. 2°) Textus ipse S. P. distincto a ceteris charactere exprimatur. 3°) Addantur suis locis, quae usui necessaria sunt; neque enim omnia argumenta a S. P. proponuntur; sed ad normam ab Ipso datam formanda sunt, in quo tamen *brevitas* etiam commendanda. (3)

Ad versionem vernaculam recte peragendam, omittantur omittenda; verba B. P. N. ab aliis distinguantur; pauca addantur et brevia.

Haec sunt quae de isto Rae Vae consilio animadvertenda habeo. Ceterum studium istud Rae Vae iuvandi Nostros, Fratres praesertim, valde laudo; meque SS. SS. enixe commendo.

Austr. Gal., 147.

CXLIV.

Ad R. P. Iosephum Perkowski (1), Superiorem.

Lwów.

1. *Laetatur de Encyclica ab Exc.mo Archiepiscopo Ruthenorum Leopoliensi promulgata, circa Romanae Sedis primatum.* — 2. *Item de* Brevi, *quod Gregorius Pp. XVI eidem Metropolitae scripsit.* — 3. *De auxilio fidelibus ritus orientalis praestando.*

Romae, 28 Iulii 1841.

1. — Cohibere me non possum, quin gratissimos animi sensus cum Ra Va communicem, quos ab ipsa communicari desidero cum Exc. D. Archiepiscopo Metropolita Ruthenorum (2).

Laetatur de Encyclica ab Exc.mo Archiepiscopo Ruthenorum Leopoliensi promulgata, circa Romanae Sedis primatum.

Ipse SS. Dominus dedit mihi legendam praeclaram istius Praesulis Encyclicam d. 10 Martii anni currentis, in qua tam bene, tam opportune, Romanae Sedis Primatum ex ipsis Graecorum Liturgicis Libris vindicavit (3). Incredibile dictu est, quanto solacio perfuderit SS. Pontificis animum; neque ego, quantum sentiam venerationis et amoris erga tam egregium sanctae unitatis [defensorem], verbis exprimere possum. Ra Va

(3) Haec de *Exercitiorum* sensu, intellectu, versione, usu, conferri possunt cum monitionibus P. Roothaan de eodem argumento, quas alias legimus, v. g. in epist. ad P. Jennesseaux supra citata (Cf. epist. XLVII). Mentem vero suam de *Exercitiis* plane patefecit P. Roothaan in Litteris suis Encyclicis ad PP. et FF. S. I. *de Spiritualium Exercitiorum S. P. N. studio et usu,* datis 27 Decembris 1834 (*Epist. PP. Gen.*, t. II. pp. 365-384).

(1) P. Iosephus Perkowski, *Galic. Austr.* (1781-1796-1857) operarius fuit apostolicus, libros libellosque scripsit, i. a. ad cultum SS.mi Cordis promovendum [Cf. Sommervogel, t. 6., col 542-543. De eodem quoque vide supra, epist. CXXVII, not. 1].

(2) Archiepiscopus ille Metropolita erat Excmus DD. Michaël Lewicki, qui postea Cardinalis factus est.

(3) Encyclica, de qua agitur, incipit: « Primatum Ecclesiae Catholicae » et data est Leopoli die 10 Martii 1841. Constat 27 paginis in-12.

meis etiam verbis eximio Praesuli gratuletur, de quo praeterea multa praeclarissime facta ex Exc. D. Nuntio Viennensi, qui hoc ipso tempore Romae versatur, accepi maxima voluptate, in his praesertim calamitosis Ecclesiae temporibus.

Item de *Brevi*, quod Gregorius Pp. XVI eidem Metropolitae scripsit.

2. — Audivi etiam Breve honorificentissimum ad eundem Exc. D. Metropolitam fuisse hac occasione expeditum; quod, si Excmus publici iuris faceret, Romae gratissimum fore intellexi. Illud nondum vidi, sed audivi esse pulcherrimum (4).

De auxilio fidelibus ritus orientalis praestando.

3. — Etiam gratias agat meo nomine Excmo Metropolitae de facultate data duobus Noviciis nostris. Alibi, praesertim in Syria et ad Montem Libanum, Patres nostri, quod possunt praestant auxilii spiritualis fidelibus ritus orientalis, Graecis, Maronitis, Syriis; isthic in Galicia etiam a vobis praestari pro opportunitate, non dubito.

SS. SS. me commendo

Austr. Gal., 160.

CXLV.

Ad R. P. Ioannem Nepomucenum Stoeger (1),

Linz.

1. *Gaudens gratulatur illi restitutam sanitatem.* — 2. *Laus Patris Buczynski.* — 3. *Reprehenditur quidam Pater ob vanitatem et nugacitatem in comitando Episcopo.* — 4. *De P. Candon missiones expostulante.*

Roma, 15 Decembris 1841.

Gaudens gratulatur illi restitutam sanitatem.

1. — Quantum dolui de Rae Vae casu, tantum mihi solacio est, quod iam bene tandem restituta Lincium redierit. *Dominus mortificat et vivificat.* Ipsi *semper et ubique gratias!*

(4) Breve illud incipit: « Perlatum ad Nos est exemplum Epistolae Pastoralis ».

(1) P. Joannes Nepomucenus Stoeger, *Austr. Hung.* (1792-1822-1880), sacerdos ingressus erat Societatem. Cf. de illo, supra, epist. CXXX et CXL. Idem Rector fuit Collegiorum Tarnopol. et Linciensis, Conv. Theresiani Œnipontani, Coll. *de Anima* Romani, etc. Obiit in residentia Viennensi. Interea magnus verbi praeco fuit et scriptor assiduus, cuius opera enumerat Sommervogel, t. VII, col. 1581-1594. Inter libros illos pietatis, eruditionis, historiae, sufficiat memorare: *Historiographi Societatis Iesu, ab origine ad nostra usque tempora.* Monasterii, 1851, in-8, pp. 138; et *Scriptores Provinciae Austriacae S. I...* Viennae, 1856, in-8, pp. 414. Idem biographiam scripsit Archiducis Maximiliani, de quo infra.

(2) Linciensis domus origines sic narrat Kock, col. 1186: « Maximilian, Erzherzog von Œsterreich-Este (1782-1863), grosser Freund und Wohltäter der österreich. Provinz der G. J. schenkte 1837 den österreich. Jesuiten seinen Sommersitz am Freinberg zu Linz a. D., wo diese eine Studienanstalt... errichteten ». De illa insuper iam diximus supra. (Cf. epist. CXL, not. 2).

2. — Hasce meas deferet P. Buczynski, (3), quo meliorem Procuratorem, fideliorem simul et prudentiorem aut magis discretum, non existimo ab ulla Provincia missum fuisse aut mitti potuisse.

Laus P. Buczynski.

3. — Quaerenti mihi de P. Jann, (4) de quo pridem querelas audiveram, innotuerunt quaedam particularia, quae nullo modo ferenda sunt. Illene, apud Episcopum gratiosus, hunc in visitatione Dioeceseos comitatur, *bischöflicher Hof-Narr* audiens apud populum? Itane consulitur honori Societatis? quin etiam Episcopi? quem si vir apostolicus ex Nostris in visitatione comitaretur, esset sane operae pretium; sed ad iocandum et nugandum! Quae deinde est ista vita sacerdotis S. I.? Et quomodo huic officia data, quae in *Catal.* illi assignata video? (5) Haec Ra Va cum P. Superiore communicet, ut tanto malo remedium afferatur. — Pater autem Jann, qui sic nugas et nihil agendo vitam ducit, quo animo ad altare sacrificaturus accedat, non satis intelligo. Fateor me, si Superior immediatus essem, valde dubium haesitaturum, liceretne permittere.

Reprehenditur quidam Pater ob vanitatem et nugacitatem in comitando Episcopo.

4. — De P. Candon, (6) de cuius desiderio Americanae Missionis Ra Va ad me scripsit Iulio mense, praeclara audivi. Quidni hic Pater loco Patris J. assignetur in iis, quae ad spiritum Nostrorum excolendum pertinent? Ei Ra Va dicat, gratissimam mihi esse oblationem eius ad Missiones Germanorum (7); eandem petitionem ille, suo tempore, velim renovet.

De P. Candon missiones expostulante.

Exspectabo trimestrales bene plenas (8). Interea SS. SS. me impense commendo.

Austr. Gal., 172.

---

(3) P. Vincentius Buczynski, *Austriae* (1789-1805-1853), diu philosophiam docuit. Annis 1841 et 1842 notatur in *Catal.* ut *prof. log., metaph...* etc. Obiit *prof. theol. dogm. abbr.* in Collegio Lovaniensi. Praeter *Institutiones philosophicas* et alia quae proprio marte composuit opera, plures etiam libros ex latino vel germanico sermone in polonum vertit, inter quos: *Mensis Marianus* (germanice scriptus a R. P. Beckx); *Exercitium devotionis erga SS.mum Cor Iesu,* auctore P. Ioann. Nep. Stoeger (ad quem haec epistola). De illo eiusque operibus cf. Sommervogel, t. II, col. 329-330.

(4) P. Antonius Jann, *Austriae,* (1784-1803-1851), qui acerbe de vanitate et nugacitate hic arguitur, bonus tamen fuisse videtur religiosus; nam annos 48 in Societate perseveravit et obiit *Operarius,* huic eidem addictus domui Linciensi.

(5) In *Catalag. Prov. Austr. Gal.* 1841, haec sunt officia P. Jann: *Adhort. dom., Expl. med. et Catech. FF. Coad., Praef. Biblioth.; Scribit hist. dom.; Coll. puncta pro litt. ann.; Conf. dom. et int.; Cons. dom. ann. 2.* Anno autem 1842, fortasse ob praesentes obiurgationes P. Generalis, absunt duo tituli seu officia: *Conf. dom.* et *Cons. dom.* Verba autem germanica paulo superius relata *bischöflicher Hof-Narr* idem sonant ac latina: « Episcopalis Curiae scurra », quae sacerdotem S. I. profecto minime decent!

(6) P. Henricus Candon, *Galiciae,* (1801-1838-1869) in Coll. Linciensi adhuc 1841 vacabat philosophiae, 1842 theologiae. Videtur in provincia sua Galiciana semper vixisse.

(7) A primis generalatus sui diebus, cordi habuit P. Roothaan missiones Societatis in America sive meridionali sive septentrionali restaurare, immo et amplificare. Simul vero curabat apud Germanos, praesertim eos qui dispersi inter haereticos degebant *(Diaspora)* missiones instituere; quo in opere multum illum adiuvit clarissimus Comes Iosephus von Stolberg (Pirri, 214-215).

(8) *Formula scribendi* haec statuit, n. 7: « ... scribant ad Generalem... Rectores et Superiores domorum, et magistri noviciorum, tertio quoque mense ». (*Instit.* t. III, p. 41).

CXLVI.

Ad R. P. Iosephum Perkowski,
Superiorem

Lwów.

1. *De rebus religiosis in Russia.* — 2. *Graeco-Uniti ad ritum Latinum non sunt compellendi.* — 3. *Et rationes afferuntur tres.* — 4. *Timenda insuper astutia schismaticorum.* — 5. *Haec epistola cum omnibus NN. communicetur.*

Roma, 6 Augusti 1842.

De rebus religiosis in Russia.

1\. — Gratias ago maximas Rae Vae de missis ad me binis exemplaribus Encyclicarum Exc.mi Metropolitani (1), cum versionibus. Horum fiet bonus usus. Die 22 praesentis mensis, S. P. *allocutionem* habuit de rebus religiosis in Russia, cum *expositione ex documentis* (pag. 180 *in folio*), quae certe magnum sensum excitabunt ubique terrarum. Deo gratias!

Graeco-Uniti ad ritum Latinum non sunt compellendi.

2\. — Nuper Sanctitas Sua commendavit mihi, ut isthuc scriberem ad Nostros, ne ullo modo provocent neve promoveant in Graeco-Unitis desiderium transeundi ad ritum latinum. Fuit facta, nescio unde, huiusmodi petitio apud Sanctam Sedem; verum censuit Sancta Sedes minime id expedire:

Et rationes afferuntur tres.

3\. — *Primo,* ne clerus Graeco-Unitus offendatur. *Secundo,* ne Romanae Ecclesiae deficiat decor ille, qui ex variis ritibus in una eademque Ecclesia eidem accedit sane non exiguus. *Tertio* et maxime, ne Schismaticorum consiliis faveatur, qui scil. illud intendunt, ut vera Ecclesia in duas partes divisa censeatur, quarum altera sit mere Latina, Occidentalis, sub Pontifice Romano, altera Orientalis, Graeca, sub Imperatore Russiae!

Timenda insuper astutia schismaticorum.

4\. — Creditur etiam transitus ille ex ritu Graeco ad Latinum ab ipsis Schismaticis clam promoveri; qui sicubi postea dominatum obtineant, non omittent scilicet eos, qui sic transiissent, cogere ad ritum Graecum redire, et eo ipso ad schisma (2).

Haec epistola cum omnibus NN. communicetur.

5\. — Hanc SSmi Domini commendationem Ra Va cum Nostris communicet, non solum Leopoli habitantibus, sed etiam, per Patrem Provincialem et per Patrem Rectorem Collegii Tarnopolitani, cum ceteris in Provincia, ne quem forte species boni decipiat!

SS. SS. me impense commendo.

Austr. Gal., 204.

---

(1) Hae sunt Litterae Encyclicae, de quibus modo agebatur in epist. CXLIV.

(2) Ex hac et sequenti epistola patet, quam iniuste crimen Iesuitis missionariis illatum sit, quod omnes christianos vellent ad unitatem ritus latini compellere. Quam criminationem falsam esse demonstravit, inter alios, Crétineau-Joly, t. VI. p. 278, uno iam ante saeculo. Hodie vero vix erit ullus missionum intelligens existimator, qui assertum illud propugnare audeat.

CXLVII.

AD R. P. IOSEPHUM BROWN (1),
Rectorem.

Tarnopol.

1. *Graeco-Uniti non compellendi sunt ad ritum Latinum.* — 2. *Fumus tabaci conceditur, propter necessitatem et moderate, cuidam Scholastico.* — 3. *Id poterat ac debuit ipse Rector concedere, aut impetrare.*

Roma, 6 Augusti 1842.

1. — SS. D. N. nuper commendavit mihi, ut ad Nostros scriberem isthuc, ne ulla ratione aut provocent aut promoveant in Graeco-Unitis desiderium transeundi ad ritum Latinum; id enim multis de causis minime expedire. Harum rationum aliquas hodie etiam ad P. Perkowski Leopolim perscripsi (2). Quod ergo mihi commendatum, id hisce cum Ra Va communico, ut idem suis Patribus commendet. Graeco-Uniti non compellendi sunt ad ritum Latinum.

2. — Scripsit ad me Fr. Schol. Felsztynski (3), de sua *necessitate vera* paululum fumigandi tabaci. Si vera sunt exposita, id quod experientia sibi constare dicit, et ingenue omnem rei seriem, et experientiam testem adducit, qua in re equidem nihil video, quod non sit valde credibile, ob habitum in prima aetate contractum, — non video sane, cur hoc ei, remedii nomine, concedi non possit; praesertim, cum moderatissimum usum petat: *alternis solum diebus, et brevissime;* neque vero scandalum timendum, ubi vera necessitas id postulet. Neque enim evulsio dentium remedium est, moderatae fumigationi praeferendum: *media ad finem!* Fumus tabaci conceditur, propter necessitatem et moderate, cuidam Scholastico.

3. — Displicet enim vero, quod in huiusmodi necessitatibus recursus ad nos usque faciendus sit subditis; vel Superiorum discretio ad talia providenda sufficere deberet, aut si quid ipsis oriretur scrupulus, ipsorum caritas pro subdito afflicto recurrere ad nos non gravate deberet. Id poterat ac debuit ipse Rector concedere, aut impetrare.

SS. SS. me impense commendo.

Austr. Gal., 205.

---

(1) P. IOSEPHUS BROWN, *Galicianae* (1801-1817-1879), tunc Rector erat Coll. Tarnopol. a die 6 Ian. 1838. Idem, post Galicianae et Austriacae Provinciarum separationem, *Praep. Prov. Galic.* fuit a 1854 ad 1866 (*Synopsis*, col. 581). In *Coll. Tarnopol.* hoc anno 1842 reperimus fuisse PP. 20, mag. 9, schol. 8, coad. 15, Univ. 52.

(2) Epistolam illam modo legimus, rationes afferentem, cur Graeco-Uniti ad ritum Latinum amplectendum non deberent compelli (Cf. epist. immediate priorem).

(3) Frater Scholasticus HENRICUS FELSZTYNSKI, natus 1821, Soc. ingressus 1839, iam ab anno 1845 in catalogis nostris non apparet.

CXLVIII.

Ad R. P. Raphaëlem Markijanowicz (1), Provincialem.

Lwów.

1. *Vitio vertitur illi, quod ad P. Superiorem in Austriam miserit viros sibi inutiles, eosque solos.* — 2. *Unum saltem utpote necessarium mittat, ad rhetoricam Graecii docendam.* — 3. *Noviciatus Graeciensis totus intenditur Austriae.* — 4. *Utrimque indiscretio exprobratur.*

Roma, 10 Septembris 1842.

Vitio vertitur illi, quod ad P. Superiorem in Austriam miserit viros sibi inutiles, eosque solos.

1. — Miror indiscretionem illam, quae primum *in petendo* commissa fuerat a P. Superiore in Austria (2), ab Ra Va compensatam fuisse alia indiscretione *via facti!* Rem scribit ad me P. Pierling et modestissime quidem ille conqueritur, vel miratur potius, missos ad se, nec monitum quidem, *omnes et solos,* quos Ra Va tamquam sibi inutiles mittendos putavit, retentis *omnibus et solis,* quos Ra Va voluit. Ego, si rescripsi Rae Vae, eos quos *omnino necessarios* habebat posse utique retineri in Galicia, numquam putarem Rm Vm *sic* acturam, ut omnes caritatis mutuae considerationes posthaberet. Mihi quidem ista intolerabilia sunt, et vehementer timeo, ne sic agentes omnem Dei Benedictionem ab ista Provinciae parte avertatis, et cogemur citius ad Provinciae divisionem devenire, ut finis sit (3).

Unum saltem utpote necessarium mittat, ad rhetoricam Graecii docendam.

2. — Iam P. Pierling, resignatus patienter ad cetera, *unum* petit, sibi *omnino necessarium,* et hunc *unum saltem* ei submitti volo, Fr. Kautny (4); hoc absolute indiget pro rhetorica Nostrorum. Itaque hunc Ra Va absque tergiversatione Graecium mittat; quod si huic alterum adiungere posset ex melio-

(1) Raphaël Markijanowicz, *Galicianae* (1783-1799-1856) primus Praepositus fuit *Provinciae* anno 1838 constitutae, nomine *Austriaco-Galicianae,* Tunc vero, ut modo videbimus, P. Iacobus Pierling, qui Iesuitis in Galicia exsistentibus Praepositus erat ab anno 1831, Austricae partis Superior constitutus est.

(2) Indiscretum fuisse Patrem Pierling reputabat P. Generalis, non solum quia viros plures et capaces a Provinciali petierat, sed quia petitionem suam, re prius Romam non delata, ad Provincialem miserat.

(3) Quod Provinciali minatur P. Generalis, non multo post evenisse, ex factorum narratione apparebit. Quidam e Patribus, qui ab imperatore Alexandro I e Russia fuerant anno 1820 expulsi, in Polonia Austriaca steterunt, ibique fundamenta posuerunt futurae *Provinciae Galicianae,* apertis primum Collegiis Tarnopolensi atque Leopolensi (Lwów). Haec provincia anno 1838 vocari coepta est Austriaco-Galiciana, duosque Praepositos habuit: P. Raphaëlem Markijanowicz (a die 6 Ian. 1838) et P. Iacobum Pierling (a die 19 Nov. 1843). Iam vero a die 28 Dec. 1844, constituta est *Vice-Provincia Galiciana,* quae tandem anno 1846 ab *Provincia Austriae* separata est. Primus illius *Vice-Provinciae* atque *Procinciae Galicianae Praepositus* fuit P. Nicolaus Baworowski, a 1844 ad 1854. Primus vero *Praep. Prov. Austr.* fuit P. Iacobus Pierling, a 1846 ad 1850. (*Synopsis*, col. 571-580-581; Pirri, 246).

(4) P. Franciscus Kautny, *Galicianae,* (1810-1830-1885) studebat tunc theologiae ann. 3, in Coll. Neo-Sandecensi. Anno autem 1843 apparet, sacerdotio auctus, in eodem Collegio, *Praef. Schol. infer.* etc. — Eodem anno in Coll. Graeciensi indicatur *Prof. rhet. et ling. graec.* Scholasticus Georgius Stieber (1820-1838-1871). — P. Kautny fuit *Praep. Prov. Galic.* a 1871 ad 1877.

ribus, quos omnes Ra Va retinuit, v. g. Fr. Franzelin, aut Eschfaeller, aut Rohmann (5), gratum faceret, et plagae fere insanabili medelam ferret aliquam.

3. — Non est praetermittendum, eos qui in Tirocinium Graeciense (6) fuerunt admissi, admissos proprie fuisse pro illa Provinciae parte; pro hac enim, non pro Galicia, ille Noviciatus apertus fuit ex intentione S. M. Imperatoris Francisci (7). Noviciatus Graeciensis totus intenditur Austriae.

4. — Quod primum Patri Pierling, propter indiscretam petitionem, scripseram, id nunc ad Ram Vam scribere cogor: *diliges proximum tuum, sicut te ipsum!* Utrimque indiscretio exprobratur.

SS. SS. me commendo.

Austr. Gal., 208.

CXLIX.

AD R. P. PETRUM BECKX (1), *Wien.*

1. *Ades in Albania componendas imploratur protectio Principis Metternich. — 2. Silentium imponitur de quaestionibus Rosminianis. — 3. De « Eusebio Christiano », et aliis scriptis contra Rosminium libellis. — 4. Ipse Rosmini responsum parabat iniuriosum; quo ab utraque potestate prohibito, promittit se emendaturum.*

Roma, 11 Martii 1843.

1. — Mitto ad Ram Vam *Memoriale* de negotio nostro in *Scutari* (2). Non dubito, quin iam Viennam pervenerint, tum ad Gubernium, tum ad Nuntiaturam, reclamationes a Vice Consule Austriaco, ab Episcopo Scutarensi qui Romae est, et Ad res in Albania componendas imploratur protectio Principis Metternich.

(5) In *Catal. Prov. Austr.-Galic.* anno 1842 reperiuntur: In Coll. Neo-Sandecensi, *Audit. theol.* ann. 1, Schol. IOSEPHUS ESCHGFELLER *(sic);* in Coll. Tarnopol., submin. *Audit. phil.*, *Prof. ling. graec. et hebr.*, etc, Schol. IOANNES BAPTISTA FRANZELIN; in eodem, *Repetit. et praef. cubic. in convictu*, Schol. THEODORUS ROHMANN. Ex iis tribus primus adhuc annis 1843-1844 in *Catal. Austr. Galic.* indicatur *stud. theol.* in Coll. Neo-Sandecensi; secundus in Leopolensi Convictu Nobilium *doc. gram.* 1843, *doc. ling. germ. et graec.* 1844, tertius denique in eodem Convictu annis 1843 et 1844 similiter *doc. gram.* Sed post separationem Provinciarum, iam in *Catal.* 1847 Austriae applicantur tres illi: P. Iosephus Eschfäller *(sic) agit tert. prob.* in domo probat. Graeciensi; Schol. Ioannes Baptista Franzelin studet Romae; Schol. Theodorus Rohmann *stud. theol. ann. 3* in Collegio Œnipontano. Solus ergo ille Franciscus Kautny, qui *omnino necessarius* in Austria videbatur, remansit in Galicia! Omnes vero norunt clarissimum Patrem I. B. Franzelin creatum postea fuisse S. R. E. Cardinalem a Pio IX, 3 Apr. 1876. (Cf. KOCH, col. 601).

(6) Graeciensis noviciatus institutus erat anno 1829 et ad annum usque 1848 floruit. Ipse Franzelin ibi vitae religiosae initia fecit, ut diximus.

(7) Franciscus Imperator Germaniae II, Austriae vero postea I, iamdiu a throno recesserat et a vita (1835). Regnante autem illo potuerat Societas domus plures in Austria restaurare, inter quas Graeciensis exstitit noviciatus, favente etiam Ec.mo DD. Archiepiscopo Zängerle, ut diximus (Cf. ep. CXXVII, not. 2 et 4).

(1) De R. P. BECKX, cf. supra, not. 1 ad epist. CXXXI.

(2) Postulante S. Congregatione de Prop. Fide, anno 1841 mandaverat P. Generalis in Albaniam tres Patres (quorum duo mox regressi sunt, misso qui eorum locum teneret quarto quodam) eosque Episcopi Scodrensis (nam ita, ex nomine latino Scodra, vocatur stylo Curiae in Annuario Pontificio illa sedes nunc archiepiscopalis) benevolentiae commendaverat. (PIRRI, 222). Item, cf. *Breve storia della Prov. Ven. d. C. d. G.* Venezia, 1914, pp. 156-159.

a Congr. de Prop. Fide. Mitto istas notitias, ut Ra Va, si possit, agat tum cum Exc. Nuntio, tum immediate vel mediate per D. Pilat (3) cum Principe Metternich, quo *protectio* efficax tribuatur, non Nostris solum, sed Catholicis in genere, quorum causa agitur. Intelliget Ra Va, quam grave sit negotium. *Ad M. D. G.* agat, quam poterit, efficacissime.

Silentium imponitur de quaestionibus Rosminianis.

2. — Hisce adiunctum videt Ra Va *praeceptum* silentii (quantum ad publicandos vel spargendos libros vel scripta) circa quaestiones theologicas Rosminianas (4). Nostri, si ut canes fideles Ecclesiae et S. Sedis latrandum sibi esse existimarunt, — Domino imperante, non minus obedientes quam fideles, tacebunt.

De « Eusebio Christiano », et aliis scriptis contra Rosminium libellis.

3. — Mihi quidem magno solacio est, quod nec studio partium, quod sciam, moti fuerint Nostri ad scribendum, nec caritati defuerint in scribendo; et videbatur non inutile istas quaestiones tractare, his praesertim temporibus, cum studia theologica passim adeo superficialia sint, in illis maxime materiis, de quibus agebatur. — De *Eusebio Christiano* non loquor (5), qui non est noster; talis qualis est, numquam prodiisset, si noster esset. Ceterum pro asperitate sua ille centies tantum accepit. Nec fere minus aspere tractati, qui scripserant moderatissime.

Ipse Rosmini responsum parabat iniuriosum; quo ab utraque potestate prohibito, promittit se emendaturum.

4. — D. R(osmini) modo Mediolani typis edendum curabat opusculum suum, in quo de I(esuitis) multa iniuriosa, — quod *ipsorum pestifera educatio Revolutionem gallicam procreavit;* — quod *identidem ipsorum opera inducti Pontifices sententias scriptorum catholicorum condemnarint.* — Iam istud opusculum erat praelo subiectum, quando prohibitio supervenit ab utraque potestate. Dicitur nunc se promptum exhibere ad corrigenda quae improbentur, modo ne prohibeatur impressio. Videbimus. Sed ista certe, et partim studium redolent, et caritatem ac iustitiam etiam laedunt. *Oremus!*

Ceterum, satis de his! — Si cui in istis partibus *praeceptum,* quod mitto, necessarium vel opportunum videatur, illud Ra Va cum istis Nostris communicet velim.

SS. SS. me impense commendo.

Austr. Gal., 237.

---

(3) Erat ille secretarius particularis Principis Metternich et cum P. Roothaan commercium epistolarum frequens habuit. Vide etiam supra, epist. CXXXI.

(4) De litibus circa Rosminianam doctrinam ortis, iam alibi diximus (Cf. supra, epist. XXXVI). De praecepto silentii hic memorato dicit Pirri (p. 297): « Il giorno stesso che Mgr Brunelli, Segretario della Congregazione cardinalizia, deputata ad esaminare l'affare, partecipò a lui (Roothaan), come al Rosmini, la decisione della S. Sede, il P. Roothaan la comunicò a tutti i Superiori della Compagnia, con l'ordine di osservarla scrupolosamente sotto precetto di ubbidienza ».

(5) Prodierat in Etruria, anno 1841, libellus anonymus contra Rosminium, sub titulo: *Alcune affermazioni del Signor Antonio Rosmini, con un saggio di riflessioni, scritte da Eusebio Cristiano.* Hoc Iesuitarum opus esse dictum est ab ipso Rosmini pluribusque eius fautoribus. Quodnam fundamentum habere potuerit crimen, quid falsi retineat et iniusti, quomodo etiam potuerit eius noxam a Societate repellere P. Roothaan, optime exponit Pirri, pp. 295-296. Videri etiam potest Bozzetti, S. I.: *Rosmini e il P. Roothaan.* - Domodossola, 1930.

CL.

Ad R. P. Petrum Beckx,

Wien.

1. *P. Assistens Landes defunctus est.* — 2. *Grammatica P. Alvari adhuc temporum et locorum circumstantiis aptari potest et aptabitur.* — 3. *Episcopus Eichstettensis Societatem apud regem Bavariae tuetur.*

Roma, 10 Februarii 1844.

1. — Accepi Rae Vae cariss. d. 26 Ian., tum ad me, tum ad optimae sanctaeque memoriae P. Assistentem Landes. Hic quidem *R. in P.* (1)!

P. Assistens Landes defunctus est.

2. — De Alvaro, qui valde mihi cordi est, retinendo, ego bene spero (2). Quod obiicitur de scientia, ut aiunt, linguistica, quae tanto fecit progressus post suppressionem Societatis: hi progressus in aliarum linguarum studio vere ne certo facti sunt; at in lingua latina, quae nostra *materna* est, quia Ecclesiae Romanae Matris, tantum abest ut progressus factus esse dici possit, ut plane conciderit potius, neglecta post Societatis suppressionem, quando etiam in regionibus Catholicis vernacula lingua tradi omnes scientiae, etiam Philosophiae ac Theologiae coeperunt. Et hoc fuit artificium inimici, quod iam et in Hispania promovetur (3). — Ceterum, Alvarus, servata substantia, qua nihil melius, hoc ipso anno, spero, temporum et circumstantiarum in Regno Lombardo-Veneto necessitatibus ita accommodabitur, ut rationabiliter opponi iam possit nihil. Spero itaque (4). Mitto apographum testimonii nuper emissi a Magistratu Veronensi.

Grammatica P. Alvari adhuc temporem et locorum circumstantiis aptari potest et aptabitur.

---

(1) Defunctus paucis ante diebus erat (25 Ian. 1844) Assistens ille Germaniae P. Aloisius Landes (1767-1787-1844), qui apostolus Germanorum in Russia degentium, posteaque Provincialis Russiae fuerat (1808-1814). Idem exsules e Russia Patres in Poloniam Austriacam duxit, ubi fundamenta iecit *Provinciae Galiciae* (Pirri, 118, 161).

(2) Ingens sibi nomen fecit P. Emmanuel Alvarez, *Lusitanus* (1526-1546-1582), per grammaticam linguae latinae, quam scripserat anno 1572, quamque in usum Societatis scholarum addixit *Ratio studiorum.* Editionis *principis* titulus erat: *Emmanuelis Alvari e Societate Iesu de institutione grammatica libri tres.* Olisipone, M. D. LXXII. Tria fere secula liber ille primatum in scholis tenuit; in linguas fere omnes versus est, habuitque editiones ultra 400. De illo eiusque auctore vide Sommervogel, t. I., col 223-249; Koch, col. 54.

(3) Ad eundem P. Beckx de eodem argumento scribebat P. Roothaan paulo post (19 Apr. 1845): « Nous ne savons que trop, par expérience, que les nouvelles méthodes introduites ne servent qu'à perdre la connaissance du latin. Les jeunes gens qui viennent d'autres classes, soit à la Compagnie, soit à nos classes, se trouvent toujours extrêmement en arrière. Ceux qui viennent des humanités, de la rhétorique, ne savent pas même ce qu'en savent les grammairiens de nos classes ». (*Gal.* II, p. 70).

(4) De eodem argumento, 19 Apr. 1845: « Le nom d'*Alvarus* déplaît à raison de préjugés? Eh bien! le nom n'y fait rien. Aussi la grammaire qu'on vient d'imprimer à Vérone pour nos classes ne porte pas ce nom, et est accommodée aux

Episcopus Eichstettensis Societatem apud regem Bavariae tuetur.

3. — Iam noverit Ra Va supplicem libellum Regi Bavariae porrectum fuisse a Rmo Eichstettensi. Valde bene mihi videtur scriptus, exspectatur regium responsum (5). Oremus!

Ser.mae mea humillima obsequia (6). SS. SS. me impense commendo.

Gal. II, 10.

CLI.

Ad R. P. Iacobum Pierling, Provincialem.

Innsbruck.

1. *Parlatorii usus nunc irrepens contra morem Societatis est.* — 2. *Ideo, non ampliandus, immo et tollendus est, si possit.* — 3. *Ne magistri pueros in cubicula sua admittant.* — 4. *Rectori leniori subveniat Provincialis, ne benignitas in mollitiem vergat.* — 5. *Improbantur modernae philosophiae themata in academia tractata.* — 6. *De neo-sacerdote domum adire permittendo.*

Roma, 13 Iunii 1845.

Acceperit Ra Va litteras meas die 1 huius mensis datas, quibus de legato pio respondi. Iam aliqua ad alteras litteras Rae Vae diei 24 Maii.

Parlatorii usus nunc irrepens contra morem Societatis est.

1. — *Parlatorium* putat Ra Va adhibitis cautelis servari posse. Nobis vero interea relatum est, non solum in Graeciense sed etiam Oenipontanum Coll. eundem usum introductum esse, ita quidem ut et in Gymnasio et in Coll. cubiculum pro recipiendis non solum viris, sed etiam feminis destinatum sit. In utroque cautelae quidem adhibentur, ita ut locus patens dici possit; interea tamen omnes Superiores sibi persuadeant, hunc morem nunquam in Societate probatum esse neque nunc pro-

---

formes usitées dans les grammaires vulgaires... Puisque ce nom est odieux parce qu'il sent l'ancien (!) laissons-le là ; d'autant plus qu'en réalité, ce n'est plus l'*Alvarus* ancien » (*Id. ibid.*).

(5) Societatis reditum in Bavariam plures Episcopi optimatesque regni exoptabant; quorum votis ipse Ludovicus Rex Bavariae I favisse videtur. « Bei seiner Romreise 1839, hatte er (König Ludwig I) auf der Villa Malta eine vertrauliche Besprechung mit dem Jesuitengeneral Roothaan. Trotzdem schlug die Hoffnung fehl... Erst nach der Revolution 1848 konnten Jesuiten als Volksmissionare in Bayern wirken » (Koch, col. 166).

(6) « Serenissima » illa erat Ducissa Vidua de Anhalt Coethen. Haec, ut in notis ad epist. CXXXI supra datis diximus, post mortem Ducis Friderici Ferdinandi, sponsi sui, Viennam venerat, adducto secum Patre Beckx, quem a confessionibus iamdudum habebat et ad mortem usque habuit (Febr. 1848). In *Catal. Prov. Austr. Gal.* anno 1844 inscribitur P. Petrus Ioannes Beckx: *Conf. Sereniss. Duc. Viduae Anhalt-Coethen*, nec amplius.

bari (1). Ubicumque Societas in statu suo normali exsistere potest, ut in Italia, in Helvetia, etc. foeminae ad colloquendum cum Nostris non admittuntur, nisi in loco patenti (2) prope sacristiam. Sic difficile reddi eiusmodi commercium, et per se ipsa colloquia rara ac brevia fieri, non est dubium, sed hanc ipsam ob causam, ut rara et brevia sint, difficultas illa in Societate effecta et legibus cauta est.

Itaque 1°. — In domo Graeciensi omnino cautelae illae statim adhibeantur. 2°. — Principium hoc, in Societate non tolerari haec parlatoria (3), firme tenendum; et propterea in nulla domo, ubicumque erigatur aut erecta sit, convictibus tantum exceptis, ille mos introducatur. 3°. — Superiores sciant, se in conscientia obligari, ut vias et rationes excogitent, quibus iam exsistentia parlatoria tollantur, cum primum sine maioribus incommodis fieri poterit. Et certe in Coll. Oenip. non video aliam difficultatem, nisi quod saeculares offendi possent, si mos iam introductus subito tolleretur. Habitant enim Nostri eadem aedificia, quae Patres nostri; si ergo hi parlatorio carere poterant, cur nos non possemus? Non venirent ad nos tot querelae de nimis multis et longis colloquiis, si antiquae Societatis severos mores religiosius servassemus. Itaque, confidens in Rae Vae zelo, hanc ei rem enixe commendo.

Ideo, non ampliandus, immo et tollendus est, si possit.

3. — Abusui, de quo locutus sum, vicinus est alius, de quo etiam ad nos relatum est. Magistri dicuntur pueros in cubicula sua admittere, quamquam hoc in *Memoriali* (4), et sapienter quidem ac pro more Societatis, — prohibitum sit.

Ne magistri pueros in cubicula sua admittant.

4. — Rector Coll. Oenip. dicitur nimis lenis, et poenitentias publicas pro culpis publicis, etiam ubi omnino necesse videretur, nunquam iniungere. Caveat Ra Va, ne ei nimis familiaris esse videatur; id enim facile posset fiduciam subditorum minuere. Generatim autem rogo, ut plurimum attendat, ne

Rectori leniori subveniat Provincialis, ne benignitas in mollitiem vergat.

---

(1) Notat Burnichon (II, 407): « L'Institut de la Compagnie, qui a tout prévu, n'avait pas prévu les parloirs ». Idemque narrat quaestionem inde ortam *(la question des parloirs)*, iam ab anno 1840, inter P. Generalem et Provincialem Galliae, et usque ad annum 1844 protractam. Cuius solutio, ab ipso P. Roothaan enuntiata, moderationem aequitatemque redolet: nomen, scilicet, non bene audire; usum vero colloquendi cum mulieribus in loco prorsus patenti prope domus ianuam, non reprobari (*Id. ibid.*).

(2) Inter normas et regulas S. I. de colloquiis cum mulieribus, sufficiat eas afferre: « Neque patiantur Nostri feminas domum ad se venire cuiuscumque rei causa, sed audiantur in ecclesia ». (*Ord. Gen.* c. 1, n.° 18. *Institutum*, III, 311). « Extra confessionem vero, si oportebit eas (feminas) alloqui, id fiat in loco patenti ». (*Reg. Conf.* 9, ex recentioribus. *Regulae*, p. 45).

(3) Verbis illis *(haec parlatoria)* videtur P. Roothaan cellas clausas, vel minus patentes, in mente habuisse. Nam, ut merito notat Burnichon, parlatoria hodierna nostra nihil aliud sunt, nisi « locus ille patens prope sacristiam », quem ipse ad colloquendum cum mulieribus « in statu normali S. I. ». admitti dicebat,

(4) *Memoriale* dicitur scriptum illud, quo Provincialis, facta domus visitatione, ea concinnat, quae singulis incolis huius domus commendata relinquit. De quo sic *Reg. Prov.* 107 (ex recentioribus): « Postquam apud se omnia constituerit, in scriptis relinquat ea, quae Superiori et praecipuis Officialibus commendanda habet; in libro vero *Memorialium* visitationum, ea inscribat, quae omnibus commendata velit ». (*Regulae*, p. 113). De exsecutione huius Memorialis praescribitur Superioribus localibus consultatio menstrua (*Institutum*, II, 308).

educatio iuvenum nostrorum sit nimis mollis. Certe motiva, quibus incitamus eos, sint suavia; sed per ea, necesse est ut ad opera naturae ardua disponantur; nisi enim caritas Superiorum eo ducit, ut se vincere discant, non est caritas genuina.

Improbantur modernae philosophiae themata in academia tractata.

5. — Quae nobis non ab uno relata sunt de nova academia, satis ostendunt, quam fundati fuerint timores, quos nuper manifestavi. Nullum, praesertim in Germania, maius periculum, quam moderna scientia et moderna ratio studiorum (5). Rursum igitur commendo magnopere, quae scripsi. Ut necesse est, hodiernam philosophiam a Professoribus cognosci, et Scholasticos per eos circa eam edoceri, sic periculosissimum, si iuvenes illa systemata vere pertractant, et in quaestiones has modernas se effundunt. Hac de causa themata, quae in academia nova tractata sunt, minime placuere; quamquam de modo, quo tractabantur, iudicium suspendo.

De neo-sacerdote domum adire permittendo.

6. — P. S. Adiungo responsum ad D. Hauke, qui rogaverat, ut filius in civitate patria primum sacrum faceret (6). Id permittere non potui; Rae Vae tamen me committere scripsi, ut videret, an paulo post, cum socio tamen, iuvenem illum ad paternam domum mittere conveniat. Pater expensas itineris pro utroque facere paratus est.

Restat, ut me Rae Vae SS. SS. et orationibus commendem.

Gal. II., 81.

CLII.

Ad R. P. Nicolaum Baworowski (1),
Vice-Provincialem. *Lwów.*

1. *Usus linguae vernaculae in philosophia tradenda non conceditur, nec potest concedi.* — 2. *Obstant* Constitutiones *S. I. et Ecclesiae bonum ac doctrinae soliditas.* — 3. *Incommoda multa inde sequerentur, praesertim si germanica lingua adhiberetur.* — 4. *Facilior inde ad novas doctrinas aditus.* — 5. *In Polonia, privilegium concessum teneamus!* — 6. *Parentibus puerorum revocationem minitantibus, minime attendendum.* — 7. *Haec nobis cordi sunt et ab omnibus integre servanda.*

Roma, 3 Ianuarii 1846.

Usus linguae vernaculae in philoso-

1. — Quamquam minime miror, inquietum illud studium, quo nostra aetate paene omnes magis magisque contra linguae

(5) De novis in Germania doctrinis philosophicis, iis praesertim quae Hermesianae tunc dicebantur, a P. Roothaan improbatis et impugnatis, vide Pirri, pp. 279-286. Audiemus etiam, in epist. proxime sequenti, P. Roothaan explicantem, quid periculi lingua germanica afferret in philosophicam institutionem tradendam.

(6) Fr. Schol. Iosephus Hauke (*alias* Haucke), natus 1815 (*alias* 1818), Societatem ingressus 1835, studebat tunc *theol. ann. 3*, in Coll. Œnip. Videtur autem a vocatione postea defecisse.

(1) P. Nicolaus Baworowski, *Galicianae* (1796-1826-1887), praefuit primo *Vice-*

latinae usum accenduntur, etiam in ista Provincia multorum animos occupasse, hoc tamen miratus sum, quod Ra Va, ut ex eius litteris d. 15. Dec. datis mihi intelligere videor, putaverit, tam facile a nobis aliquid hac in re obtineri (2). Equidem in nonnullis cedere vel inviti interdum cogimur, sed ad tolerandum usum vulgaris linguae in philosophia tradenda nonnisi extrema necessitate inducemur.

phia tradenda non conceditur, nec potest concedi.

2. — Obstant enim ipsae Societatis Constitutiones, decreto 19. ult. Congr. gravissimis verbis redintegratae (3); obstat Ecclesiae catholicae bonum et dignitas; obstat denique ipsa doctrina philosophica, si tamen eam solidam et salutarem volumus. Non ignorat Ra Va, ab hostibus Ecclesiae usum linguae latinae oppugnatum, et ab incautis Catholicis non sine gravi incommodo desertum. Quodsi ergo nos quoque inimicis cedimus, restaurandi antiqui tam salutaris usus iam nulla spes; et tamen haec hoc ipso tempore non uno in loco iam videtur oriri.

Obstant *Constitutiones* S. I. et Ecclesiae bonum ac doctrinae soliditas.

3. — Maius autem incommodum video, si agitur de lingua germanica, quam si de ulla alia. Solida in philosophia institutio plurimum pendet a terminis probe selectis; atqui germanici termini plerique omnes vagi (4), et, quod caput est, a Protestantibus sive potius ab incredulis inventi, tam perspicuitati, quam sanitati doctrinae, experientia teste, plurimum obsunt.

Incommoda multa inde sequerentur, praesertim si germanica lingua adhiberetur.

4. — Accedit, quod tum discipuli tum magistri seducuntur ad deserendos magis ac magis, quin etiam ad fastidiendos veteres probatos, et ad lactitandos fere tantum hodiernos scriptores; quod neutris, nec magistris dico, nec discipulis, periculo vacat.

Facilior inde adnovas doctrinas aditus.

5. — Iam in ista Provincia nova et gravissima ratio ad has communes adiungenda. Petiit et obtinuit Societas privilegium docendi in scholis superioribus latine, et simul hac de causa exempta est a tradenda philologia latina. Iam vero, ut omittam notam inconstantiae, quam incurreremus, si uno in Collegio privilegio renuntiaremus, procul dubio, in aliis renuntiare cogeremur.

In Polonia, privilegium concessum teneamus!

Provinciae, sic dictae *Galiciae*, a *Provincia Austriaco-Galiciana* separatae (28 Dec. 1844); mox vero *Provincialis Galiciae* exstitit, a 21 Iunii 1846 ad 10 Oct. 1854 (*Synopsis*, col. 580-581). De eo vide etiam epist. CXLVIII.

(2) Quantum linguae latinae, eiusdemque in scholis usus studium haberet P. Roothaan, iam pluries vidimus. (Cf. v. g. epist. CL, not. 3).

(3) « Ut per omnem Societatem uniformitas servetur circa linguam adhibendam in docendis classibus superioribus, Congregatio decrevit: usum linguae latinae in scholis nostris omnino retinendum esse in docendis Logica, Metaphysica, ac Theologia. Quoniam autem in quibusdam Provinciis mos invaluit, neque sine magno scholarum nostrarum detrimento tolli posse videtur, ut Physica et Mathesis doceantur lingua vernacula, suum desiderium ostendit Congregatio, ut in iis etiam tradendis latinae linguae usus revocetur, id relinquens prudentiae R. Patris nostri, qui quidquid fieri possit in unaquaque Provincia considerabit » (*Institutum*, II, 480).

(4) Conferri potest id, quod supra de germanica scriptione dicebat P. Roothaan (Epist. CXXXII, not. 2).

Parentibus puerorum revocationem minitantibus, minime attendendum.

6. — Quod autem dicunt Leopoli, parentes minitari se pueros revocaturos, saepe expertus sum, Nostros hac et simili in re vanis timoribus et incerto rumore facilius moveri. Et certe non ab uno iam audivimus, illam vulgaris linguae libidinem non esse in Galicia generalem, id quod procul dubio Coll. Tarnop. satis demonstrat. Ad hoc enim inde ab initio usque in hunc diem discipuli ex variis regionibus, in quibus philosophia germanice traditur, confluunt. Exponantur, quantum fieri potest, parentibus rationes, instituantur in Convictu exercitationes aliquae, sive litterariae sive etiam philosophicae, — dissertationes dico, nonnumquam etiam academicae disputationes, — lingua germanica, ita ut haec propter latinae usum non negligatur; et nemo prudens repugnabit. Si tamen aliqui inveniantur, qui propterea pueros avocent, hoc tanti facere non debemus, ut ideo bonum tam grave in tota Provincia exponamus. Insistamus Instituto, tueamur usus Ecclesiae, quaeramus institutionem iuventutis vere bonam, et Deus nobis benedicet.

Haec nobis cordi sunt et ab omnibus integre servanda.

7. — Haec paulo fusius, ut videat Ra Va, quantum ea res nobis cordi sit, et ut impellatur, hunc latinae linguae usum generatim diligenter promovere. Estne verum, socium Rae Vae ad haec pergere, integrae exsecutioni ordinationum Visitatoris et Provincialis obsistere?

Restat, ut huius anni initio Rae Vae cunctisque eius sociis largissimam Dei benedictionem exoptem, me similiter eius SS. SS. et orationibus valde commendans.

Gal. II, 99.

CLIII.

Ad R. P. Petrum Beckx,

Wien.

1. *Veronae non permittimur philosophiam docere. Attamen «Austriaci» dicimur!* — 2. *De Crétineau Joly eiusque Historia S. I.: aliqua reprehenduntur, alia aliqua laudantur.* — 3. *Societas calumniis assueta.*

Roma, 26 Iunii 1847.

Veronae non permittimur philosophiam docere. Attamen «Austriaci» dicimur!

1. — *Paucis,* ob defectum temporis, ad carissimas Rae Vae d. d. 11 huius. *Gratias,* de notitiis et *spebus.* Interea, de philosophia Veronensi, advenit solemne *non!* Et Gioberti nos et

Austriacos esse dicit ([1]), et Russos! Meliora speremus; sed spes est de *futuro* utique natura sua, non de praesenti.

2. — *Crétineau.* — Si non possum non dolere, et timere ab ista publicatione, tamen fateor minus esse male, quam timueram ([2]). Ministri utique figuram faciunt *pessimam;* sed de *Clemente XIV,* Deo sint laudes! ex ipso isto libro constat: 1° *non* praecessisse *promissionem,* quae simoniaca labe electionem Pontificis infecisse potuisset. — 2° *non* fuisse Papam *philosophum,* ut iactabant impii. — Sunt alia in isto opere reprehendenda, et quae utique Iesuitis attribuentur, quantumvis *invitis,* et insciis. — Sed, in hoc positi sumus!

De Crétineau-Joly eiusque Historia S. I.: aliqua reprehenduntur, alia aliqua laudantur.

3. — Iesuitae procurarunt Templariorum abolitionem, ut eorum divitias obtinerent! Sic libelli *doctorum* ([3]), sic folia publica!

Societas calumniis assueta.

Serenissimae mea humillima obsequia ([4]).

Ra Va sit bono animo: *Delectare in Dno! — A la guerre, comme à la guerre!* ([5]).

SS. SS. me enixe commendo.

Austr., 19.

CLIV.

Ad R. P. PETRUM BECKX,

Wien.

1. ***De pecunia, quam nuper defuncta Ducissa de Anhalt-Coethen dono dedit, ipse disponere potest. — 2. De residentia Coethensi et de Patribus inde profecturis. — 3. Vocatur P. Beckx Romam ad colloquendum. — 4. De Austria nihil sperandum, saltem ad tempus.***

Roma, 19 Februarii 1848.

Respondo ad carissimas Rae Vae, d. 4 huius mensis.

1. — Quod attinet ad donationem inter vivos factam a Serenissima defuncta, ([1]) — quam donationem voluit ipsa ut

De pecunia, quam nuper defuncta Du-

([1]) Dum Austriacum gubernium Societati eiusque operibus impedimenta non pauca afferebat, dictitabant hostes Iesuitarum, in Italia « irredempta », eos esse Austriae fautores. Collegium Veronense, anno 1848, constabat PP. 6; Magistris (Schol.) 6; FF. Coad. 4; Univ. 16. Non ultra rhethoricam in eo docebatur et addictum erat *Prov. Venetae* 1846 erectae. Tota vero regio illa ditioni Austriacae subdebatur.

([2]) De libro quem CRÉTINEAU-JOLY recens ediderat, iam egimus, dum litteras Patris Roothaan ad Assistentiam Galliae referebamus (Cf. supra, epist. XL et XLVIII).

([3]) Crassam illam stupidamque calumniam protulisse *doctum* Crétineau-Joly non innuit P. Roothaan, neque credidit. Hanc autem citat in exemplum stultitiae malevolae.

([4]) De illa « Serenissima », vide epist. CL, not. 6.

([5]) Proverbium illud in Gallia notissimum, significat mentem esse rebus etiam asperis accommodandam.

([1]) Paucis ante diebus defuncta erat piissima illa Ducissa Vidua de ANHALT-

cissa de Anhalt-Coethen dono dedit, ipse disponere potest.

acceptarem, et acceptavi utique, — libentissime *Rae Vae facultatem tribuo, et amplam potestatem, libere disponendi* de illis rebus, quas in Domino putabit donandas consanguineis et amicis (2). Certe ea, quae Ra Va in suis litteris commemorat, mihi videntur omnino rationabilissima. Disponat ergo *libere*, et absque ullo scrupulo.

De residentia Coethensi et de Patribus inde profecturis.

2. — Esse debet etiam aliqua pictura, quam Ser.ma destinarat pro Residentia Coethensi (3). Haec certe illuc mittenda, si spes est fore ut illa Residentia porro subsistat. Sin minus, eo foret destinanda, quo Coethenses Patres in Germaniae parte illa se transferrent. Aliquid huiusmodi migrationis, *casu quo*, proposuit nobis P. Devis; (4) de quo tamen ego hinc nihil possum determinare. Et hoc etiam punctum Rae Vae considerationi lubens permitto.

Vocatur P. Beckx Romam ad colloquendum.

3. — Putarem et ego bonum fore, immo optimum et necessarium, ut Ra Va ad nos veniat, ut coram de variis rebus et de futura etiam Rae Vae destinatione agamus. (5) Viennae ut saltem ad tempus aliquot subsistat, opportunum sane aut etiam necessarium duco. Sed de his itaque *coram*, et *os ad os* loquemur. —

De Austria nihil sperandum, saltem ad tempus.

4. — Video quidem, ut nunc sunt res, nihil Viennae sperandum, quando etiam prohibentur *exsules* nostri *asylo* uti, quod ab Archiduce tam benigne fuerat oblatum! (6) Fortasse timor est, ne videatur comprobari absurda fabula de pacto inito inter Austriam et Iesuitas? — Profecto a pluribus annis

---

Coethen, cui P. Beckx a confessionibus erat (Cf. supra, epist. CXXXI, not. 1; et epist. CL, not. 6).

(2) Ex humili ac paupere familia oriundus erat P. Beckx. Putamus tamen hic non de *eius* consanguineis et amicis (cum consanguineam unicam sororem haberet) sed potius de ipsius defunctae propinquis, cum prolem non habuisset ducale coniugium.

(3) Postquam Dux eiusque coniux, anno 1824, Parisiis Catholicam fidem amplexi sunt, conversionem suam publice professi ad principatum suum redierunt (1826), voluerunt que Patres S. I. secum adducere. Hinc orta est ea, quam P. Roothaan hic memorat, *residentia Coethensis*, ubi ipse P. Beckx usque ad Ducis obitum stetit (1830), inde postea cum Vidua Ducissa Viennam petiturus. — Coethense nomen prae ceteris operariis illustravit P. Ioannes Baptista Devis (de quo infra), librum edens vulgo dictum *Koethener Gebetbuch, (Gebet und Erbauungsbuch für katholische Kristen...* mit Genehminung der Apostolischen Nuntiatur zu München), de quo Sommervogel, t. III, col. 24-25.

(4) P. Ioannes Baptista Devis, *Belgicae*, (1796-1819-1884) amicus et socius fuit P. Beckx a teneris annis. Ambo in Seminario Mechliniensi sacerdotio aucti sunt 6 Martii 1819, ambo Societatem ingressi 29 Oct. eiusdem anni; ambo 1826 Ducem et protectorem Fridericum Ferdinandum secuti, ut illi eiusque catholicis subditis curam darent. Residentia Coethensis, de qua sollicitus apparet hic P. Roothaan, etiam mortuis piis Ducibus substitit utique, anno vero 1848 tumultu civili dispersi sunt Patres. Recessit P. Devis prope Dortmund et deinceps fere ad mortem usque suam, quam Truncinii [Tronchiennes], in Belgio, 29 Dec. 1884 obiit, in Germania laboravit (Cf. Koch, col. 420-421).

(5) Anno 1849 stetit P. Beckx Bruxellis, ut *Archiv.* et *Cons. Prov.;* anno 1850 *Socius* fuit *Prov.;* anno 1851, *Rector Coll. Lovaniensis.* Mox vero (1852) *Praepositus* est *Prov. Austr. Hung.* nascenti, ac tandem 1853 in successorem R. P. Roothaan electus est, Societatem annos 30 gubernaturus. (Koch, 170-172).

(6) De Archiduce Maximiliano, vide supra, epist. CXL, not. 2).

minime tractamur amice. *Patience!* — et *spes in Deo.* — Exspecto Rm Vm, quam primum poterit commode venire.

Interea SS. SS. me enixe commendo.

Austr., 30.

CLV.

AD R. P. VINCENTIUM BUCZYNSKI (1),

Louvain.

1. *In libro P. Gury quaedam sunt reprehendenda.* — 2. *Probabilismus et Probabiliorismus vocabula sunt ambigua.* — 3. *Erga S. Alphonsum reverentia semper servetur.* — 4. *De Austriaco gubernio nihil sperandum.* — 5. *Haec cum R. P. Beckx communicentur.*

Roma, 23 Novembris 1850.

Accepi Rae Vae epistolam d. 16 Sept., deque ea gratias ago.

In libro P. Gury quaedam sunt reprehendenda.

1. — Censuram *Compendii Theologiae moralis* P. Gury hic examinandam dedi, et existimatum est, esse quaedam merito reprehensa, censuram tamen Rae Vae in quibusdam etiam exaggeratam esse (2). Misi dein eamdem censuram Lugdunum, et responsum accepi, quaedam ex notatis in illa fuisse etiam a revisoribus ante impressionem operis animadversa et correcta. Fortasse iam Ra Va typis editum opus acceperit? Gratam rem faciet, si quae in illa editione reprehendenda invenerit, nobiscum communicet.

Probabilismus et Probabiliorismus vocabula sunt ambigua.

2. — Quod ad systema attinet S. Alphonsi, fateor mihi visum fuisse Sanctum non semper sibi constare in applicatione principii: *Lex dubia non obligat.* Ceterum ego *probabilismi* et *probabiliorismi* nomen ipsum evitandum censerem, quod ista nomina vario sensu a variis accipiantur, multamque praebent materiam declamationibus. Re autem vera, qui probabilioristas se protestantur, interdum in particularibus quaestionibus inveniuntur benigniores quam quidam probabilistae, et vice versa. Multa enim pendent a modo quo quisque rem considerat, et decisio fit non raro magis *subiectiva,* quam *obiectiva* (3).

---

(1) De P. VINCENTIO BUCZYNSKI, vide epist. CXLV. Degebat tunc Lovanii ut *Lect. theol. dogm. abbrev.*

(2) DE P. IOAN. PETRO GURY eiusque *Compendio theologiae moralis* notissimo, iam egimus in commentariis de litteris ad Assistentiam Galliae pertinentibus. Ubi etiam videre est reverentiam P. Roothaan erga S. Alphonsum Ligorium. Cf. praeterea BURNICHON, III, 234-237.

(3) Iam anno 1687, Congregatio Generalis XIII haec decreverat : « Cum relatum fuisset ad Congregationem, aliquos in ea esse persuasione, quod Societas commu-

Erga S. Alphonsum reverentia semper servetur.

3. — Ceterum vehementer improbandum, si quis leviter de Sancto tam bene de Theologia morali merito loquatur; et profecto, nonnisi *multa cum reverentia,* ab aliqua eius sententia recedere licet, idque tum rationibus *non levibus* expositis.

De Austriaco gubernio nihil sperandum.

4. — Quod ad Austriam pertinet, credat mihi Ra Va, ibi cum Gubernio nunc temporis nihil agi posse, nihil publicae manifestationis in favorem Societatis sperandum. (4) - *Deus* et *dies!...* interea PP. ibi pergunt bene mereri de Deo et de animabus.

Haec cum R. P. Beckx communicentur.

5. — Pater autem Beckx A.M.D.G. Lovanii operam praestat utilissimam, necessariam (5). Huic Patri etiam Ra Va sensa sua de irreverentia erga S. Alphonsum aperiat, ut et ipse huic malo remedium afferat: *Principiis obsta!*

Austr. 38.

CLVI.

Ad R. P. Carolum Antoniewicz, (1)

Kraków.

1. *A Cracovia nequit nunc avocari,quia civibus desolatis animos addit.* — 2. *Exemplum sequatur Patris Skarga; a rebus politicis abstineat; subditis oboedientiam praedicet et fiduciam in Deo.* — 3. *Poloni enim iram Dei provocarunt.* — 4. *Fructus animarum reportans, humilis maneat!*

Roma, 24 Decembris 1850.

A Cracovia nequit nunc avocari, quia civibus desolatis animos addit.

1. — Licet desiderium nostrum fuerit, ut Ra Va in Galliam ad aliquod tempus se reciperet, ubi et tertiam probationem compleret, et utilissimam etiam navaret operam, Parisiis

nibus quasi studiis tuendam sibi sumpsisset eorum Doctorum sententiam, qui censent: in agendo licitum esse sequi opinionem minus probabilem faventem libertati, relicta probabiliore stante pro praecepto; declarandum censuit Congregatio: Societatem nec prohibuisse, nec prohibere, quominus contrariam sententiam tueri possent, quibus ea magis probaretur » (*Institutum,* II 409, n. 18).

(4) Rationem agendi, quam Austriacum gubernium erga Societatem temporibus illis servaverit, iam diximus. Eandem argute exponit paucis verbis Crétineau-Joly, t. VI, pp. 60-61.

(5) Ineunte anno scholastico 1850-1851, P. Beckx designatus erat *Rector Collegii Lovaniensis.*

(1) P. Carolus de Boloz Antoniewicz, *Galicianae* (1807-1839-1852), vir prorsus singularis, natus erat e matre piissima, quae in viduitate sua ad moniales O. S. B. transiit. Ipse quoque matrimonio primum iunctus est et quinque filios habuit; sed mortuis illis et coniuge similiter, Societatem ingressus est, annos natus 32. In ea missionarius eximius fuit et verbo atque calamo strenuissime 13 annos laboravit. Libros et libellos eius, numero ac diversitate conspicuos, enumerat Sommervogel, t. I, col. 429-441. Cf. etiam de illo Koch, sub v. Antoniewicz.

praesertim, multis Polonis et Germanis; tamen postquam rescivimus, quantum boni praestaret modo desolatissimis civibus Cracoviensibus, differendum putavimus illud nostrum consilium; (2) quod quidem, spero, non aegre feret, A.M.D.G., quamvis hac ratione differenda sit Rae Vae promotio ad gradum, cuius utique tempus iam advenit. (3) Accepi nunc etiam a pluribus Dominis instantes preces, ut Ram Vam isthic relinquam, — et respondi: *fiat!*

Exemplum sequatur Patris Skarga; a rebus politicis abstineat; subditis oboedientiam praedicet et fiduciam in Deo.

2. — Spero et confido, fore ut Ra Va, tam publice, quam privatim, caute semper agat et loquatur, ut virum apostolicum decet; *Nemo militans Deo, implicat se negotiis saecularibus*, quo in genere sunt vel maxime *politica.* — Consolandi sunt utique afflicti, sed rationibus *fidei, non vanis spebus humanis.* Exemplum habes, Pater, excellentissimum Patrem Skargam, (4) cuius *apostolica* simul et prophetica praedicatio, utinam non magis laudata, quam ad salutarem fructum applicata fuisset, a plerisque Polonis! et ad illud divinum verbum: *Iustitia elevat gentem; miseros facit populos peccatum. — Quid est, Israël, quod in terra aliena es?* quod *domina* inter gentes facta sit sub *tributum?* (5) Et prophetae populo Dei, in captivitate constituto, commendabant submissionem regi Babylonis, et ut pro illius imperio Deum orarent; hoc si faceret, promittebant liberationem. Denique ad Deum, Eiusque *iustitiam* et *misericordiam* ut oculos attollerent, jugiter monebant.

Poloni enim iram Dei provocarunt.

3. — Mihi quidem historiam Poloniae contemplanti, et quae postremis hisce annis facta sunt, videntur Poloni egisse plane, ut et iram Dei provocarent magis, et patriae suae honorem prostituerent, et illud bonum, quod persequi se velle profitebantur, pravis plerumque consiliis impedirent magis semper ac magis. (6) Oh! Dei misericordiam! si quid spei, in *hac* est *sola;* et haec sincera fide et poenitentia bonisque operibus promerenda. — *Haec loquere, et exhortare in Christo Iesu Domino nostro.*

---

(2) Exstat epist. Patris Roothaan ad P. Baworoski, Provincialem Galic. (de quo supra) datam 13 Oct. eiusdem anni 1850, in qua legitur: « De P. Antoniewicz relata sunt plura, quae illius zelum in laborando et fructum a labore perceptum commendant. Gaudeo igitur bonis illis nuntiis conformem esse posteriorem relationem, quam Ra Va ad me transmittit. De illo a Cracovia amovendo non amplius cogitandum est, impraesentiarum saltem... » (*Gal.* II, p. 156).

(3) Revera, morte praeoccupatus fuit optimus P. Antoniewicz, priusquam ad gradum promoveretur. Obiit enim, dum morbi Asiatici victimis *(cholericis)* inserviebat, in oppido Posnaniae Obra, 14 Novembris 1852; memoriam relinquens missionarii eximii, non minus caritate quam scientia et pietate conspicui.

(4) De illustri Polonorum apostolo P. SKARGA iam alibi egimus (Cf. supra, epist. XLIII) diximusque quanta illum Pater Roothaan prosequeretur admiratione. Nec desunt, qui putent cum Skarga posse Patrem Antoniewicz aliquibus saltem rationibus comparari.

(5) Propheticis illis textibus, quos P. Roothaan affert, aliisque similibus uti solebat Skarga, ut suis concivibus divina flagella libertatisque patriae amissionem minitaretur. Ipse vero P. Antoniewicz mense Iulio illius anni 1850 contionem vehementissimam Cracoviae protulerat, quem historici recolunt, *de ruinis Cracoviae.*

(6) Amissam libertatem sibi iterum vindicare tumultuaria seditione non semel

Fructus animarum reportans, humilis maneat.

4. — Vale, Pater optime! Christus Iesus, *splendor et virtus Patris,* det tibi et lumen et vires, ut Divinum opus urgeas ad Eius ipsius maiorem gloriam. In bonis successibus conversionis animarum, memento exempli S. Petri, in illa piscatione prodigiosa exclamantis: *Exi a me, Domine, quia homo peccator sum.*

Gal. II., 157.

CLVII.

Ad R. P. Petrum Lange, (1)

Innsbruck.

1. *Gaudet de P. Theiner bona dispositione.* — 2. *Szathmári domum constituere non possumus, ob ignorantiam linguae hungaricae.* — 3. *Sed duo Patres ibi ad tempus manere possunt.*

Roma. 13 Decembris 1851.

Respondeo ad carissima Rae Vae litteras.

Gaudet de P. Theiner bona dispositione.

1. — Gaudeo de bona Patris Theiner dispositione; Deus benedicat, ut exspectationi nostrae respondeat (2)!

Szathmári domum constituere non possumus, ob ignorantiam linguae hungaricae.

2. — De negotio Szathmárensi, non possum non probare Rae Vae et Consultorum sententiam. Exc.mo Episcopo respondendum fieri non posse, ut domum, in qua Socii hungaricae linguae omnino gnari necessarii erunt, impraesentiarum accipiamus. Sunt autem illic tanto magis necessarii, quod concionatores debent esse prima Societatis, parum in Hungaria notae, commendatio. (3) Praeterea hodie Hungari multo ma-

tentaverant Cracovienses, praesertim mense Februario 1846. Quo repulso conatu, Austriaci rempublicam Cracoviensem sub imperii ditionem subiunxerant, iniquitatem in cassum arguentibus guberniis Angliae, Galliae aliisque pluribus (16 Nov. 1846). — Dum autem haec scribimus (30 Sept. 1939), ecce Polonia, vix ab annis viginti restituta, abscondito Dei consilio, iterum praeda facta est alienarum gentium, eam inique violenterque aggredientium. Quam iterum quoque iniquitatem non *arguentes* tantum, sed et vindicare cupientes, Angliae et Galliae exercitus ad arma proruperunt. Interea verba solacii atque spei ad victos afflictosque Polonos fecit Summus Pontifex Pius Pp. XII, in Arce Gandulphi, hoc ipso die 30 Sept. 1939. Cf. *Osservatore Romano*, 1 Oct. 1939.

(1) P. Petrus Lange, *Austriae* (1788-1804-1858); licet in Russiae Urbe tunc principe Petersburgo natus, in *Provincia S. I. Austriaca* diu vixit et in ea mortuus est. Eiusdem Provincialis Praepositus bis fuit: a die 25 Dec. 1850 ad diem 8 Sept. 1852, praedecessorem habens P. Iacobum Pierling, successorem P. Beckx; iterumque postquam P. Beckx, mortuo P. Roothaan, Praepositus Generalis electus est (1853).

(2) *Exspectationi* Patris Roothaan non *respondisse* P. Theiner, omnes norunt, teste i. a. Pirri, qui scribit: « Durante l' ultima malattia, spesso si lamentava di tale afflizione; si udiva esclamare: Ah! Theiner mi uccide! » Sed cum praesentem epistolam scriberet, nondum legere potuerat librum de Historia Summi Pontificis Clementis XIV, qui primum anno 1852 in lucem prodiit, lingua germanica concinnatus. De quaestione Theineriana iam egimus supra (Cf. epist. XLVIII et XLIX), quam etiam paucis paginis exponit Pirri, 471, 478, 482-484.

gis quam antea vernaculae linguae addicti esse videntur. — Candidati, si possent statim recipi, non tamen poterunt nisi post multos annos servire.

3. — Haec Exc.mo ut mea sententia, benignissimis tamen verbis et gratiis pro bona voluntate actis, exponi possunt. Patres vero duo, qui in illa dioecesi nunc versantur, si Episcopus desiderat, adhuc per aliquod tempus permanere eique servire poterunt. De cetero non est, quod dicam, reliqua etiam impedimenta, quae Ra Va notavit, gravis esse momenti.

Sed duo Patres ibi ad tempus manere possunt.

Deus dirigat Ram Vam in omnibus, et Nostrorum in sua vinea labores ad desideratum finem efficaces suo auxilio faciat!

Commendo me...

Austr., 43.

CLVIII.

Ad R. P. Iosephum Klinkowstroem (1),

[*Innsbruck*] (2)

1. *De fructu e missionibus in Rhenania reportato gaudeamus!* — 2. *Eo magis attendendum humilitati est.* — 3. *Ipsa enim Dei dona, sine humilitate, operariis noxia sunt.*

Roma, 20 Maii 1852.

1. — Maximo solacio nos afficiunt illa tanta bona, quae undique nuntiantur de successu sacrarum Missionum, quae ab Ra Va et sociis in tam multis iam locis habitae sunt. (3) Rae Vae et sociis ex animo gratulor de tanto fructu spirituali. Videtur autem Ra Va prae ceteris *donum Dei* accepisse copiosius; nec dubito, quin tanto magis se obligatum sentiat omnium bonorum Largitori. Novi enim optimum meum Patrem Iosephum, *non ab heri et nudius tertius.*

De fructu e missionibus in Rhenania reportato, gaudeamus!

(3) Szathmár (hodie Satu-Mare dictum), oppidum est a saeculis in Hungaria, nunc autem in Romaenia positum; ubi satis ex hac epistola apparet, maiorem civium partem etiam tunc lingua hungarica usos esse. Ceteroquin Hungari ipsi, dum locum illum lingua sua vocant *Szathmár Németi*, indicant Szathmár a *Germanis* colonis originem quondam duxisse.

(1) P. Iosephus Klinkowstroem, *Austr.-Hung.* 1813-1831-1876) cum fratre suo iuniore Maximiliano (1818-1834-1896) deputatus erat ad missiones illas, quas P. Roothaan, suadente pio Comite Stolberg, in Rhenaniam, Westphaliam, aliasque Germaniae partes instituerat. Ambo com sociis praedicaverunt; ambo postea in Austriam transierunt (1852) et primam Societatis novae domum Viennae stabilierunt (1856). Cf. de illo supra, epist. CXXX.

(2) Locus non indicatur, quo epistola haec missa fuerit. In *Catal. Prov. Austriacae* anno 1852, inscribuntur ambo PP. Klinkowstroem, p. 7, sine ulla loci mentione, praemisso tantum titulo: *Missionarii excurrentes;* cum iis, Patres alii 4 numerantur; horum vero Superior P. Krupski Œniponte vivebat.

(3) Dicit Pirri (p. 215) Patrem Roothaan ad agmen praedicatorum efformandum, germanicis missionibus destinatum, ex Australia revocasse P. Klinkowstroem. Verbum est de P. Maximiliano, qui interea Australiam ad tempus petierat, colonos emigrantes e Germania conducturus (Koch, col. 999).

Eo magis humilitati attendendum est.

2. — Soleo equidem Nostris, in huiusmodi successibus, in memoriam revocare, et ad imitandum proponere S. Petri exemplum, qui in prodigiosa illa *captione piscium,* procidit ad pedes Iesu, et exclamavit: *Exi a me, Domine. quia homo peccator sum!* (4) Atqui maius miraculum est peccatorum conversio, — tanto numero! Meminisse etiam iuvat responsi Domini ad discipulos, cum ab excursione sua reversi, gaudentes dicerent: *Domine, etiam daemonia subiciuntur nobis.* — In summa: *Humilia te in omnibus;* — praecedit enim: *quanto maior es, humilia te!* (5)

Ipsa enim Dei dona, sine humilitate, operariis noxia sunt.

3. — Sed haec dicta sint *ad abundantiam.* Spero enim et confido, fore ut in Patribus meis illa Dei sit gratia, *ut ne in donis Dei umquam se extollant.* Quae gratia dona Dei conservat; sine qua, dona illa aliis *solis* prodesse, ipsis operariis graviter noxia esse, perspicuum est.

Vale, Pater carissime! Valete, Socii optimi! — Adsit vobis porro Dominus et benedicat ad *maiorem gloriam suam!* — Commendo vos Deo *et verbo gratiae ipsius.*

Austr., 52.

(4) Eadem verba iam audivimus a P. Roothaan operario eximio P. ANTONIEWICZ recitata (supra, in epist. CLVI) ne vanitate extolleretur.

(5) Quae memoriter recitat P. Roothaan verba *Ecclesiastici* haec sunt « Quanto magnus es, humilia te in omnibus ». (*Eccli.*, III, 20).

Sectio II.

AD PATRES PROVINCIAE GERMANIAE

CLIX

Ad R. P. Georgium Staudinger, (1)
Provincialem.

Fribourg.

1. *De convictu Brigensi, debitis pecuniariis onerato, deplorat.* — 2. *Fons primus debitorum: convictores plures gratis accipiuntur.* — 3. *Fons alter: summae notabiles e Convictu ad communes Provinciae sumptus detrahuntur.* — 4. *In his rebus, attendat Provincialis regulae 83 sui officii.* — 5. *Abusus, etsi hucusque praevaluit, improbatur.*

Roma, 25 Maii 1830.

De convictu Brigensi, debitits pecuniariis onerato, deplorat.

1. — Recentissime perlatae ad nos fuere notitiae sane non optimae, de statu temporali Convictus Brigensis (2); quae, licet non dubitem, quin etiam Rae Vae in Visitatione fuerint manifestatae, eiusmodi tamen sunt, ut meam sollicitudinem vehementer excitent.

Multa milia Fr(ancorum) Gall(icorum) debentur variis personis, etiam opificibus, etiam rusticis, in Vallesia. Malum, quod et iustitiam offendit, et bonum nomen Societatis.

Mali origo duplex esse dicitur:

Fons primus debitorum: convictores plures gratis accipiuntur.

2. — *Prima est,* quod multi pueri in Convictu *gratis* sustentantur, idque non solum de victu, sed etiam de vestitu ceterisque omnibus eorum necessitatibus intelligitur. Multi praeterea eorum, qui solvere tenentur, non solvunt; et nimia bonitas Patris Rudolf (3) facit, ut neminem ad solvendum urgere velit. Sed tamen, si ita porro pergatur, fiet ut gravissime violetur *iustitia,* dum exercetur male intellecta *charitas.* Nam

(1) P. Georgius Staudinger, *Germ. Sup.* (1783-1810-1848), Praepositus fuit Provinciae, a 23. Ian. 1830, ad 19 Martii 1836. Scripsit *Annotationes de Ratione Studiorum.* Praecipua tamen eius cura fuit instructio noviciorum, quibus diu magister praefuit. Ex eius *Diario* excerpta sunt *Vitae spiritualis documenta,* Gandavi 1852 a P. Willaert edita. De illo cf. Koch, c. 1690-1691, et Sommervogel, t. VII, c. 1517.

(2) Historiam Convictus Brigensis (1814-1847) paucis verbis optime concinnat Koch, sub v. Brig (c. 263-265), qui etiam aliquos e clarioribus eius alumnis memorat, i. e. PP. Anderledy et Meschler, S. I.

(3) P. Balthasar Rudolf, *Germaniae* (1782-1810-1860) in Convictu Brigensi titulum munusque *Regentis* habebat.

charitas est benefacere de suo, non de alieno. Ut de *superfluo* utantur gratis *aliquot* pueri, qui bonae spei sint, iustum est, et ego maxime probo; sed tenendus est modus in hac re, quem modum status economicus debet definire, non sola voluntas benefaciendi pauperibus. Si vero, qui pensionem soluturos se receperunt, debent solvere, et quidem anticipate, prout iustum est, et ubique, quod sciam, observatur; et si retardant, debent moneri de solutione facienda; et, si monitio nihil iuvat, debent ipsorum pueri ad ipsos remitti. An potest Societas sui nominis iacturam facere, debitis se onerare, seque exponere ut tandem solvendo par non sit? Et haec erit bonitas et charitas? — Si P. Rudolf ipse non potest parentes urgere, sinat Procuratorem agere quae sua sunt.

Fons alter: summae notabiles e Convictu ad communes Provinciae sumptus detrahuntur.

3. — *Altera* mali origo dicitur esse, quod summae valde notabiles inde extrahantur, ex illo Convictu, pro contributione ad communes sumptus Provinciae. — Equidem intelligo, contributionem aliquam necessario exigi a singulis Domibus debere, ad communes sumptus Provinciae, et maxime in ista Provincia, ubi nec Noviciatus, nec Scholasticatus certos habent reditus. Sed in huiusmodi contributionibus exigendis magna habenda est ratio aequitatis, et praecipue status oeconomici cuiusque domus; idque vel maxime in convictibus, ubi, quae de pensionibus etiam *superflua* forent, nullo pacto considerari deberent tamquam *acquisita Societati* ad liberam dispositionem; sed, demptis sumptibus necessariis, cetera in ipsius convictus bonum, vel in pia opera extra Societatem impendendo; cum quidquid est *lucri* huiusmodi Societatis Instituto ac paupertati, quam profitetur, non conveniat.

Commendo itaque summopere Rae Vae, ut malo, de quo scribo, remedium quam promptissime et quam efficacissime adhibendum curet. Habet Ra Va Socium, qui a multis annis in rebus oeconomicis versatus est (4); illum adhibeat in huiusmodi negotiis.

In his rebus, attendat Provincialis regulae 83 sui officii.

4. — Hac occasione cum omni fiducia sensum animi mei Rae Vae aperio. Vereor, ne in ista Provincia aliquid erroneum invaluerit circa auctoritatem Praepositi Provincialis in dispositione de rebus vel reditibus Collegiorum ac Domorum, etc. Debet ille quidem invigilare administrationi Rectorum ac Superiorum; potest etiam statuere, quid cuique Domui vel Collegio, ad communes sumptus Provinciae, imponi debeat, iuxta Reg. 83 (5) sui officii; sed, *servata proportione debita,* ut ubidem dicitur, non *pro lubitu.* Res vero, vel libri, vel supellectiles, seu sacrae, seu profanae, quae Domus alicuius vel Collegii sint propria, nescio quo titulo a Provinciali umquam auferri alio possint.

---

(4) Is erat P. Ioannes Poelman, *Belgicae* (1788-1814-1866).

(5) *Reg. 83 Provincialis* hac est: « Quando contribuendum erit ad sumptus communes Provinciae, statuat ipse quid cuique collegio vel domui, servata proportione debita, imponi debeat ». (*Institutum S. I.*, III, pp. 81-82).

5. — Nuper scripsi ad Patrem Rectorem Staviacensem de modo, quo antehac temporalis administratio illius Domus et Collegii tota a Praeposito Provinciali pendebat; quod certe ego probare non possum. Vellem etiam scire, an Ra Va iam acceperit a suo Praedecessore rationes pecuniarias, quandoquidem in ista Provincia non pauca sunt in hoc genere, quae, ob circumstantias istic particulares, a Praeposito Provinciali, vel a Procuratore Provinciali administrantur. Abusus, etsi hucusque praevaluit, improbatur.

SS. SS. Rae Vae me valde commendo...

Germ., I, 12.

CLX.

Ad R. P. Fridericum Krupski, [1]
Rectorem.

Brig.

1. *Difficultatibus pecuniariis Convictus Brigensis quam primum obviandum est.* — 2. *Nimia Patris Rudolf bonitas in retinendis iuvenibus dyscolis reprehenditur.*

Roma, 5 Augusti 1830.

1. — Gratias ago Rae Vae, pro informationibus 26 Iul. datis, de statu oeconomico istius Convictus. Ex his aliquantum respiravi [2]. Video tamen, invigilandum esse serio huic rei; idque Rae Vae, tamquam Rectori, a quo etiam Convictus dependet, summopere commendo. Cautela his temporibus maiore opus est, quam umquam alias. Etenim si, quod Deus avertat, aliquid accideret, quo Convictum dissolvere cogeremini, cum nulla is bona, ne domum quidem ipsam habeat, quo creditoribus securitatem praestare possit, quanam, quaeso, ratione debita solveret? Fors creditores pro solutione ad parentes in Gallia, in Germania, etc., sparsos remittet, qui pensiones Convictui debent? — Insistendum ergo omnino, idque *fortiter*, ubi opus est, ut parentes, qui debent, solvant. Nam, si plures in hac re negligentes essent, facilitas nimia erga istos Societatem exponeret periculo committendae iniustitiae erga creditores, quae certe esset falsa et male intellecta benignitas. — Miror, non esse istic stabilitum, ut alibi passim, aut, si quidem statutum est, non observari, ut pensiones trimestres *anticipate* exigantur. Difficultatibus pecuniariis Convictus Brigensis quam primum obviandum est.

---

(1) P. Fridericus Krupski, *Austriae* (1796-1810-1867). Oriundus ex Russia, operarius fuit apostolicus, Rector Collegiorum Brigensis et Sionensis (1827-1842) atque pluries magister noviciorum. Sic non parum iuvit instaurandis et instruendis Provinciis S. I., cum Austriae tum Galiciae (Koch, col. 1045).

(2) De re pecuniaria, quam male haberet in Convictu Brigensi, iam legimus in epist. priore.

Nimia Patris Rudolf bonitas in retinendis iuvenibus dyscolis reprehenditur.

2. — Commendo etiam Rae Vae, ut ne nimium fidat bonitati optimi Patris Rudolf in alio rerum genere, scil. circa disciplinam Convictus [3]. Accidisse aliquando audio, et ex parte credo (novi enim cor maternum, potius quam paternum, Patris Rudolf), ut adolescentes corruptis moribus retenti fuerint, spe emendationis; quae spes, ut solet esse fallax, non modo fefellit, sed potius, quod timendum semper est de talibus, ipsi alios pessumdederunt, non solum corrupti scilicet, sed etiam corruptores. Ra Va debita severitate nimiam illam benignitatem temperet; et si qui corruptis moribus deprehendantur in verbis aut in factis, hos, ut pestes, amandandos omnino a Convictu curet. Hanc severitatem a nobis postulat amor universalioris boni, quod privato unius bono omnino praeferendum.

D.O.M. assistat, et benedicat Rae Vae ac suis, quos omnes in D.no amplector. SS. SS. me commendo.

Germ., I, 23.

CLXI.

Ad R. P. Petrum Beckx,

Coethen.

1. *Mortuum lamentatur piissimum principem (Ducem Fridericum Ferdinandum de Anhalt-Coethen).* — 2. *Suffragia pro defuncto facienda a PP. et FF. Societatis.* — 3. *Quid futurum sit ignorantes, Deo confidamus!* — 4. *Factam professionem gratulatur.* — 5. Te Deum *recitare, ansam praebet malignitati.*

Roma, 11 Septembris 1830.

Mortuum lamentatur piissimum principem (Ducem Fridericum Ferdinandum de Anhalt Cœthen).

1. — Binas eodem die litteras accepi a Ra Va, alteras die 18 Augusti, alteras die 25 eiusdem mensis scriptas. Hae posteriores, quod dudum timebamus, nuntium sane tristissimum de obitu piissimi Principis attulerunt [1]. Amisit ergo Religio Catholica, amisit Societas, amisere omnes boni illud unicum vel certe praecipuum in istis Germaniae partibus praesidium; iactura humanitus certe non reparanda. Quantum me, quantum omnes, qui Religionis istic condicionem noverunt, quantum SS. Dnum afflixerit mors tam immatura, et his maxime temporibus inopportunissima, facile intelligis, mi Pater. Hanc

[3] Item de « nimia bonitate » Patris Rudolf agebatur in epist. priore.

[1] Piissimus ille princeps erat Dux Fridericus Ferdinandus de Anhalt Coethen; qui, post suam ad fidem catholicam conversionem (1826), Patrem Beckx sibi in capellanum aulicum accersiverat, et Patres e S. I. in suum principatum induxerat. De illo eiusque bonis operibus iam diximus; cf. epist. V, CXIX, CXXXI, CLI, CLIV; et infra, plures.

scilicet cladem tot aliis cladibus accedere voluit Deus, qui perversi mundi in immensum prorupta scelera pro sua iustitia punit, et eorum etiam, qui rei christianae bene cupiunt, moerorem moeroribus cumulat. Quid restat, mi Pater, nisi ut quibus possumus modis divinam misericordiam imploremus, eamque omni obsequio demereri sollicite studeamus, ut *omnia diligentibus se cooperentur in bonum,* et cum his nos etiam illius divini promissi consortes reddamur: *Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro* etc. Haec ego verba specialissime dicta cupio ac desidero vobis, vestroque *pusillo* Catholicorum *gregi.*

Suffragia pro defuncto facienda a PP. et FF. Societatis.

2. — Serenissimae, tanto talique orbatae coniuge, Ra Va mea haec sensa doloris una cum humillimis obsequiis exprimat [2]. Pro anima tam benemeriti Principis per universam Societatem indico suffragia, bina Sacra a Patribus facienda, binas Coronas a Fratribus. Vos vero, non dubito, iam haec et plura praestiteritis.

Quid futurum sit ignorantes, Deo confidamus!

3. — Quid iam vobiscum futurum sit, quis novit? Manebitis utique, quandiu licebit. Tertium vobis submittere socium nunc quidem nihil est quod suadeat. Videndum primo, quem cursum res vestrae istic ineant. Pergite, interea, ut coepistis; pusillum gregem vestrum in fide ac spiritu confirmate, magnamque in Deo fiduciam et ipsi fovete, et vestrorum animis inserere omni studio satagite.

Factam professionem gratulatur.

4. — De Professione facta vobis ex enimo gratulor, vosque in spiritu arctissime amplector [3]. Vos vero nostri, et universae Societatis, sane afflictae multis modis, in SS. SS. ac precibus memoriam habete.

Te Deum recitare, ansam praebet malignitati.

5. — *P. S.* Miror equidem fortitudinem in recitando *Te Deum laudamus* in talibus adiunctis; noluissem tamen id passim aliis significari, nam pravis hominibus daretur ansa ad malignandum.

Germ., I, 34.

([2]) Viduae Ducissae (Iuliae a Brandenburgo natae) comitatus est P. Beckx eique a confessionibus fuit in urbe Vindobona, usque ad eius mortem (27 Febr. 1848).

([3]) Professionem quattuor votorum emiserat P. Beckx die 31 Iulii 1830. De illo vide supra, i. a., epist. CXXXI. Eius vero socius et amicus, P. Ioannes Baptista Devis, die 15 Augusti eiusdem anni. De quo vide supra, epist. CLIV, nota, 4, et infra, epist. CLXV, noi. 8.

CLXII.

Ad R. P. Georgium Staudinger, [1] Provincialem.

Fribourg.

1. *De propositis ad gubernandum: timet, ne P. Kr(upski) magis regatur quam regat. — 2. Duplex sollicitudo: A. De spiritualitate Nostrorum in Gallia, Ignatianis regulis non satis haerente. B. De modo gubernandi in externis iuvenes nostros. — 3. De defuncto Principe Coethen. — 4. De libris P. Leblanc imprimendis. — 5. De P. Michellod Missiones anhelante. — 6. Romae desiderantur PP. Loriquet et Van Hecke. — 7. Statum temporalem bene ordinatum gratulatur.*

Roma, 5 Octobris 1830.

De propositis ad gubernandum: timet, ne P. Kr (upski) magis regatur quam regat.

Respondeo ad litteras datas 11 et 23 Septembris.

1. — *De propositis ad gubernandum.* — Cum non nisi singuli pro singulis officiis propositi sint, non possum dicere nisi *fiat,* cum aliter fieri *non posse* Ra Va iudicet...

De P. Kr., [2] quem ego ab annis 20 eoque amplius optime novi, non possum eiusdem esse cum Ra Va sententiae. Vir est utique optimus ac rectus; sed simplicitas eius non est magis ex virtute quam ex natura. Prudentiam ei non denego; sed *fortis* an sit, vehementer dubito. Itaque, quod timere me iam significavi, id etiamnum timeo, ne Rector in illo Collegio, quale nunc est, *regatur* magis quam regat.

Duplex sollicitudo: A. De spiritualitate Nostrorum in Gallia, Ignatianis regulis non satis haerente. B. De modo gubernandi in externis iuvenes nostros.

2. — Duo praecipue mihi sollicitudinem ingerunt. (Haec scribo *confidentialiter* ad Ram Vam, quae tamen quominus cum optimo P. Godinot [3] communicet, nil vetat).

A. — *Spiritualitas* non apud omnes Nostros in Gallia talis erat, qualem vult Institutum ex S. P. Nostri doctrina. Quidam plus nimis *affectui, instinctui. inspirationi* tribuebant, non satis insistendo regulis, quas S. P. N. praescripsit, ut cum securitate procedatur, in quibus quidem regulis vera prudentia fundatur, et solida spiritualitas. Periculi plenum est, *modum orandi* non servari communiter eum, qualem S. P. N. tradidit, nostrae praesertim vocationi aptissimum. Memini eorum, quae hanc in rem non semel P. Godinot mecum locutus est pluribus abhinc annis (agebatur speciatim de optimi Patris

(1) De P. Georgio Staudinger, vide supra, epist. CLIX, not. 1.

(2) Sermo est de P. Friderico Krupski, quem iam ex epist. CLX novimus.

(3) De P. Godinot, cf. supra, epist. V et VII. Quanta vero fidelitate mentem B. P. Nostri sequeretur Pater Roothaan, quanta sedulitate verbis eius standum esse censeret, novimus ex illius cura in edenda litterali versione Exercitiorum et in redigendo opusculo *de Ratione meditandi.* Duplicem autem *sollicitudinem,* quam *confidentialiter* hic cum PP. Staudinger et Godinot communicat, alias quoque in eius litteris invenimus. Cf. v. g. epist. XX, LVIII.

Gury ([4]) institutione). — Ego vero plura experimento didici, ex quo sum in hoc praesenti loco. Itaque videat Ra Va, quales constituat, pro iunioribus praesertim, PP. Spirituales.

B. — *Modus gubernandi in externis* nostros iuvenes, non ubique is erat, quem ego in Helvetia vidi ac summopere probavi, qui scilicet iuvenum fiduciam conciliabat et alacritatem fovebat. Nollem itaque modum istum nunc mutari aut interverti. — Haec duo puncta ego noto Rae Vae, non quod aliquid affirmare velim; sed *timorem* expono, *dubium* quoddam propono, cum nec sciam quinam PP. ex Gallia huic duplici officio praefecti sint a Ra Va, neque, si scirem, iudicare satis certo possem, cum non satis noverim singulos. Lenit quidem ac minuit timorem, quod Ra Va scribit, se omnia cum P. Godinot composuisse, cuius in hoc duplici genere sensa plane optima ac sapientissima, cum simul essemus, cognovi. Fortasse tamen ille pro diverso charactere nationum quaedam uni prodesse, quae alteri noceant potius, sua experientia cognoverit. Mihi nunc sufficit, sollicitudinem meam exposuisse Rae Vae, cuius prudentiae illam totam, quanta est, committo.

De defuncto Principe Coethen.

3. — Sacra 100, ac totidem coronae indicta, praeter bina illa hinc commendata, utique sufficiunt pro Seren. D. de Coethen. Quod cum B. et Htia ([5]), commercium litterarum difficillimum sit, nil mirum.

De libris P. Leblanc imprimendis.

4. — P. Leblanc ([6]) de paucis quibusdam innocuis et utilissimis imprimendis facultatem petivit, exprimendo singula, et concessi. De pecuniis corrogandis, ad nos ne verbum quidem.

De P. Michellod Missiones anhelante.

5. — P. Michellod ([7]), petendo Missiones, *voto* satisfecit. Cetera Superioribus permittat, ac Sacrificiis et precibus Missiones iuvare non omittat.

Romae desiderantur PP. Loriquet et Van Hecke.

6. — Quod tandiu morentur PP. Loriquet et Van Hecke ([8]), sane incommodum accidit. Terminus praefixus erat initium Septembris vel saltem circa medium. Exspectabamus illos sal-

---

([4]) P. IOANNES BAPTISTA GURY, *Lugdunensis*, (1773-1814-1854) primus in Gallia post P. de Clorivière fuerat magister noviciorum. De illo iam sermonem habuimus. Cf. epist. LXXII.

([5]) Praeter alia, de optimo principe Friderico Ferdinando de COETHEN iam dicta, vide epist. CLXI. Quod autem de commercio litterarum tunc difficillimo « cum B. et Htia » scribitur, intelligendum esse videtur de Bavaria et Helvetia. (Vide etiam infra, epist. CLXV, CLXX, CLXXIX.

([6]) P. PETRUS LEBLANC, *Belgicae* (1774-1814-1851), licet ex Gallia oriundus, Belgicae tamen Provinciae addictus fuit et Societatis redivivae praecipuum in Belgio fulcimen. Quanta fuerit, et quam multiformis, eius alacritas, bene notat KOCH, col. 1085, v. *Leblanc*. Inter plura eius opera, innotuit libellus: *Abrégé de ce qu'un chrétien doit savoir, croire et pratiquer* (1811). De eodem cf. etiam SOMMERVOGEL, t. IV, col. 1622.

([7]) P. ATHANASIUS MICHELLOD, *German. Sup.* (1789-1819-1850), in Helvetia natus, in Bavaria obiit; nec videtur unquam ad missiones exteras transivisse (Cf. simile quid, in epist.CXLV, not. 6, de P. HENRICO CANDON).

([8]) De P. NICOLAO LORIQUET iam pluries; cf. etiam BURNICHON, praesertim I, 293, 451; et II, 290. - P. IOSEPHUS VAN HECKE, *Belgicae* (1795-1814-1874), natus Brugis obiit Truncinii. De illo vide infra, epist. CCVI.

tem ante finem eiusdem mensis. Ceteri omnes deputati dudum adsunt, ex Hispania, ex Sicilia, etc. (9).

Statum temporalem bene ordinatum gratulatur.

7. — De statu temporali, et Brigae, et istic in Convictu, bene ordinato, gaudeo, et gratulor (10). Cetera responso non indigent.

Divina bonitas adsit Rae Vae in omnibus, et in omnibus copiose benedicat.

SS. SS. valde me commendo.

Germ., I, 39.

CLXIII.

Ad R. P. Petrum Beckx,

Coethen.

1. *Quod Nuntius eum Cotham revocavit, dolet; sed eius modum agendi probat.* — 2. *Querelae, quas Ducissa Vidua movit, ipsi Sancto Patri iustissimae visae sunt.* — 3. *Mox ergo, ubi Nuntius prohibitionem suam retractaverit, Viennam repetat!* — 4. *Si vero tardaverit retractatio, sponte proficiscatur et Viennensi Nuntio se sistat.*

Roma, 11 Novembris 1830.

Quod Nuntius eum Cotham revocavit, dolet; sed eius modum agendi probat.

1. — Accepi, fere eodem tempore, binas Rae Vae litteras, alteras ex Fürstenstein 12 Octobris, alteras Vienna datas d. 26 eiusdem. Sane doleo sortem tuam, Pater mi carissime; ac dum, quae fecisti, seu Cotha discedens, quod ita faciendum non imprudenter existimares, seu Cotham rediens, ut severo sane Dni Nuntii mandato obsecundares (1), probo omnia; tua causa tamen valde doleo, et vero etiam timeo vehementer, ne quid passus sis detrimenti, seu ex afflictione animi ob istas Dni Nuntii litteras, seu ex reditu in illam civitatem, unde prudenti sane consilio tantisper discesseras. Verum equidem alia ratione iuvare Ram Vam, et mala, quae timeo, avertere non possum, nisi Dno totum negotium, ac imprimis Rae Vae salutem commendando.

(9) Deputati, de quibus est hic sermo, Romam vocabantur, ut *Rationem studiorum* recognoscerent et novis temporum adiunctis aptarent. De quibus vide Burnichon, II, 8-13.

(10) Ex prioribus epistolis novimus qualis fuerit « status temporalis » Convictus Brigensis (cf. epist. CLIX et CLX).

(1) Diximus (epist. CLXI, not. 1, 2, epist. CLXII, not. 5) piissimi Ducis de Coethen piissimam Viduam, cum Germaniam relinqueret et Viennam peteret, secum Patrem Beckx a confessionibus duxisse. Quod cum Nuntius Apostolicus Monacensis non probaret, iussit Patrem Beckx Cotham redire. Praesentes autem litterae simul ostendunt, quam obediens fuerit P. Beckx, quam prudens P. Roothaan.

2. — Serenissimae Viduae sortem etiam doleo vehementer. Illa quidem ad Dnum Klitsche, suum hic administrum scripsit, qui Serenissimae querelas ad Cardinales, ad quos res spectabat detulit; quae quidem et ipsis, et S. Patri iustissimae visae sunt. Itaque ad Dnum Nuntium scribitur, disciplicuisse S. Patri, quod ita egerit, et ut Ram Vam statim Viennam remittat. Sed interea, dum ultro citroque mittuntur litterae, iam Serenissima mensem, eoque amplius, exegerit desolata et afflicta! Pro illa etiam oro Deum, ut Eam sustentet, et invenire faciat virum secundum cor suum, cuiusmodi aliqui certe deesse Viennae non possunt, qui Eam interea iuvet.

Querelae, quas Ducissa Vidua movit, ipsi Sancto Patri iustissimae visae sunt.

3. — Ergo in nomine Dni, mox ubi acceperit Ra Va a Dno Nuntio litteras illas revocatorias illius prohibitionis, Viennam ad Serenissimae auxilium et solatium revertatur. Quid deinceps futurum sit, tempus docebit; talem enim conditionem Rae Vae non nisi *ad tempus* duraturam esse confido (²). Interea, bene agere ac de aliis etiam bene mereri, prout licuerit, et occasio tulerit, Viennae ne omittat, prout hominem Societatis decet. Viennae etiam amici Societatis veri ac sinceri non desunt, quorum consiliis uti Ra Va poterit. Tales sunt R. D. Schmidt, Canonicus ad S. Stephani; Confessarius Imperatoris, D. Wagner; et Imperatricis, D. Job; PP. Redemptoristae, etc.

Mox ergo, ubi Nuntius prohibitionem suam retractaverit, Viennam repetat!

4. — Si post duas, tresve hebdomadas nihil a Dno Nuntio Monacensi acciperet Ra Va, non video, cur non posset simpliciter, si Serenissima petat, Viennam redire; maxime cum nos, Superiores Rae Vae, ita existimemus, et de voluntate Summi Pontificis certiores facti simus. Eo tamen casu, deberet Ra Va Dno Nuntio Viennensi statim se sistere, ad quem si in primo illo Viennam adventu recurrisset, fortasse reditum Cotham versus dissuasisset, et composuisset ipse rem cum Dno Nuntio Monacensi; nam certe obedientia illa erga huius mandata hic quidem nimia visa est, cum ille auctoritatis suae limites aliquantum praetergressus videatur. — Utinam omnia suaviter componantur!

Si vero tardaverit retractatio, sponte proficiscatur et Viennensi Nuntio se sistat.

Deus benedicat Rae Vae et omnibus rebus suis! Commendo me SS. SS...

Germ., I, 43.

(²) « Talis condicio » Patris Beckx reve a decem et octo annos, id est ad obitum usque Ducissae (1848) erat « duratura » (Cf. supra, epist. CLXI, not. 2).

CLXIV.

Ad R. P. Petrum Genet (1),

Brig.

1. *Renatam dolet contraversiam Mennaisianam. Quidquid enim novitatem sapit, diu probandum est.* — 2. *Hodiernae mentes ad extrema ruunt, dum veritas sicut virtus in medio stat.* — 3. Ordinationes Generalium *moderationem et animorum concordiam commendant.* — 4. *Professor ipse sibi attendat!*

Rome, 22 Janvier 1831.

Renatam dolet controversiam Mennaisianam. Quidquid enim novitatem sapit, diu probandum est.

1. — Je réponds à votre lettre du 3. Je suis bien fâché, de voir que chez vous les malheureuses querelles se réveillent (2), que le P. Général défunt a voulu assoupir, il y a à peu près 8 ans, par son Décret (3), — que, pour la même raison, j'ai cru devoir confirmer (4). Dans ces décrets, il n'est pas fait mention de Lamennais (5); seulement il est défendu de soutenir des propositions qui, selon les uns, expriment la doctrine de l'Abbé; selon d'autres, ne l'expriment pas. Mais elles ont de la nouveauté, elles prêtent à tirer des conclusions insoutenables; cela suffit bien, pour que nous ne les enseignions, ni ne les soutenions pas. Pour permettre qu'on enseigne et qu'on soutienne chez nous une proposition telle quelle, il ne suffit pas qu'à force d'explications on puisse lui donner un sens vrai et reconnu. Tout ce qui sent la nouveauté en matière de doctrine doit être soumis à une *quarantaine,* avant que nous puisson l'adopter pour notre doctrine.

Hodiernae mentes ad extrema ruunt, dum veritas sicut virtus in medio stat.

2. — Le grand mal de nos temps, c'est qu'on ne sait pas garder le milieu, où se trouve la vérité, aussi bien que la vertu; et qu'on se jette à corps perdu aux extrêmes. Alors on s'échauffe de part et d'autre, et il n'y a plus moyen de s'entendre.

---

(1) P. Petrus Genet, natus 13 Oct. 1793, Soc. ingr. 25 Febr. 1821, *Minister* erat et *Professor* in Convictu Brigensi. Nomen autem eius in *Catalogo* Patris Vivier non apparet.

(2) « Controversiae iterum suscitatae » erant de doctrina abbatis de Lamennais. Iam diximus (Cf., v. g., epist. II, not. 2) quid ex illis erroribus in Societatem nostram, praesertim inter Gallos, recidisset. Id praeterea dilucide explicat Burnichon, t. II., pp. 13-38.

(3) « L'*Ordination* (du T. R. P. Fortis, pour défendre l'enseignement des principes de Lamennais dans la Compagnie)... porte la date du 4 Octobre 1823 ». (Burnichon, t. II, p. 21).

(4) « Decretum [A. R. P. Roothaan] prohibens, ne a quoquam e Nostris quaedam propositiones philosophicae doceantur aut defendantur »... datum fuit Romae, die 30 Aug. 1829. Prohibitae septem propositiones eaedem prorsus sunt, quas P. Fortis prohibuerat.

(5) « On remarquera... que le nom de Lamennais n'était pas prononcé » (dans l'*Ordination* du P. Fortis) notat Burnichon, II, 22. Id etiam dicendum et de *Decreto* Patris Roothaan. « S'il était impossible de se méprendre sur la doctrine visée dans les propositions, du moins les personnes étaient hors de cause » (*Id.*, *ibid.*).

Ceux qui s'échauffent pour la doctrine qu'ils appellent du sens commun, se transportent facilement jusqu'à heurter le sens commun lui-même; et puis, si quelqu'un n'est pas d'accord avec eux, il est Cartésien perdu *(sic)*, ami du sens privé et de l'infaillibilité individuelle, enfin protestant dans ses principes. De l'autre côté, ceux qui s'échauffent contre, vont jusqu'à ne plus pouvoir entendre nommer le sens commun, sans attribuer à cette expression tout ce qu'il y a d'extrême dans le système de leurs adversaires; et, pour s'en éloigner plus sûrement, vont quelquefois jusqu'à donner dans l'extrême opposé.

Ordinationes Generalium moderationem et animorum concordiam commendant.

3. — Or, pour satisfaire à nos Décrets, les Nôtres doivent se garder d'être ni des uns, ni des autres, et garder entre les deux un juste milieu, qui est bien loin de nier le critérium du sens commun, comme il a eté entendu avant ces malheureuses querelles, mais qui n'exclut pas pour cela tout autre moyen de connaître quoi que ce soit avec certitude. Surtout, qu'on se garde de s'échauffer, et des noms de Cartésianisme, et de Lamennaisianisme, que bien souvent on n'entend pas, et qu'on applique mal à propos. Eloigner des Nôtres ces vives disputes, et calmer les esprits, c'est là le principal but des Décrets, et il suffit de les lire pour s'en convaincre [6].

Professor ipse sibi attendat!

4. — Quant à celui qui donne pour principe: que l'esprit de chacun est infaillible sur les essences, non sur les existences, — je l'avoue, cela est bien obscur! — je crains fort qu'il ne soit du nombre de ceux qui vont à l'un des extrêmes. Mais vous, mon cher Père, gardez-vous aussi de l'autre extrême, auquel il me semble que vous penchez un peu [7]. Ce que je veux, et qui est de la plus haute importance, c'est que l'union et la charité soit conservée, et que pour cela on évite d'entrer en dispute sur ces matières.

Je me recommande à vos SS. SS.

Germ., I, 60.

---

(6) « Itaque, dum tales doctrinas non amplectimur pro scholis nostris, non idcirco intendimus, ut Nostri illas ex professo impugnent; quin potius volumus, ut omnis etiam inter Nostros vitetur disceptatio, quae cum laesione caritatis fieret; cum constet mentem ipsius etiam Praedecessoris nostri fuisse ut, relictis in medio illis quaestionibus, trita in nostri scholis via Nostri incederent, idque ipsum pacis consensionis studium, cum semper alias, tum hisce maxime temporibus necessarium, a nobis requirat » (P. ROOTHAAN, in *Ordinatione* laudata).

(7) Ut nuper dicebamus, P. GENET in *Catalogo* defunctorum S. I. non apparet; immo vero iam inde ab anno 1832 eius nomen in catalogis annuis iam non legitur. Quis scit, an obstinati animi victima ceciderit?...

CLXV.

Ad R. P. Petrum Beckx,

Wien.

1. *Qua via, quo nomine, litterae Romam mittendae sint.* — 2. *Apud* Serenissimam *degens, dissensionibus inter bonos exsistentibus ne implicetur!* — 3. *De Nostris in Galicia et de novis docendi methodis.* — 4. *Cur nova Societas non statim possit antiquae par esse.* — 5. *Nostri Viennam ad docendum non mittendi, nisi prius instructi.* — 6. *In Styria noviciatus noster sedem adhuc non habet.* — 7. *Haec nemini sunt communicanda, tamquam a P. Generali scripta.* — 8. *Parvae Coethensis residentiae sors incerta.* — 9. *Calumnia, nisi iam confutata, confutanda videtur.* — 10. *Romam esse venturam* Serenissimam *et cum ea Patrem Beckx, gaudens rescivit.* — 11. *« Fide; sed cui, vide! »*

Roma, 24 Ianuarii 1831.

Qua via, quo nomine, litterae Romam mittendae sint.

1. — Litteras Rae Vae d. 19 Dec. vix ante duos tresve dies accepi. Via per Helvetiam sane longa est, ac nimis retardaret notitias, si quod urgens negotium incideret (1). Meas inscribere poteris: Mr. l'Abbé Janssen, Prêtre *al Gesù. Roma* (2).

Apud *Serenissimam* degens, dissensionibus inter bonos exsistentibus ne implicetur!

2. — Quod Ra Va sana ac salva Viennam redierit, gaudeo et gratulor (3). Approbo etiam, quod interea in eadem domo cum Serenissima habitet; iustae enim sunt causae, ob quas amici non suaserunt hospitium in aliqua religiosa Communitate. Omnino necessarium est, ut Ra Va nullam assumat partem in dissensionibus, nisi forte posset, si qua se via aperiret, bonos inter se dissidentes invicem conciliare. Sed inter nostrorum temporum calamitates tam multas (4), una est non sane minima, quod fere [semper] boni, qui bonum volunt, inter se de mediis, quo bonum illud prosequantur, convenire nesciant; unde dissensiones, et inimicitiae non raro hostiles in iis, qui religionis studio deberent esse coniunctissimi: dum tamen mali in malum facile conspirant. Speremus in Domino!

De Nostris in Galicia et de novis docendi methodis.

3. Iudicium de Nostris in Galicia, in aliquibus potest quidem esse verum; generaliter tamen loquendo, non satis est aequum (5). Methodos quidem aliqua ratione temporibus

(1) Paucis ante mensibus, audivimus P. Roothaan conquerentem de « difficillimo cum Helvetia commercio litterarum » (Cf. epist. CLXII not. 5; et epist. CLXX, not. 5 et 6).

(2) Ex apographo codice, quem prae manibus habemus, patet Patrem Roothaam illo nomine Janssen usum fuisse, temporibus illis, ad quarumdam litterarum, sive superscriptionem, sive etiam subscriptionem. Quod quidem eo facilius explicatur, quod Secretarius Societatis ab anno 1829 ad 1844 erat P. Ioannes Janssen, cuius nomine minus noto legitime poterat P. Generalis prudentiae causa proprium quandoque obtegere.

(3) De illo reditu vide supra, epist. CLXIII totam.

(4) Mirum, calamitatem *suorum temporum* visam esse optimo Patri Roothaan dissensionem animorum bonorum; - omnibus (eheu!) temporibus communem!

(5) Res Galiciae iam aliunde novimus (Cf. supra, epist. CXXVI et sequentes).

accommodare possumus; doctrinas non item, maxime ubi de veritatibus aeternis ac de religione agitur. Qui vero tantum tribuunt novis methodis, quid est, quod tamen de parum solida ac fere superficiali praesentium scholarum doctrina conqueruntur? Nonne ex fructibus arbor dignoscitur? De usitata istic v. g. systematica religionis instructione audivi, qui dicerent, se, ni bene fundati fuissent in antiqua catechetica instructione, systematice facturos fuisse naufragium fidei.

Cur nova Societas non statim possit antiquae par esse.

4. — Equidem videor mihi videre insignem nostrorum temporum iniquitatem. Querelae sunt: Iesuitae novi non sunt quales antiqui erant. — 1° Recens renata Societas quî potest iam habere prolem, qualem habebat mater annis gravis (6)? 2° Volunt novos antiquis similes? Cur ergo novos non vultis formari, *ut formabantur antiqui? Male* res agitur: petitur, ut Iesuitae efficiant *bene* aut certe *melius* agi; attamen, agant Iesuitae eo modo, quo nunc *male* agitur; nonne haec eo videntur tendere, ut *male* agatur etiam cum et a Iesuitis? Societas parvula est et infirmis viribus; at, quominus crescat et augeatur viribus, mille vinculis irretitur, mille impedimentis constringitur.

Nostri Viennam ad docendum non mittendi, nisi prius instructi.

5. — Attamen, speremus in Dno! Sed tempore indigemus. Non exigua foret difficultas, si *brevi* ad docendi ministerium Viennam Nostri vocarentur. Nam qui in aliis Provinciis apti sunt, non adeo multi sunt, ut absque gravi damno e suis sedibus evocari possint; et praeterea, parum istic fortasse convenire possent. Equidem nondum venisse, nec tam cito venturam horam illam existimo. Primum, et ante omnia illud est, ut homines habere, ac formare possimus.

In Styria noviciatus noster sedem adhuc non habet.

6. — Utinam aliquando res in Styria componantur, ubi a duobus fere annis Noviciatus, Augustissimi voluntate apertus, necdum sedem habet (7)!

Haec nemini sunt communicanda, tamquam a P. Generali scripta.

7. — Sed tamen, quo difficiliora initia, eo meliores spero progressus. Et quae hic scripsi, non tamquam a me scripta communicanda, ne cum amicis quidem, sunt; sed volui indicare, quibus rationibus (sane quidem, ut mihi videtur), nec levibus, nec iniquis, amicorum lenire vel dolorem, vel parum contentum animum, Ra Va pro sua prudentia possit.

Parvae Coethensis residentiae sors incerta.

8. — *25 Ian.* - Hodie accepi epistolam alteram, in qua Ra Va Coethensis residentiolae historiam anni modo elapsi descripsit. Gratias pro his notitiis ago. Videbimus, quid porro cum bono P. Devis (8), et cum pusillo Catholicorum ibi grege futurum sit. Oremus!

---

(6) Illam sententiam proferre consueverat P. Roothaan, quoties plura existimabat a Societate requiri, quam quae pro iuvenili adhuc aetate sua posset reddere. (Cf. epist. CLXXVII, not. 2),

(7) Nec sine multis magnisque difficultatibus erat noviciatus ille sedem suam inventurus, ut apparet ex prioribus, quas recitavimus, litteris (Cf. i. a., epist. CXXX.

(8) De P. IOANNE BAPTISTA DEVIS, carissimo Patris Beckx amico, vide supra, epist. CLIV, not. 4 et KOCH, 420-421. Is Cothae permansit usque ad anni 1848 perturbationes civiles.

Calumnia, nisi iam confutata, confutanda videtur.

9. — De atroci in Ram Vam calumnia iam resciveram (9); sed etiam audiveram, fuisse a parte Gubernii reclamatum contra calumniatorem. Si ita esset, non viderem, quid agi porro possit. Sin autem, nonne in aliquo folio publico edi posset genuina rei narratio, qualem Ra Va mihi perscripsit (10)? Sed an conveniat, iudicium potius esto penes Dnum de Pilat (11), cui mea, quaeso, obsequia humilia.

Romam esse venturam *Serenissimam* et cum ea Patrem Beckx, gaudens rescivit.

10. — Serenissimae Viduae Ra Va meam venerationem exhibeat. De Eius consilio huc veniendi valde gaudeo; et quod ea occasione etiam Ra Va huc ventura sit, iam nunc laetor summopere, ad maiorem Dei gloriam. Itaque nullo se negotio implicari sinat, eiusmodi, quod profectionem isthinc posset impedire!

« Fide; sed cui, vide! ».

11. — Etiam amicis nostris mea obsequia! Ceterum, meminisse decet illius sententiae: *Fide; sed cui, vide!* Neque enim omnes vere amici, qui amicos se profitentur. Et fere experientia doctus sum, veros amicos non eos esse solere, qui amicitiam suam protestantur ac venditant verbis. Amici sinceri non solent existimare huiusmodi amicitiae protestationes sibi esse necessarias.

Vale, mi carissime Pater, et in SS. SS. memento nostri.

Germ. I, 61.

---

(9) De *atroci calumnia* illa agit Koch, col. 172 (sub verbo: *Beckx*). Cum P. Beckx adhuc esset a confessionibus Ducissae von Anhalt Coethen, diffamatus est probroso libello, quasi iuvenem quemdam instigasset in pastorem protestanticum occidendum, dicens hanc Deo placituram esse actionem, aeternaque beatitudine remunerandam!

(10) Calumniatorem in ius vocavit P. Beckx; et iudices, exeunte anno 1832, sollemni sententia damnaverunt, simul pecunia mulctantes et obligatione calumniae retractandae (Koch, loc. cit.).

(11) De nobili equite von Pilat diximus in epist. CXXXI et CXLIX.

CLXVI.

Ad R. P. Aloisium Geoffroy ([1]),
Magistrum Noviciorum.

Estavayer.

1. *Emissam professionem religiosam gratulatur.* — 2. *De noviciorum institutione: in agendis* Exercitiis *B. P. N., non multum loquendum, nec forma contionis adhibenda est.* — 3. *De tribus modis humilitatis: talis studii quinam fines esse possint.* — 4. *Tertius gradus non a quolibet statim appetendus.* — 5. *Oboedientia pietatem et sensum mysticum sedulo probet.* — 6. *Exhortatio ad confidentiam.*

Roma, 29 Ianuarii 1831.

Emissam professionem religiosam gratulatur.

1. — Ad epistolam 14 h. m., *soli* inscriptam, responsurus gratulor in primis Rae Vae sacrificium ultimorum votorum, quod, cum hanc accipiet, iam obtulerit D.no; et arctissime Ram Vam ut praesentem complectens, dico: *Memor sit Dnus sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat!*

De noviciorum institutione: in agendis *Exercitiis* B. P. N., non multum loquendum, nec forma contionis adhibenda est.

2. — Quae Ra Va scribit de Noviciorum suorum institutione, deque SS. Exercitiis menstruis, cum insigni fructu, ut non dubito, peractis, placent; itaque etiam de his gratulor, et Rae Vae, et illis. Magna sunt ista, mi carissime Pater, et quae studium non leve requirant, cum assidua divini luminis invocatione coniunctum. Summopere mihi cordi est, ut, quantum fieri potest, accuratissime, et presse insistendo normae in divino S. P. N. libello descriptae, peragantur; sintque, qui ea faciunt, non *passive auditores,* sed *active meditantes* ac vere sese ac spiritum suum *exercentes.* Multum efficaciae deperdere existimo S. P. N. Exercitia, quando, ut quibusdam in locis invaluit, etiam inter Nostros, quasi in forma *contionum* traduntur. Ita, scilicet, quo plus loquitur qui tradit Exercitia, eo minus *sese exercet* ille, qui accipit ([2]).

De tribus modis humilitatis: talis studii quinam fines esse possint.

3. — Optimum est consilium, quod Ra Va tota sit in stabiliendo triplici amore *paupertatis, contemptus ac doloris;* sed utique uniuscuiusque dispositioni accommodanda sunt ista, ut bene Ra Va observat. Idem enim studium harum trium rerum potest haberi: *vel,* ut pro peccatis praeteritis satisfiat; *vel,* ut longius a peccando in posterum absimus; *vel,* ut in virtutibus proficiamus; *vel,* ut Deo maiorem gloriam tribuamus; *vel* (et

([1]) P. Aloisius Geoffroy, *Germaniae* (1793-1820-1870), natus Chambéry in Sabaudia, obiit Maria-Laach in Rhenania. Vir erat eximiae in Deum et in proximum pietatis. *Rector* fuit *Conv. Friburg., Mag. Novic., Instr. PP. tertiae probationis,* etc. Erat illi « un esprit d'une perspicacité très fine, mais en même temps un coeur pétri d'une tendresse maternelle » (Cf. Burnichon, t. II, pp. 69-70; Sommervogel, t. III, col. 1331).

([2]) Norunt omnes, hanc esse mentem ipsius B. P. N. Ignatii, in *Annotatione secunda* expressam: qui tradit *Exercitia*, debet argumentum proponere « cum brevi vel summaria declaratione ». Ubi iuvat etiam commentarium Patris Roothaan re-

hic quidem proprie est tertius modus humilitatis), ut Christo similiores simus.

Tertius gradus non a quolibet statim appetendus.

4. — Quod ultimum motivum, cum ob castissimum Iesu Christi amorem nobilissimum sit, ac propterea *is gradus* a S. P. N. vocetur *in vita spirituali tam pretiosus,* supponit tamen hominem priora illa iam assecutum; unde convenit unumquemque eo praecipue motivo ad perfectam illam mortificationem stimulari, quod suo praesenti animae statui maxime conveniat, ne forte intempestive ad sublimiora contendens, ad altissimum gradum pervenire velit, quin inferiores attingat; quod quidem, ut in ascensu corporali, ita etiam in spirituali periculosum. Ceterum omnibus omnino commune est, ut strenue *se vincant;* et, suaviter quidem, sed et fortiter, in humilitate et oboedientia exerceantur.

Oboedientia pietatem et sensum mysticum sedulo probet!

5. — Discant autem praesertim illi, qui ferventiores sunt vel esse volunt, piis desideriis atque inspirationibus non fidere, nisi cum oboedientia, ad quam pertinet discretio et rationis consilium, omnino congruant. Hoc ultimum commemoro, non quod deesse quidquam in hoc genere existimem ex parte Rae Vae; sed quia vivimus tempora, in quibus nimis saepe accidit, ut qui spirituales esse volunt, *spiritu Dei,* ut ipsi aiunt, *duci* se facile putent, cum nec prudenter, nec discrete agunt, et difficillime regi se ab oboedientia sinunt. Malum hoc minime quidem est novum, sed nescio an umquam fuerit tam frequens. Fortasse, *quia extrema se tangunt,* ut fert proverbium, ideo hoc tempore frequentius ex una parte *extremum* impietatis, ex altera *extremum* falsae pietatis ac mysticismi. Itaque, ab hoc altero *extremo* sedulo ac sollicite cavendum Nostris est; quod quidem nulla re melius quam recta intelligentia, rectoque usu Exercitiorum S. P. N. consequentur; in quibus vere ad *solidam* pietatem, sano rationis fide illustratae consilio ac ductu, instituimur (3).

Exhortatio ad confidentiam.

6. — Divina Bonitas Rae Vae in isto gravissimo suo munere, et omnibus suae curae commissis, mihique carissimis, large porro benedicat! Annus quidem, quem inchoavimus, non pauca, nec levia, portendere videtur; sed *diligentibus Deum omnia, omnia cooperantur in bonum.* Est de fide. Vale, Pater optime, meique ac Societatis universae in SS. SS. porro memor esse perge.

Germ. I, 65.

citare; qui, dum concedit, in *Exercitiis* publice populo traditis, res esse paulo fusius declarandas, addit tamen: « Moneantur tamen semper, ne mere passive se habeant, neve audire contenti sint ... etc. » *Opera Spiritualia P. Roothaan,* vol. II, p. 13 *in fine*). Vide etiam supra, epist. XX.

(3) Saepe saepius iam vidimus, quantum P. Roothaan mystico sensui diffideret, nisi per humilitatem et oboedientiam probato. Cf. i. a. epistolas *ad Patres Lusitaniae,* supra.

CLXVII.

AD R. P. IOANNEM-BAPTISTAM DRACH (1),

Rectorem.

Fribourg.

1. *Immeritae suspicioni, ex prioribus litteris ortae, suspicione non respondebit. — 2. Omnia enim, Deo iuvante, Friburgi recte procedunt. — 3. Sed praeter communes notitias, iuvat Patrem Generalem aliqua* particularia *novisse. — 4. « Delectemur in Domino ! ».*

Roma, 28 Aprilis 1831.

Immeritae suspicioni, ex prioribus litteris ortae, suspicione non respondebit.

1. — Rae Vae litteras d. 16 Mart. accepi. Miratus sum, fateor, et dolui, quod tantam Ra Va acceperit ex illo meo epistolio afflictionem (2). Certe numquam putassem, fore ut ex illo Ra Va colligeret, se apud me in mala *suspicione* versari, quod utique longissime abest a vero. Quid ergo? Si iam ego vicissim conqueri velim, quod talem de me Ra Va *suspicionem* admiserit? Sed absit, ut litterarum inter nos communicatio, quae tum ad commune bonum, tum ad caritatem fovendam, valet, occasio fiat, suspiciones ex suspicionibus et querelas ex querelis ducendi! Miseros nos, et prae ceteris omnibus miserrimum me, si epistolae nostrae eo modo inter nos acciperentur! Iam ergo Ra Va istam, quaeso, anxietatem omnino non deponat modo, sed plane procul abiciat. Alioquin enim et ego semper anxie studere deberem, ne forte verbulum calamo excidat, quod Rae Vae aegritudinem creare possit. Maiori utique simplicitate ac fiducia inter nos agere debemus (3).

Omnia enim, Deo iuvante, Friburgi recte procedunt.

2. — Iam de notitiis datis gratias ago. Recte omnia agi gaudeo et gratulor, tum Rae Vae, tum Sociis omnibus, ac Divinae bonitati gratias ago maximas, quae ut porro pergat Rae Vae Sociorumque laboribus ac studiis, pro maiori gloria Sua, favere et in dies copiosius benedicere, precor ex animo quotidie. Iam, etiam, ex Patrum Consultorum litteris optima quaeque acceperam; itemque, ex P. Provincialis visitatione non ita pridem isthic instituta, idem de Collegio ipso iudicium, quod semper habueram, confirmatum mihi est.

---

(1) P. IOANNES BAPTISTA DRACH, *Germ. Sup.* (1780-1810-1846), Rector primus fuerat Collegii Friburgensis, ab anno 1818 ad 1824; et eidem iterum praefuit a 1830 ad 1836. Vice-Provinciae Germaniae Superioris, in Provinciam anno 1826 erectae, eodem anno primus Praepositus fuit. (Cf. KOCH, col. 449. SOMMERVOGEL, t. III, col. 170-171).

(2) Merito quidem *epistolium* vocantur litterae priores illae, unde P. Drach suspicionem et animi afflictionem tantam hausisse videtur. Illius enim *epistolii* ne vestigium quidem in registro nostro invenitur.

(3) Pulchrum utique testimonium bonitatis illius et animi simplicitatis, qua P. Roothaan pollebat! Cuius exemplum alterum videre est infra, ubi declarat ipse cur *particularia* de Patribus et Fratribus nosse velit, et qualia.

Sed praeter communes notitias iuvat Patrem Generalem aliqua *particularia* novisse.

3. — De Rae Vae cura, vigilantia, zelo, labore indefesso, nullum umquam mihi dubium incidit; et, si incidisset, illud ego statim, ut tentationem malamque cogitationem, cum divino auxilio, repulissem. Quod desiderabam, et quod ab omnibus Superioribus semper desidero, illud est: ut in iis, quae ex officio scribunt, epistolis, praeter generales de rebus suae domus notitias, etiam ad particularia magis descendant; quia, nisi id fiat, numquam scilicet Generalis rei statum, quasi coram inspiceret, cognoscere potest. Particularia autem sunt, qua ratione *quisque* in suo officio, (ex praecipuis maxime, v. g. Minister, Concionator, Praefecti, Professores) Nostris aeque et externis satisfaciat; ex Scholasticis nostris, quinam potissimum in studiis, in quibus versantur, excellunt, aut secus; si qui sint, qui praeter communem modum spem de se faciant, vel secus; spem, inquam, non in litteris solum, sed vel maxime in virtute religiosa ac spiritu. Haec et similia intelligo particularia; quae, cum accipio, satisfactum mihi esse profiteor; sin minus, deesse mihi aliquid sentio; idque fidenter ac libere, ut decet, significo (4).

« Delectemur in Domino! »

4. — En, Reverende Pater, quid optem, quid gratum mihi esse ac fore dico, semperque dicam. Sed Ram Vam rogo, omnem animi haesitationem et afflictionem procul a se abesse semper iubeat. *Delectemur, delectemur in Dno!* (5) Vita ipsa, satis per se misera, sufficit ipsa ad exercendam magno nostro merito patientiam.

Germ., I, 82.

---

(4) Vide, quaeso, notulam immediate superiorem. Hic vero, cum animi paterni bonitate, poteris etiam, apud P. Roothaan, accuratissimi ingenii sedulitatem mirari.

(5) Exclamatione illa libenter utebatur P. Roothaan, ut animum sive fratribus, sive sibimetipsi adderet (Cf. v. g. epist. CLXXX, not. 9; et epist. CCVI, infra).

CLXVIII.

AD R. P. IOANNEM BAPTISTAM DEVIS (1),

Coethen.

1. *Animus additur laboranti, spesque fovetur boni futuri.* — 2. *Pro benevolentia Principum aguntur gratiae.* — 3. *Renovantur Patri Devis eiusque socio facultates.* — 4. *De valetudine animi et corporis curam habeant ambo!* — 5. *Serenissima speratur Romam mox ventura.*

Roma, 11 Augusti 1831.

Animus additur laboranti, spesque fovetur boni futuri.

1. — Litteras Rae Vae d. 11 Iul. accepi 4 huius. Valde placuit ampla rerum istic actarum expositio (2), pro qua multas gratias ago. Etsi nonnihil remisisse videatur fidelium fervor, non est tamen cur animus despondeatur aut de relinquenda statione vel cogitare liceat (3). Si non multum proficiant curae nostrae, gaudendum quod saltem mala impedire aliqua possimus. Vix dubitari potest, quin ampliora aliquando messem istic colligendam Divina praeparet Providentia. Interea prudentia, comitate et benevolentia conciliandi animi; et quod non possumus apud homines, oratione et gemitibus nostris apud Deum efficere conemur!

Pro benevolentia Principum aguntur gratiae.

2. — Gaudeo de summa Serenissimorum Ducum erga vos benevolentia; pro qua libentissime mea grati animi sensa. Ipsis testata vellem. Magnopere studeat Ra Va, illam demerere et conservare.

Renovantur Patri Devis eiusque socio facultates.

3. — Commendo multum Rae Vae, ut socium suum rite de omnibus instruat et in SS. ministeriis dirigat (4). Quam petit facultatum communicationem, et Rae Vae renovo, et socio suo concedo, uti etiam licentiam legendi libros prohibitos; ita tamen, quod quidem per se patet, illa non utatur, nisi pro necessitate et vera utilitate.

De valetudine animi et corporis curam habeant ambo!

4. — Curam denique spiritus interioris utrique commendo, item valetudinis; utrumque necessarium est, ut cum fructu nobis et commisso gregi laborare possimus.

Serenissima speratur Romam mox ventura.

5. — Circa 20 huius dicitur Serenissima Dux Romam ventura (5). Saluto bonum Rae Vae socium. Bono magnoque animo estote ambo!

Germ., I, 104.

(1) De P. IOANNE BAPTISTA DEVIS cf. paulo supra, epist. CLXV, not. 8.

(2) Modo videbamus (epist. CLXVII, nota 4), quantum Patre Roothaan iuvaret, *particularia* de singulis Sociis novisse.

(3) Reque vera, P. Devis neque *despandit animum*, neque *stationem* illam Coethensem *reliquit*, nisi quando illum ab eadem discedere coegerunt civiles tumultus anno 1848 exorti.

(4) Socius ille laborum et quasi exsilii Patris Devis in civitate Coethen erat P. ANDREAS LEYBACH, *Campaniae* (1802-1822-1873). Cuius si aetatis annos computemus, facilius intelligemus cur adeo sollicitus sit P. Generalis de illius instructione, directione, valetudine attendenda.

(5) De itinere illo, vide supra epist. CLXV.

CLXIX.

Ad R. P. Carolum Brandicourt (1),

Brig.

1. *Collegium istud, quod bene habere iam incipit, spem praebet melioris futuri, iuvante B. V. Maria.* — 2. *Suaviter et fortiter agendum.* — 3. *Pauci convictores, sed boni! Nullus est retinendus, qui ceteros corrumpere possit.* — 4. *Instandum est doctrinae; exercitia autem pietatis non nimia!*

Rome, 6 Décembre 1831.

Collegium istud, quod bene habere iam incipit, spem praebet melioris futuri, iuvante B. V. Maria.

1. — Je réponds à votre bonne lettre du 18 Novembre. Que le Seigneur soit loué de ces bons commencements ! C'est le *dimidium facti.* Je savais bien en général que ce Pensionnat n'allait pas trop bien; (2) mais une ou même plusieurs expressions de votre lettre donnent bien à penser. Maintenant il commence à tendre vers le bien! Cela dit beaucoup; et puis: *réclamations, plaintes,* etc.. Dieu veuille que les espérances nouvelles se réalisent! « Sous les auspices de la Sainte Vierge »: C'est très bien ! *Spes nostra, salve !*

Suaviter et fortiter agendum.

2. — Oui, sans doute, il faut unir la fermeté à la douceur. L'éducation de l'homme dans l'état présent doit nécessairement être répressive, dans beaucoup de cas.

Pauci convictores, sed boni ! Nullus est retinendus, qui ceteros corrumpere possit.

3. — Vous n'avez *que peu* d'élèves: j'aurais bien aimé de savoir *combien* (3). Car le nombre de vos collaborateurs, Pères, Maîtres, Frères, doit être en proportion du nombre des élèves, pour que la maison puisse se soutenir. Au reste, *peu* mais *bons;* et plutôt *point de pensionnat,* que de l'avoir en mauvais état, surtout pour la régularité, etc. *Peut-être,* dites-vous, *devrions-nous encore en diminuer le nombre?* Prenez garde, mon bon Père, qu'un espoir peu fondé vous en fasse garder même *un seul,* dont vous dussiez craindre raisonnablement qu'il soit en état de gâter *tout.* Il y a des maux moraux, dont un seul indice découvert suffit pour supposer raisonnablement qu'ils sont très graves; et dont la guérison est le plus souvent douteuse, parce qu'on ne peut pas s'en assurer (4).

---

(1) P. Carolus Brandicourt, *Campaniae,* (1789-1818-1866) illis quidem temporibus Superior Convictus Brigensis erat. Ex Gallia tamen oriundus, in Gallia plerumque laboravit et apud Dominam Nostram de Laetitia (*N. D. de Liesse*) obiit (Sommervogel, t. II, col. 85).

(2) Et nos quoque novimus, res Collegii Brigensis illis temporibus non prospere processisse (Cf. i. a. epist. CLIX et CLX).

(3) Cf. epist. CLXVII, not. 3, 4; et CLXVIII, not. 2.

(4) Audivimus P. Generalem de nimia Patris Rudolf bonitate conquerentem, quod ab illo in eodem Brigensi Convictu, « adolescentes corruptis moribus retenti fuerint, spe emendationis ; quae spes, ut solet esse fallax, non modo fefellit, sed potius ... » etc. (Cf. epist. CLX).

4. — Je vous recommande particulièrement l'*instruction chrétienne* des élèves; mais qu'elle soit solide ! Les catéchismes, mon Père, faits avec intérêt et avec zèle, pour que vous puissiez être sûr qu'il n'y ait pas un seul de vos enfants qui ne sache *bien* ce qu'il doit savoir en chrétien. Exercices de dévotion *modérés* (5); mais *crainte de Dieu, horreur du péché,* avant tout, d'un côté; et de l'autre, *surveillance* partout et toujours. Que chacun de vos collaborateurs pense bien à l'A. M. D. G.

Instandum est doctrinae ; exercitia autem pietatis non nimia !

Adieu, mon cher Père, que le Seigneur vous bénisse et *tous* les vôtres ! Mille souhaits pour les Fêtes prochaines. Je vous salue tous dans le Seigneur, et me recommande à vos SS. SS. et bonnes prières.

Germ., I, 125.

CLXX.

Ad R. P. Henricum Wüsten (1),

Düsseldorf.

1. — *Longe dissitis Patribus salutem mittit et adhortationes.* — 2. *Dum in salutem proximorum seipsos intendunt, propriae perfectionis sint memores atque debitae quietis!* — 3. *Encyclicas duas ad illos mittit.* — 4. *Litterarum commercium exoptat; cur et quomodo mittendae sint declarat.*

Roma, 1 Maii 1832.

1. — Opportunam nactus occasionem, non possum quin paucis vos alloquar, Patres mihi dilectissimi (2), qui licet procul a nobis dissiti, estis tamen animo meo praesentes semper, et quibus spero etiam nos nostraque animis ac memoria non excidisse. Sumus enim omnes uniti, immo vero *unum* in Domino. Scio vos *pondus diei* et *aestus portare,* ac laboribus obrui; quibus utinam liceret nobis, levamen aliquod afferre! At vobis certe *vestra merces* erit *magna nimis.* Itaque pergite in nomine Domini; Eius enim opus agitis.

Longe dissitis Patribus salutem mittit et adhortationes.

(5) Libenter P. Roothaan sententiam Sti Francisci Borgia recitabat, de pietatis exercitiis apud alumnos nostros non nimiis instituendis (Cf. supra epist. IV et XI).

(1) P. Henricus Wüsten, *Belgicae* (1766-1805-1835), licet Düsseldorfi natus sit atque mortuus, Belgicae tamen S. I. Provinciae adscriptus erat ; tempore illo, munus exercebat Superioris in Missione Düsseldorfensi. Missio enim illa, ab anno 1821 fuerat quidem Helveticae Vice-Provinciae annexa; ab anno autem 1832 usque ad suam exstinctionem (1842), Provinciae Belgicae. (Cf. Koch, col. 463, v. Düsseldorf).

(2) Ut immediate apparet, haec epistola non ad solum P. Wüsten mittebatur, sed ad communitatem Patrum Düsseldorfi degentium. « A Düsseldorf, ils (les Jésuites) habitent une partie de leur ancien collège ; ils réveillent dans cette ville les sentiments de foi et de piété; ils y combattent avec succès une nouvelle secte »... etc. (Crétineau-Joly. t. VI, p. 93).

Dum in salutem proximorum seipsos intendunt, propriae perfectionis sint memores atque debitae quietis!

2. — Ita tamen, quantum fieri potest, labores ipsos vestros in proximorum salutem moderari vos percupio, ut vestrae simul perfectionis prosequendae memores, tempus identidem suffuremini, quo vobis vacetis, quo vires corporis et spiritus reficere possitis.

Encyclicas duas ad illos mittit.

3. — Hac eadem occasione, mitto exemplum duarum Encyclicarum, quod fortasse nondum videritis.

Litterarum commercium exoptat; cur et quomodo mittendae sint, declarat.

4. — Gratissimum foret, si quandoque a vobis, Patres carissimi, aliquid litterarum acciperem, quibus de vobis rebusque vestris ac laboribus et laborum fructu edocerer, et quid spei fortasse illucescat, perpetuandae isthic tam multorum laborum frugis (3). Si quid litterarum daretis cum inscriptione: *al Signore Giuseppe Tongiorgi* (4), *Roma,* tuto perferendas sperarem (5). Iuvat enim plurimum huiusmodi litterarum commercium ad charitatis illam unionem fovendam, quae tanti est, ut *unum in Christo* simus.

Valete, Patres mei dilectissimi! Omnes vos ac singulos arctissime in Domino amplector. Orate pro nobis!

Germ., I, 148.

CLXXI.

Ad R. P. Ioannem Baptistam Devis,

Coethen.

1. *Cur non prius ipse scripserit, manifestat.* — 2. *Laudat servatum, etiam inter vitae commoda, spiritum paupertatis.* — 3. *Hortatur ad constantiam, etiamsi laborum fructus videatur exiguus:* Fiat Dei voluntas?

Roma, 22 Februarii 1833.

Cur non prius ipse scripserit, manifestat.

1. — Accepi nuper litteras Rae Vae, d. 17 Ian. Priores item, datas mense Iulio, suo tempore acceperam; sed ad has tum non respondi, quia paulo ante scripseram, neque respondere necessarium erat.

Laudat servatum, etiam iter vitae commoda, spiritum paupertatis.

2. — Utraeque, sed potissime posteriores, gratissimae fuerunt. Gaudeo summopere de mutua inter vos, Patres carissimi, caritate et unione, quae primum est bonum vestrum, et pignus

(3) Commercium litterarum frequens et intimum cum omnibus Societatis Filiis, iam vidimus quantum cordi haberet P. Roothaan (Cf. v. g. epist. CLXVII).

(4) Quis esset iste dominus Tongiorgi, nobis non constat: erat certe fidus Societatis amicus. Ex hac eadem familia romana, paucis post annis, Societatem ingressi sunt duo egregii iuvenes, fratres germani, Salvator et Franciscus Tongiorgi, qui dein clarum sibi nomen fecerunt inter Professores Collegii Romani. An forte istius Domini Iosephi filii erant?

(5) Ob iniquitatem temporum et suspicionem, ne litterae sibi, ut Praeposito Generali S. I. missae, interciperentur, vidimus P. Roothaan iam curantem, ut variis modis ac nominibus mitterentur. Vide, v. g. epist. CLXII, not. 5; CLXV, not. 1 et 2.

favoris divini [1]. Deinde valde placent sensa illa, quae Ra Va exprimit, circa illa seu commoda, seu specialitatem supellectilis, quae minus videtur statui paupertatis convenire. Hunc spiritum ut foveat Ra Va in se et in socio, omnino suadeo ac desidero: ita enim minuetur periculum, quod semper aliquod adesse potest; ne scilicet, quae primum ex vera decori necessitate fiunt, animum sensim hominis vix advertentis occupent et illaqueent. Utique, *si Christum didicimus*, ab istis abhorrebimus; et si necessitas talia postulet, inviti tolerabimus illa, non fruemur lubentes [2].

Hortatur ad constantiam, etiamsi laborum fructus videatur exiguus: *Fiat Dei voluntas!*

3. — Video, nec sine dolore, multo labore vos vix posse ea, quae obtinueratis, conservare. Tanto maiore profecto spiritu et constantia opus est, ut ne in opere vestro deficiatis, aut taedium vos capiat operae. « Constantes estote, et videbitis auxilium Domini super vos » [3]. Alacritatem animi etiam in laboribus, quorum fructus videatur exiguus, conservare studete, Patres carissimi, memores insignis illius lectionis, quam Dominus dedit vobis, quando *sic* nos orare docuit, ut post suam petitionem: *Sanctificetur nomen tuum*, et secundam: *Adveniat regnum tuum*, in tertia postulare iuberet: *Fiat voluntas tua!* Scilicet, ut in nostro zelo etiam, primum et secundum desiderium huic tertio semper esset conforme. Tantum agamus precum, quod nostri est muneris; et in vera humilitate ac patientia pergamus; et Dominus utique glorificabitur, qui gloriae suae zelator est ardentissimus [4].

Germ., I, 190.

(1) Iam novimus Patrem Devis, defuncta Duce de Coethen, profectoque Patre Beckx, solum in urbe Coethen cum Patre Leybach remansisse (Cf. supra epist. CLXI, et CLXVIII). Inde paterni sedulitas animi clarior apparebit, quam P. Generalis erga duos illos operarios praesentibus litteris significat.

(2) His monitionibus iuvabit alias conferre, quae paulo post ad eosdem Patres, inter mundi vana commoda versantes, mittebantur a vigilantissimo Generali (Cf. epist. CLXXIII) not. 1).

(3) Scripturae sacrae sententiam, quam memoriter P. Roothaan (ut saepe solebat) recitat, putamus hanc esse: « Confidenter state, et videbitis auxilium Domini super vos » (II *Paral.*, XX, 17).

(4) Eodem anno (1833) ecclesia catholica Coethensis, cuius fundamenta posuerat P. Beckx, sollemniter consecrata est ab Episcopo Osnabrückensi: interesse autem liturgiis illis non dedignatus est, licet Lutheranam profiteretur fidem, ipse Princeps Henricus, frater et successor piissimi Ducis Ferdinandi (Crétineau-Joly, t. VI, p. 94).

CLXXII.

Ad R. P. Ioannem Baptistam Devis,

Coethen.

1. Dotationem, *a Serenissimis Principibus de Coethen factam, servet Dominus!* — 2. *Exhortatio ad laborem et confidentiam.*

Roma, 24 Augusti 1833.

Dotationem, a Serenissimis Principibus de Coethen factam, servet Dominus!

1. — Gratias ago maximas Rae Vae, de optimis ac laetissimis sane nuntiis ad me missis in epistola d. 4 Iul., cum documento dotationis, etc (1). Benedictus Deus, qui non patietur everti, quod tam provide tamque liberaliter a piissima et zelo Dei plena Ducissa Vidua constitutum est, ipso haud dubia adspirante Domino! SSmus Dnus Noster Gregorius XVI legerat etiam mihi litteras, quas ad Sanctitatem Suam ea occasione dederat Serenissimus Dux vester, optimis sensis plenas, quibus Sanctitas Sua valde fuerat recreata, in tantis Germaniae malis.

Exhortatio ad laborem et confidentiam.

2. — Ra Va cum Patre socio *multum confidat in Domino! Eius* enim opus agitis. Neque existimetis parum vos facere; multum est, Patres carissimi! Et semina haec sunt, quae fructum ferant *in tempore suo*. Vos *plantate, rigate, Dominus incrementum dabit*. Mementote, quaeso, ad solatium vestrum parabolae Domini (Marc., IV, 26-29) et verborum illorum: *Dum nescit ille* (2). Ita scilicet, vos *nescitis* modo, qui fructus aliquando ex vestris istis laboribus exstiturus sit. Pergite ergo, carissimi, *alacriter, corde magno, et animo volenti* (3)!

SS. SS. me valde commendo.

Germ., I, 203.

(1) Quidquid de illa *dotatione* (anno 1833 facta) fuerit, aliunde scimus piissimam Ducissam statuisse, ut Missioni catholicae Coethensi ipsum suum castellum relinqueret, addita summa 50.000 *Thalerorum*. (Cf. Pfülf, p. 493). Obiit autem illa 27 Ianuarii 1848, id est quindecim annis post scriptas praesentes litteras.

(2) Parabola illa est de semine ultro fructificante, dum dormit agricola qui seminavit (*Marc.* IV, 26-29).

(3) Ultima illius sententiae verba depromuntur ex epistola Iudaeorum Hierosolymitanorum ad fratres in Aegypto commorantes: « Benefaciat vobis Deus... et det vobis cor omnibus, ut colatis eum, et faciatis eius voluntatem corde magno et animo volenti » (*II Mach.*, I, 3). Quae, sicut Beato Patri Nostro, sic et Patri Roothaan singulariter cara erant et frequenter usurpata. Iam pluries audivimus (v. g. in epistolis cum priore tum posteriore) iterumque audiemus (v. g. in epist. CXCIII) Patrem Roothaan Coethensibus Patribus gratulationes, hortationes, paternas benedictiones mittentem.

CLXXIII.

AD R. P. IOANNEM BABTISTAM DEVIS,

Coethen.

1. *Christi cognitionem et amorem inculcet socio suo; cetera enim nobis pro quisquiliis habenda!* — 2. *De matrimoniis mixtis, tolerandus abusus, qui in Germania invaluit, positis tamen duabus condicionibus* sine quibus non. — 3. *Preces promittuntur et expetuntur.*

Roma, 27 Februarii 1834.

1. — Accepi carissimas Rae Vae litteras, d. 31 Ian., ac de notitiis gratias ago maximas. Divina Bonitas porro bona dona sua conservet ac promoveat! Socio suo suaviter et efficaciter persuadere conetur, ut multum studeat cognitioni et amori Iesu Christi, Ducis nostri, ex libello *Exercitiorum Spiritualium.* Nullum efficacius medium, evitandi laqueos et etiam *illusiones* daemonis ac mundi. Quid superfluum, nitor vestium, et ceterae quisquiliae, cum *Socio Iesu* [1]?

Christi cognitionem et amorem inculcet socio suo; cetera enim nobis pro quisquiliis habenda!

2. — Quantum ad matrimonia mixta *in ecclesia* celebranda, positis duabus illis condicionibus, *sine quibus non* [2], egi cum iis ad quos pertinet, etiam cum ipso Summo Pontifice. *Auctoritate debita instructus dico, posse Ram Vam agere, prout egit P. Beckx, et prout moris est in Germania.* Sancta Sedes quidem facultatem huiusmodi publico decreto nec sancit, nec sancitura videtur. Sed pro religionis bono *dissimulat sciens* [3]; et hoc sufficit pro casu vestro. In hunc sensum scribetur etiam ad Nuntium [4]. Itaque R. V. fidenter agat, quod pro Ecclesiae bono necessarium est [5].

De matrimoniis mixtis, tolerandus abusus, qui in Germania invaluit, positis tamen duabus condicionibus *sine quibus non.*

3. — Ra Va debitam habeat valetudinis curam! Socium suum meis verbis plurimum salutet. De sacrificiis ac votis gratias ago maximas. Vos item vestraque omnia frequens Domino Deo commendo. Pergite mei et universae Societatis memores esse in SS. SS.!

Preces promittuntur et expetuntur.

Germ., I, 220.

(1) Huius monitionis opportunitatem facile perspiciemus, si memores fuerimus singularium vitae condicionum, in quibus duo Patres Coethenses versarentur (Cf. epist. CLXXI).

(2) « Ecclesia super impedimento mixtae religionis non dispensat, nisi: 1°. Urgeant iustae ac graves causae. 2°. Cautionem praestiterit coniux acatholicus de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo, et uterque coniux de universa prole catholice tantum baptizanda et educanda » (*Codex Iuris Can.*, c. 1061, § 1). De tota vero lite illa, cf. infra, epist. CXCVI.

(3) Benigna illa Matris Ecclesiae *scientis dissimulatio*, seu misericors tolerantia, neque quid novi tunc erant, neque Germaniae propria; sed pluribus locis ad nostros usque dies communis permansit.

(4) Nuntius Apostolicus in Bavaria gaudebat etiam titulo *Vicarii Apostolici* pro Ducatu Anhalt-Coethen (PFÜLF, p. 494).

(5) *Bono Ecclesiae* aliquoties saltem profuisse matrimonia illa mixta inde apparet, quod in *Convictu* Coethensi plures alumni ex iis oriundi erant: « ... ein kleines Konvikt, mit 21 Internen, Kinder der Diaspora und meistens aus gemischten Ehen stammend » (PFÜLF, p. 495).

CLXXIV.

Ad R. P. Nicolaum Godinot,

Estavayer.

1. *De* Collegioli *domusque totius optima gubernatione, gratias agit Deo. — 2. Patres tertiae probationis in virtute roborentur! — 3. Precibus preces rependet. — 4. De* Exercitiorum spiritualium *versione litterali: exemplum mittetur et iudicium requiritur.*

Roma, 28 Ianuarii 1836.

De *Collegioli* domusque totius optima gubernatione, gratias agit Deo.

1. — Gratias ago maximas Rae Vae de litteris trimestralibus. Ex Consultorum litteris item vidi, esse sane, quod gratias Divinae Bonitati agamus maximas, de statu Collegioli, et de Noviciatu [1], et de universae domus *gubernatione optima.* Est sane, quod Rae Vae maximo sit solacio in Domino.

Patres tertiae probationis in virtute roborentur!

2. — Quae Ra Va de Patribus tertii anni *plerisque* scribit, *nigriora* sunt, quam ut spem multam faciant [2]. Utinam tamen aliquando sese excutiant isti boni viri, ac serio cogitent, qualenam ex ipsis exspectetur *novum militanti Ecclesiae subsidium, S. Ignatio* auctore ac Duce! Per S. Patrem dicitur, in eius Oratione, Deus « Ecclesiam roborasse » [3]. Quomodo roborabunt Ignatii filii tam infirmi, tam debiles *spiritu? Milites, milites, milites Christi!!!* Ne tamen desperemus. *Humilient se in omnibus et coram Deo invenient gratiam.*

Precibus preces rependet.

3. — De precibus, ac votis pro me factis, gratias item ago Rae Vae maximas, par pari lubens volensque referens et relaturus porro.

De *Exercitiorum Spiritualium* versione litterali: exemplum mittitur et iudicium requiritur.

4. — Ra Va per P. Drach [4] quaesiverat S. P. Exercitia hispanice? Novam hic editionem faciemus libelli, addita versione *litterali,* ex hispanico autographo [5]. Eius exemplar *unum,* inter alia plura, dedi Rae Vae peculiariter destinatum.

---

(1) P. Nicolaus Godinot (de quo supra, epist. V, VII, CLXII) Rector erat Collegii Staviacensis, a die 23 Ian. 1830. Praeter *Collegiolum* recens apertum (Burnichon, II, 52), aderant eodem loco Patres tertiae probationis 10, Novicii Scholastici 12, Novicii coadjutores 10 (*Catal. Prov. Germ. Sup. S. I.*, 1836, pp. 20-22).

(2) Plerique Patres illi non Germaniae sed Galliae Provinciae erant adscripti. Idem de noviciis dicendum (Cf. Burnichon, II, 164, 173). Acerbum fortasse nimis fuisse iudicium Patris Instructoris existimamus, dum legimus apud laudatum auctorem (p. 198): « ... à Estavayer, [entre] les Pères du Troisième an, [se trouvèrent] plusieurs religieux, parmi ceux que la jeune Province de France s'honore d'avoir formés: Raymond Estève, Xavier de Ravignan, Ferdinand Brumauld, Louis Garnier, Pierre Cotain, Arthur Martin, Pierre Chaignon, etc. ». Fatemur tamen e viris illis clarioribus nullum in Staviacensi domo inventum fuisse *hoc anno* 1836.

(3) Ut omnes norunt, tota illa Missae Collecta, in festo B. P. Nostri Ignatii, bellicum quid sonat: « Deus, quí ad maiorem tui nominis gloriam propagandam, *novo* per Beatum Ignatium *subsidio militantem Ecclesiam roborasti*, concede: ut eius auxilio et imitatione *certantes* in terris, *coronari* cum ipso mereamur in caelis ».

(4) De P. Ioan. Bapt. Drach, vide epist. CLXVII, not. 1.

(5) « La prima sua (Patris Roothaan) edizione degli *Esercizi* venne alla luce nel 1835; nel 1838 apparve la seconda ». etc. (Pirri, cap. XI, § 4).

Cum illud acceperit Ra Va et more suo meditabundus inspexerit, avebo ex ipsa scire, an operae pretium videatur, quod factum est. Utinam cum Exercitiorum S. P. *studio* et *usu* (6), et eorum scilicet *applicatione practica* a singulis *sibi ipsis* facienda, spiritus S. P. in omnibus nobis augeatur!

SS. SS. me valde commendo.

Germ., I, 277.

CLXXV.

AD R. P. NICOLAUM GODINOT.

Estavayer.

1. *Veteris amicitiae meminisse iuvat et grato animo.* — 2. *Iterum de studio et usu* Exercitiorum; *quantum id valeat ad* spiritum bonum *consequendum.* — 3. *Animadversiones libens accepit, quibus libens quoque utetur in futura libri editione.* — 4. Dolor *ille* capitis *inter PP. Tertiae Probationis saeviens, sanabilis est, per Dei gratiam et ipsorum humilitatem.* — 5. *Modus gubernandi Provinciam, ceteroquin optimam, mutari debuit.*

Rome, le 30 Mars 1836.

Veteris amicitiae meminisse iuvat et grato animo.

1. — Je ne saurais assez vous remercier, mon excellent Père, de votre lettre du 14-18 Février. Seulement, votre effusion de coeur sur nos anciennes relations m'a grandement humilié. Laissez, je vous en prie, les reproches de conscience, et tout ce que vous dites pour justifier ces sentiments, à l'*ancien compagnon* (1), qui est en possession de tout cela (2), malheureusement: il le sait, il le sent. Il sait aussi et il sent le bien, que lui a fait cette époque de sa vie, hélas! trop courte; et il ne cesse de remercier l'aimable Providence, qui lui a ménagé cette bonne occasion. *Confitebor tibi in directione viae et cordis* (3).

(6) Eadem verba titulum praebuerant *Litteris encyclicis* Patris Roothaan, paucos ante menses editis: « De Exercitiorum Spiritualium B. P. N. studio et usu ».

(1) *Socii* nomen intellige hic stricto sensu; quondam enim (1821), cum vix erecta esset *Vice-Provincia Helvetiae*, Praepositusque illi esset Pater GODINOT, is in *Socium* sibi elegit Patrem Roothaan, e Russia exsulem. « Als Begleiter und Sekretär hatte er (Godinot), sich den rechten Mann ausgesucht, den die Vorsehung ihm eigens dafür aus Russland zugeführt zu haben schien, P. Johannes Roothaan ». PFÜLF, p. 118.

(2) Gallica haec verba non omnino clara, nec satis apta videntur, sed earum interpretatio, ni fallor, recta haec erit: « Les *reproches de conscience*, par lesquels vous *justifiez vos sentiments* (de regrets, de remords, etc.) doivent se trouver bien plutôt chez votre *ancien compagnon:* c'est lui *qui est en possession de tout cela, malheureusement* ».

(3) Allegatus versus (Ps. CXVIII, 7) sic habet: « Confitebor tibi in directione cordis »; totus autem Psalmus ille, ut omnes norunt, *vias* Domini decantat. Licuit

Iterum de studio et usu *Exercitiorum;* quantum id valeat ad *spiritum bonum* consequendum.

2. — J'ai été fort aise de voir que, vous aussi, vous pensez que le travail fait sur le *Livre des Exercices* ne sera pas inutile (4). Il me semble toujours, comme je l'ai dit dans l'Encyclique, que, si nous obtenons des Nôtres ce *studium et usum* (ce dernier surtout, l'application *pratique,* chacun commençant de soi-même à mettre en pratique les conclusions qui découlent de l'intelligence des *Exercices),* tout, tout ira pour le mieux. Je ne sais presque pas demander autre chose que ce *Spiritum bonum!* Je dirais volontiers, pour la Compagnie: *Hoc solum si obtineam, sufficit!* Et [pour] ce *Spiritus bonus,* quel moyen plus efficace que celui des Exercices?

Animadversiones libens accepit, quibus libens quoque utetur in futura libri editione.

3. — Votre remarque sur la première note au sujet du mot *principium,* me semble très juste. Je vous en remercie bien. Cela servira, comme toute autre remarque qui pourrait me venir, pour une autre édition (5). Cette fois-ci, comme je crois vous l'avoir dit, il n'en a été tiré que 250 exemplaires. J'ai commencé un travail pour une seconde; mais j'ai si peu de moments libres! Il passe des mois entiers, que je ne puis m'en occuper. Enfin, *comme* le bon Dieu voudra, et *quand* il voudra, *si* vraiment il le veut. En tout cas, mon révérend Père, vos réflexions me seront toujours très agréables, et très utiles; ainsi, continuez, je vous en prie.

Dolor ille *capitis,* inter PP. Tertiae Probationis saeviens, sainabilis est, per Dei gratiam et ipsorum humilitatem.

4. — Pères de troisième année (6)... Hélas! Oui, si c'est *mal de tête,* il ne peut y avoir grand espoir. Malheureusement, c'est le mal de notre époque. Comme ce que les Italiens appellent *testa quadra* (7), est devenu rare! On dirait que ce *mal de tête* fût une espèce d'influence physique, qu'il fût dans l'atmosphère! Mais l'état du monde en général est tel; et c'est bien nécessairement de ce monde, tel qu'il est, que les sujets nous viennent. Il n'y a que la grâce de Dieu, mais une grâce presque miraculeuse, qui puisse guérir ce *mal de tête.* Quand toutefois la volonté est bonne, quand au moins un peu de véritable humilité ne manque pas, on peut espérer de prévenir au moins en grande partie les effets du *mal de tête,* dont le remède est l'obéissance. Enfin, faisons, mon bon Père, ce que nous pouvons; ne désespérons pas d'obtenir quelque chose au moins; prions, et le bon Dieu en tirera sa gloire.

---

ergo Patri Roothaan verba haec addere: *et viae,* innuens quantum momentum habuisset *Socii* munus, apud Patrem Godinot quondam exercitatum, in futuram suarum *viarum directionem.*

(4) Vide in epist. priore CLXXIV, not. 5-6, quae de *Exercitiorum* editione a P. Roothaan tunc praeparata diximus.

(5) Qui seriem versionum *Exercitiorum* a P. Roothaan editarum perlustraverit, plane videbit haec verba non fuisse vanae humilitatis protestationes, nec promissiones affectu vacuas. De variis illis editionibus dicit Pirri, cap. XI, § 4: « ... nel 1838 apparve la seconda, con note più abbondanti che nella precedente; ritocchi e aggiunte furono fatti pure nelle seguenti edizioni, del 1847 e del 1852 » ... *etc.*

(6) De Patribus, qui tunc tertiam agebant probationem in domo Staviacensi, vide epist. CLXXIV, not. 2.

(7) Hoc italicum verbum gallico respondet, apud Montaigne usitato: « la teste bien faicte » (Montaigne, *Essais,* l. I, ch. 26).

5. — Vos observations sur le gouvernement du P. D. ([8]) sont précisément celles que j'avais faites depuis longtemps; il y a plus, quelque chose de semblable semblait avoir lieu dans le gouvernement de la Province: c'est bien à cette méthode, de vouloir faire les choses trop *immédiatement* par soi-même, qui a été tenue par quelques Supérieurs, que je crois devoir attribuer certains inconvénients qui sont dans cette Province, d'ailleurs si bonne et si bien animée. J'ai cru, avec les Pères Assistants, qu'il fallait absolument la faire sortir de cette espèce d'ornière. Vous avez dû avoir déjà connaissance des changements ([9]). Que le Seigneur daigne y donner sa Bénédiction! — Modus gubernandi Provinciam, ceteroquin optimam, mutari debuit.

Adieu, mon bon Père, Je vous souhaite, ainsi qu'à toute votre maison, *Sanctum ac beatum Alleluia*, et me recommande instamment à vos SS. SS.

Germ., I, 289.

CLXXVI.

AD R. P. IOANNEM NEPOMUCENUM GALICET ([1]),
[Rectorem Convictus]

Fribourg.

1. *Solacium attulerunt boni nuntii.* — 2. *Minus autem, quod balneorum aedificationem spectat; quia timendus est abusus.* — 3. *Nobis enim contra effeminatam hodiernae iuventutis educationem luctandum est.* — 4. *Oblationibus sic dictis spontaneis parentum non fidendum!*

Roma, 5 Iulii 1836.

1. — Respondeo ad carissimas litteras Rae Vae, d. 8 Maii. Valde me consolantur ea, quae Ra Va scribit de alumnorum disciplina, pietate nec non de assidua ad studia applicatione. — Solacium attulerunt boni nuntii.

([8]) Haud temere censemus agi de P. IOANN. BAPT. DRACH (de quo supra, in epist. CLXVII, not. 1), qui Rector tunc erat Collegii Friburgensis; mox autem (10 Aprilis eiusdem anni 1836), Rector renuntiatus est collegii Suitensis inchoati *(Schwyz)*, uti videbimus infra (epist. CLXXVII). Eius locum Friburgi occupavit P. IACOBUS ROH, *Germaniae Sup.* (1794-1811-1841), qui antea in eodem collegio docebat theologiam moralem, simul cum munere *Admonitoris* (De eo, vide epist. CLXXXIII, not. 1).

([9]) Paucis ante diebus, 19 Martii 1836, in locum Patris STAUDINGER, *Praep. Prov. Germ. Sup.* (de quo vide epist. CLIX, not. 1) suffectus erat P. IGNATIUS BROCARD (1793-1814-1852), qui hoc munus ad diem usque 17 Aprilis 1839 obtinuit (Cf. epist. CLXXXI, infra).

([1]) In codice nostro apographo nomen illius Patris multoties invenitur et semper scribitur *Gallicet;* in *Catal. Prov. Germ. Sup.*, sicut apud BURNICHON, VIVIER, alios, scribitur *Galicet.* Ceteroquin, authenticum eius nomen erat: P. IOANNES NEPOMUCENUS GALICZ, *Galicianae*, (1794-1810-1876). « Galicet était son nom francisé... (il) était de nationalité polonaise, mais avait été versé dans la province de France, lors de l'expulsion de Russie. Il gouverna le pensionnat de Fribourg (i. e. Convictus alumnorum, *non* Collegium NN.) d'abord avec le t tre de préfet général (1829-1830),

Minus autem, quod balneorum aedificationem spectat; quia timendus est abusus.

2. — Quod autem veluti rem iucundissimam mihi exponit, scilicet balneorum in suburbano praedio constructionem, non eodem equidem modo considerandum existimo; vereor enim ne, cum tanta fuerit balneis utendi facilitas, ipsa quoque usus frequentia augeatur; nec modo alumnis verum etiam et Nostris imaginaria, ut ita dicam, illius remedii necessitas ingeratur, id quod gravibus incommodis non careret (²).

Nobis enim contra effeminatam hodiernae iuventutis educationem luctandum est.

3. — Societas, a sua in orbe restitutione, luctandum continuo habuit, habetque etiamnum, contra perversas doctrinas, frivolamque iuventutis instructionem et contra mollem et effeminatam educationem. Contra primum obstaculum per Dei gratiam iam aliquid est effectum: sperandum fore ut sana et solida instructio in scholis nostris aliquando plene reflorescat (³). Quoad alterum obstaculum, dubito an idem dici possit. Videntur convictus nostri moderni multum distare ab antiqua simplicitate; Superiores nimis condescendere ad effeminata parentum placita; graviores fieri sumptus ad mere delectabilia, ad luxum quemdam, *etc.*

Oblationibus sic dictis spontaneis parentum non fidendum!

4. — Scribit Va Ra parentes et amicos ad constructionem dictam generose, sponteque, obtulisse pecuniam; credo libenter; sed etiam scio fieri saepe a parentibus querelas de sic dictis spontaneis oblationibus! Prudentius foret illas ne provocare quidem, nec nisi difficillime admittere.

Germ., I, 296.

---

puis avec celui de Recteur, du 9 Février 1931, jusqu'à la fin de l'année scolaire 1840 » (Burnichon, t. II, p. 52). Successorem habuit P. Aloisium Geoffroy (de quo supra, in epist. CLXVI, not. 1). De P. Galicet vide etiam epist. CLXXXVI.

(²) Prudentia P. Roothaan eo clarius in his monitionibus elucet, quod ipse e Neerlandia oriundus erat, ubi balneorum usus iam tum invaluisse coeperat.

(³) Diximus, quantum P. Roothaan laboraverit, ut antiqua *Ratio Studiorum* S. I. modernis necessitatibus aptaretur, servatis tamen *sanae* et *solidae instructionis* principiis (Cf. Pirri, cap. XI, § 6, 7, 8).

CLXXVII.

AD R. P. IOANNEM BAPTISTAM DRACH ([1]),
[Rectorem Collegii inchoati]
Schwyz ([2]).

1. *Suitense Collegium feliciter inchoatum esse, laetus rescivit et Rectori gratulatur.* — 2. *Acceptam dono pecuniam nuntiat et depositam servat.* — 3. *Hortatur, ut accepti et expensi rationes Rector accuratius servet.* — 4. *Eoque impensius, quod id negligere solitus prius erat.* — 5. *Residuum ex administratione Friburgensi ad Collegium Suitense transferre non licebat.* — 6. *Rector ergo deinceps ne omnia facere solus per se velit.* — 7. *Animadversionem bono accipiat animo! Multa enim egregie gessit.* — 8. *Sacro ministerio non attendendum, nisi cautissime.* — 9. *Chartam quisque suam teneat!*

Roma, 8 Novembris 1836.

Suitense Collegium feliciter inchoatum esse, laetus rescivit et Rectori gratulatur.

1. — Gratulor Rae Vae de iam inchoato Collegio; nec dubito, quin *bene* inceptum sit, unde Ra Va cum suis iam dimidium facti habent. Cognovi ex foliis publicis die 11 Oct. ([3]) ingressum Nostrorum isthic fuisse celebratum; et ex Illmo et Revmo D. Viale Prelà, qui nos invisit die 4 huius, festo S. Caroli (felicibus sane auspiciis pro Helvetia Catholica) debuisse scholis initium fieri. Iamque ad centum numerari scholares! Deus porro adsit, promoveat, perficiat opus, suum utique multo magis quam nostrum!

Acceptam dono pecuniam nuntiat et depositam servat.

2. — D.nus De Man, Belga, qui Romam venit, cognatus D.nae De Ghyseghem, quam certe noverit Ra Va, Societatis in Belgio insignem benefactricem, dedit nobis pro Coll. Suitensi scuta gallica (Fr. 5) viginti, volens et ipse, ut aiebat, suum impendere obolum in istud bonum opus ([4]). Hanc summam hic et in rationibus Prov. Germaniae Superioris ponendam curavi; et Ra Va illam a P. Procuratore Provinciae recipere poterit.

Hortatur, ut accepti et expensi rationes Rector accuratius servet.

3. — Hac occasione, non possum non impense commendare Rae Vae, ut rationes omnes accepti et expensi accurate servet, vel potius servandas curet a *Procuratore*, Patri Provin-

([1]) Iam pluries de P. DRACH actum est (v. g. epist. CLXVII, not. 1; epist. CLXXIV, not. 4); diximus quare a Friburgensi Collegio ad Suitense fuerit missus (epist. CLXXV, not. 5). Huic autem ab incepto praefuit (1836) ad annum usque 1844 (KOCH, 1633-1634).

([2]) Historia Collegii Suitensis summatim narratur apud KOCH, *l. cit.*; fusius autem apud PFÜLF, pp. 370-399.

([3]) Festivum illum diem narrat PFÜLF, p. 372. Dicit tamen KOCH: « Die Schule, von der Wohnung der Jesuiten entfernt, wurde 4. 11. 1836 ... eröffnet »; quod confirmat PFÜLF, *l. cit.* Numerabantur iam a prima illa die alumni 75, e variis Helvetiae partibus. De Excmo Dno VIALE PRELÀ, cf. epist. CXCVI, § 1.

([4]) Inde elucet nummorum Gallicorum quanti esset pretium, temporibus illis. Immo narrat KOCH, *l. cit.*: « Beim ersten bekanntwerden des Planes (1836) brachte eine arme Magd ihre Ersparnisse: 3 Louisdor » (*sic*). Vide etiam PFÜLF, p. 371.

ciali suo tempore reddendas, ut omnia fiant iuxta Instituti nostri leges (5), et iuxta rationem nostrae paupertatis; quae, ubi rationes non redduntur, nullo modo constare potest.

Eoque impensius, quod id negligere solitus prius erat.

4. — Hoc eo impensius commendo, quod nuper intellexi, Ram Vam in praecedenti sua administratione (6) solitam fuisse rationes hoc modo reddere: Acceptum *tantum;* expensum *tantum:* remanet *O;* postea vero, cum administrationem relinqueret, rogasse P. Provincialem, ut residuum... tamquam oeconomiae suae fructum pro Collegio Suitensi exportare liceret; id quod P. Provincialis concessit.

Residuum ex administratione Friburgensi ad Collegium Suitense transferre non licebat.

5. — Equidem, non dubito, quin optima fide ista omnia gesta sint; (7) sed non video, quomodo ista recte geri potuerint. Certe, si illud residuum erat vere ex administratione pecuniarum ipsius Collegii Friburgensis, quaecumque industria in administratione adhibita non potuit facere, ut residuum illud non esset proprietas eiusdem Collegii Friburgensis (Cuius enim esse poterat? Administratoris religiosi, certe, non poterat esse). Unde, nec Ra Va potuisset illud accipere, nec P. Provincialis dare. Poterat hic utique ex cassa Provinciali subsidium ferre; ex propriis alterius Collegii redditibus, non poterat.

Rector ergo deinceps ne omnia facere solus per se velit.

6. — Ne quid ergo in nova ista administratione erretur similiter, omnino caveat Ra Va, ne omnia facere solus per se velit (8); sed cuique munus agere suum permittat: ut Procuratori, suum; invigilando, ut recte gerat ille, prout Rectoris officium requirit; neve, quod aliquando dicitur, omnia agere velit cum nescio quo mysterio, ipsis etiam Superioribus suis, nedum Consultoribus abscondito.

Animadversionem bono accipiat animo! Multa enim egregie gessit.

7. — Hanc observationem Ra Va eo, quaeso, animo accipiat, quo a me proponitur: quo scilicet eximiae dotes, quibus Ra Va praedita est, ad magna et ardua negotia conficienda, pleniorem ferant cum divina Benedictione fructum; quae certe eo copiosior a Domino descendet, quo accuratius iuxta formam et modum Instituti nostri omnia nostra accommodabimus. Multa porro retulit mihi D. Viale: quam Ra Va egregie rem Suiti gesserit; quam accepta sit istis Dominis, et quanta spe-

---

(5) Ratio accepti et expensi, atque domesticae oeconomiae, quam accurate debeat a Procuratoribus servari, notari, reddi, *etc.* fuse explicatur in *Instituto* S. I., t. III *passim* et summatim p. 694.

(6) De *praecedenti* illa Patris Drach administratione conquerentem audivimus P. Roothaan (epist. CLXXV, not. 5).

(7) Pro consueta sua benignitate, P. Roothaan ad P. Godinot eodem fere die (10 nov. 1836) scribebat: « Tout ce que vous me dites sur cet excellent P. D(rach) est tres juste . . . Il est bien certain que cela n'était pas du tout en règle. Et je n'ai pu me dispenser d'en écrire à lui-même . . . Mais tout se faisait *bona fide;* je pense même, *optima;* et c'est un grand passeport! » (Vide epist. immediate sequentem).

(8) Paulo superius legebamus: « C'est bien à cette méthode, de vouloir faire les choses trop *immédiatement* par soi-même, qui a été tenue par quelques Supérieurs, que je crois devoir attribuer certains inconvénients » ... *etc.* (epist. CLXXV, § 4). Idem sonat finis praesentis epistolae: « Chartam quisque suam ... sub chori magistro! » (Cf. etiam, epist. CXCVII, not. 5).

rentur bona; quae omnia plena sunt solacii. Dominus porro assistat, et benedicat (9)!

8. — Etsi optandum, ut aliquid etiam in sacro ministerio fieri possit, putarem tamen non esse festinandum, etiam ne Cleri in religiosos excitetur invidia; quae semper quidem, sed praesertim in initiis vitanda est, quantum fieri potest. Aliunde meminisse necesse est, praecipuum finem isthic esse scholarum bonam institutionem, cui proin totos sese impendere isthic Nostros convenit.

Sacro ministerio non attendendum, nisi cautissime.

9. — Omnes Nostros carissime saluto; omnes, precor, *chartam* quisque *suam*, ut in musico concentu, teneant prae oculis, et bene exsequi curent, sub Ra Va, ut *chori magistro*. Ita praeclara nascetur harmonia, quae coelum terramque recreabit!

Chartam quisque suam teneat!

Germ. Sup., 1.

CLXXVIII.

Ad R. P. Nicolaum Godinot,

Fribourg.

1. *Duplicem laetitiam attulerunt eius litterae.* — 2. *Tres Praefectos rerum spiritualium celebrat.* — 3. *Iterum de libro* Exercitiorum, *inter Nostros primum divulgando.* — 4. *Paratur editio ipsius libelli solius.* — 5. *Editio recens facta, ad omnes domos missa, sed non ubique rite accepta.* — 6. *De P. Drach eiusque temporali administratione.* — 7. *Textus* Exercitiorum *hispanicus, ipsi P. Suarez ignotus, praecipue colendus et iterum in lucem edendus.* — 8. *Textum quoque* Constitutionum *et* Litterarum *S. P. N. authenticum edere, iuvaret quidem, sed per tempus non licet.* — 9. *Item de Commentario P. Palma in* XX Annotationes; *attamen ipsis verbis S. P. N. ante omnia haerendum!* — 10. *Iuvant optimae notae de P. Schlosser.* — 11. *Munus admonitoris confidenter impleat!* — 12. *Iterum de valetudine curanda, absque timore scandali.*

Rome, 10 Novembre 1836.

1. — Votre lettre du 16-21 Oct. m'a fait éprouver une grande consolation; d'abord parce que, à la voir seulement, l'écriture même me donna la nouvelle de votre santé améliorée, avant même de lire ce que vous m'annoncez sur ce point à la fin de la lettre; et puis le contenu de la lettre, non seulement très intéressant, mais aussi, en grande partie, consolant.

Duplicem laetitiam attulerunt eius litterae.

(9) Dum errorem reprehendit, erranti animum addit bonus P. Generalis et res aliunde bene gestas celebrat paternis laudibus.

Tres Praefectos rerum spiritualium celebrat.

2. — Je ne puis assez vous exprimer, mon bon Père, comme je suis content de voir de véritables Pères Spirituels dans les deux maisons de Fribourg [1]. C'est un emploi dont la nécessité est aux communautés, comme celle de l'âme au corps; et pour lequel cependant il est si difficile, dans la présente *adolescence* de la Compagnie [2] de trouver des sujets comme il en faut! La Province de Germanie Supérieure a fait un grand pas cette année-ci avec cela seul, que ses trois maisons principales sont si bien pourvues sous ce rapport; car Brigue [3] l'est aussi. J'en bénis le Seigneur, et le supplie de nous conserver ces trois bons Pères, qui seront un bien immense avec sa bénédiction.

Iterum de libro *Exercitiorum*, inter Nostros primum divulgando.

3. — Vous aurez une belle occasion, mon révérend Père, de faire mieux et mieux connaître, et plus et plus goûter le grand don que Dieu nous a fait dans le *Livre des Exercices* de N. S. P. Ignace. Vous me disiez, une fois, que sous ce rapport on était en arrière dans cette Province-là; et c'était bien vrai, comme c'était vrai pour quelques autres Provinces aussi. J'espère pourtant, peu à peu. Dans l'*Encyclique*, j'ai conjuré nos Pères partout [de mieux connaître et goûter] ce qui peut et doit nous être vénérable et cher; et certes ce n'était pas *pro forma* que je m'exprimais ainsi; mais, *non omnes capiunt verbum hoc* [4]. Avec le temps, j'espère; et ce sera surtout par le moyen des PP. Maîtres des Novices, des PP. Instructeurs de Troisième Probation, et... des PP. Spirituels [5].

Paratur editio ipsius libelli solius.

4. Une édition du petit Livre seul est demandée, et elle se fera sous peu, j'espère, avec les variantes de plus d'importance, mais sans autres notes [6].

Editio recens facta, ad omnes domos missa, sed non ubique rite accepta.

5. — Quant à l'édition faite ici l'année dernière, en 250 exemplaires seulement, j'ai eu soin d'en envoyer tel nombre dans les Provinces, qu'il y en eût dans chaque maison un, deux, trois exemplaires, ou même plus, selon les communautés plus

---

(1) In Friburgensi *Collegio*, *Praefectus rerum spiritualium* erat ipse P. Godinot (*Catal. Prov. Germ. Sup.*, 1837, p. 7). In Friburgensi autem *Convictu*, P. Balthasar Rudolf (de quo supra, epist. CLIX, not. 3; epist. CLXIX, not. 4), similiter *Praefectus rerum spiritualium* erat, sed «*pro NN. germ.*», ut notatur in *Catal.;* ineunte anno scholastico, accessit, ut *Praefectus rerum spiritualium* «*pro NN. gall.*», P. Aloisius Geoffroy, de quo egimus supra (Cf. epist. CLXVI, not. 1).

(2) Solebat P. Roothaan repetere (ut iam pluries notavimus) non posse a rediviva Societate id exigi, quod antiqua suis temporibus praestiterat, viris ac viribus florens (Cf., i. a., epist. CLXV, not. 6).

(3) In Brigensi Collegio *Praefectus rerum spiritualium* renuntiatus recenter erat P. Georgius Staudinger, de quo supra (Epist. CLIX, not. 1).

(4) Encyclica illa, die 27 Dec. 1834 a P. Roothaan ad omnem Societatem missa, revera tota est (ut relegenti statim patebit) ad inculcandum Nostris « studium et usum » *Exercitiorum*. Vide epist. CLXXIV, not. 6.

(5) « Bien que je fasse cette recommandation à tous nos prêtres, je l'adresse d'une manière plus spéciale aux Supérieurs et aux Préfets des choses spirituelles... De plus, je désire que les Maîtres des Novices et les Instructeurs du Troisième An se l'appliquent d'une manière plus particulière encore »... *etc.* (*Lettres choisies des PP. Généraux*, Lyon 1878, tome II, p. 117).

(6) Cf. supra, epist. CLXXIV, not. 5.

ou moins nombreuses, et j'avais même marqué distinctement la distribution qu'on devait en faire. Ce que vous venez de me dire des feuilles qui avaient servi d'enveloppe... me fait craindre que cette commission ait été mal exécutée par le P. Procureur de Germanie Supérieure, le P. D. (7), auquel les exemplaires avaient été remis.

De P. Drach eiusque temporali administratione.

6. — Tout ce que vous dites sur cet excellent P. D., est très juste. Je n'ignorais que le fait particulier récent d'économie, qui cependant m'est aussi revenu, depuis, de la part d'un autre Père (8). Il est bien certain que cela n'était pas du tout en règle. Et je n'ai pu me dispenser d'en écrire à lui-même; je l'eusse fait depuis longtemps, sur bien des choses, si son Supérieur d'alors ne m'eût pas retenu plus d'une fois. Une tendance au *mystérieux* était un peu trop en vogue. Quant au temporel, je vous avouerai que depuis longtemps j'avais observé que l'*amicorum omnia communia* était expliqué par là et pratiqué d'une manière toute nouvelle; c'est bien ce qui m'a fait souvent craindre beaucoup pour cette Province; mais tout se faisait *bona fide*, je pense, même *optima*, et c'est un grand passeport! On ne paraissait pas même comprendre qu'il y avait là quelque chose qui clochât (9).

Textus *Exercitiorum* hispanicus, ipsi P. Suarez ignotus, praecipue colendus et iterum in lucem edendus.

7. — Je reviens encore à ce que vous dites des *Exercices*. Les Espagnols, oui; mais là aussi, dans les années précédentes, on avait presque perdu de vue le texte de S. Ignace. J'ai été étonné, on ne peut plus, de voir que le P. Suarez dans son Traité sur les Exercices (10), n'a pas consulté, à ce qu'il paraît, le texte espagnol. Car il pose certaines questions qui n'ont de fondement que dans la version vulgate, et qui s'évanouissent dès qu'on considère le texte original, texte dont il ne parle jamais, comme s'il n'existait pas (11). J'ajouterai encore que, dans les exemplaires espagnols imprimés, il s'est glissé plusieurs fautes, jusqu'à rendre le texte inintelligble. C'est pourquoi je pense aussi faire faire une fois une édition du texte en espagnol, *exactissimement* tel qu'il est dans le précieux original manuscrit; ce qui m'est d'autant plus à coeur, qu'on ne sait pas ce qui peut arriver: ce manuscrit peut se perdre!

Textum quoque *Constitutionum* et *Litterarum* S. P. N.

8. — Je continue à suivre les idées que vous m'avez exposées. Le texte primitif des *Constitutions*, des *Lettres* de

(7) Qui priores legerit epistulas, facile intelliget sermonem esse de P. Ioan. Bapt. Drach, de quo saepius antea diximus (Cf. v. g. epist. CLXVII, CLXXIV et praesertim CLXXVII).

(8) Agitur de translatione « residui » cuiusdam, ex administratione Collegii Friburgensis, ad inchoandum Collegium Suitense, facta ab eodem P. Drach, ut nuper legebamus (Epist. CLXXVII, not. 7).

(9) Iterum cf. epist. CLXXVII, not. 6.

(10) *Tractatus* ille non est nisi pars quaedam magni operis Patris Suarez *De religione*. (Cf. de Scorraille, S. J.: *François Suarez, de la Compagnie de Jésus*, Paris, Lethielleux, 1913. Tome II, p. 139 *sqq.*).

(11) Fortasse textum hispanicum non ignoravit P. Suarez, sed neglexit. Ut enim notat inclitus eius biographus: « Ce qui distingue son travail de la plupart des autres, c'est qu'il n'est un commentaire, ni un développement du texte; il en est l'explication et la justification théologique » (R. de Scorraille, *Op. cit.* p. 140).

authenticum edere, iuvaret quidem, sed per tempus non licet.

S. Ignace. Je ne doute pas qu'il y ait aussi là des trésors cachés. Ce que j'ai remarqué de particulier, c'est que dans la lettre de *Perfectione religiosa* de St Ignace ([12]), il y a dans le latin des choses extrêmement dures, qui, dans l'espagnol, sont dites avec cette discrétion qui caractérise tout ce que Notre S. Père a écrit. Mais tout ce qu'il y aurait à faire en ce genre demanderait des hommes et du temps. Pour moi, j'ai consacré et consacre encore les moments de vacance, quand je peux en prendre, aux *Exercices.* Si, après cela, je pouvais entreprendre ces autres choses, ce me serait bien aussi une véritable récréation. Il ne m'est pas permis de désirer quelque *malanno* ([13]), qui me rende incapable de la charge que j'ai, pour pouvoir être confiné dans une chambre *al tavolino;* mais alors, les choses dont nous parlons, me seraient une occupation bien douce, et qui ne serait pas inutile.

Item de Commentario P. Palma *in XX Annotationes ;* attamen ipsis verbis S. P. N. ante omnia haerendum !

9. — Vous me parlez aussi de certains ouvrages anciens, dont nous avons bien quelque chose ici; p. ex. nous avons un gros volume in 4° du P. Palma en espagnol sur les vingt *Annotations* ([14]). Il y a là certainement de très bonnes choses. Mais je voudrais toujours qu'on s'appliquât particulièrement à ce que dit S. Ignace lui-même, sans faire de si longs discours de notre propre fonds. Il est vrai, dans ce sujet, comme en tant d'autres, que *scribendorum librorum nullus est finis.* Mais c'est est assez sur cette matière.

Iuvant optimae notae de P. Schlosser.

10. — Les notes que vous venez, mon révérend Père, de donner sur le P. Schlosser ([15]), m'ont donné grande consolation. Je me souviens de l'avoir connu lors de son entrée dans la Compagnie, et j'en espérais beaucoup. Ces dernières notes donc m'ont fait doublement plaisir.

Munus admonitoris confidenter impleat !

11. — Dieu soit loué aussi, de ce que vous m'annoncez du P. R. ([16]). Oui, mon Père, faites avec confiance votre office d'Adm[oniteur]. Ce Père, aura, j'espère, le *cor docile,* que Salomon demanda *avant tout* au Seigneur, lorsqu'il se vit Roi

---

([12]) Celebris illius B. P. N. epistolae, die 7 Maii 1547 ad Patres et Fratres Conimbricenses missae, textus hispanicus invenitur apud *Monumenta historica S. I.*, Series I, t. I; pp. 495-510.

([13]) *Malanno* verbum est italicum, quod gallice *malheur, calamité* sonat; latine autem *infortunium.* — *Tavolino* item italicum est verbum, gallice *petite table* (à écrire); latine : *mensula.*

([14]) P. Ludovicus de la Palma (1559-1575-1641), ob suam *de Passione Christi enarrationem* notissimus, ingens opus scribere inceperat de *Exercitiis* S. P. N. (*Camino espiritual de la manera que lo enseña el Bienaventurado Padre S. Ignacio en su libro de los Exercicios*) ; cuius duos tantum tomos edidit, annis 1626 et 1629. Ipse in praefatione secundi, de primo scribebat :... « dicto meo tomo (primo), *Exercitiorum* libellum complecti non potui, quippe qui vix aliud quam viginti *Annotationes* in eo explicaveram »... (Cf. Sommervogel, t. VI, col. 150-155).

([15]) P. Georgius Schlosser, *Germaniae,* (1804-1821-1882) munere fungebatur *Prof. rhet. et Conc.* in Collegio Sedunensi. Professionem quattuor Votorum emisit die 2 Febr. 1839.

([16]) Rector Collegii Friburgensis erat, a die 10 Aprilis 1836, P. Iacobus Roh, ut supra diximus (Cf. epist. CLXXV, not 8).

d'Israël. Vos antécédents aussi, et votre âge vous donnent, même naturellement, de l'autorité auprès de ce bon Père [17].

Iterum de valetudine curanda, absque timore scandali.

12. — Vous terminez, mon bon Père, avec les bonnes nouvelles sur l'état présent de votre santé. Que le Seigneur vous la conserve; et vous aussi conservez-la; qu'elle gagne, tant mieux! Soyez tranquille sur le régime qu'on vous a obligé de suivre; je me charge très volontiers de la responsabilité que vous semblez redouter: *media ad finem.* Je vois en cela bien plus d'édification à espérer, que de scandale à craindre.

Je finis, en me recommandant à vos SS. SS.

Germ. Sup., 4.

CLXXIX.

Ad R. P. Iosephum Deharbe [1],

Fribourg.

1. *Gratias agit pro litteris.* — 2. *Difficilis in Bavaria apostolatus erit; sed fidendum est Deo et tempori.* — 3. Exercitiorum *usus iterum commendatur.*

Roma, 28 Decembris 1836.

Gratias agit pro litteris.

1. — Rae Vae litterae de suo itinere in Bavariam, non modo non molestae, sed *gratissimae* mihi fuere. Itaque gratias ago maximas optimo meo P. Deharbe, cuius memoriam servavi semper et servo dulcissimam.

Difficilis in Bavaria apostolatus erit; sed fidendum est Deo et tempori.

2. — Ex *tribus* illis modis, de quibus Ra Va scribit, tertius ille, quem pius ille Dei servus suggessit, sane praeplaceret, si a nobis penderet electio. Videbimus quid innuat Divina Providentia: hanc enim sequi nos, non autem *praevertere* decet, et necesse est. Quacumque ratione fieri poterit, iuvanda erit illa regio, olim tam sincere tamque ferventer catholica, pia, Mariana. Utinam, erecto Christi vexillo, ad illud quamplurimos congregare ibi detur, a saeculi vitiis et a *peccatorum caligine segregandos, reddendos gratiae, sociandos sanctitati!* Equidem id fore aliquando spero et confido in Domino [2].

[17] P. Godinot anno 1761 natus erat; P. Roh, 1794. *Auctoritatem* ergo apud hunc ille *naturaliter*, i. e. solo iam aetatis titulo, sibi assumere poterat.

[1] P. Iosephus Deharbe, *Germaniae* (1800-1817-1871) hoc anno inscribitur inter PP. Collegii Friburgensis: *Studet SS. PP., Expl. med. FF.* Is praesertim notus est ob celeberrimum *Catechismum* suum, anno 1847 primum in lucem editum, deinde in omnes fere Europae sermones versum. (De eo cf. Koch, c. 382; Sommervogel, II, 1875-1884; Vide etiam infra, epist. CC).

[2] Iam audivimus P. Roothaan, tristes in Bavaria condiciones lamentantem (Epist. CLXII, not. 5). Reque vera, etsi Patres aliqui in regno Bavariae passim praedicare potuerunt, non licuit Societati redivivae domos ibi stabilire ante annum 1867. (De quibus omnibus cf. Koch, sub v. *Bayern*, c. 166; sed et Pfülf, pp. 139 sqq.

Exercitiorum usus iterum commendatur.

3. — Pergat Ra Va animum fovere et spiritum S. P. N. ex libro *Exercitiorum* [haurire], in quo thesaurum habemus vere inexhaustum, *infinitum* (3).

Dominus porro Ram Vam benedicat! Commendo me SS. SS.

Germ. Sup., 13.

CLXXX.

Ad R. P. Nicolaum Godinot,

Fribourg.

1. *Gratias pro litteris reddit.* — 2. *Munus admonitoris audacter impleat!* — 3. *De quodam philosophiae professore Friburgensi eiusque erroribus; « Sanatio difficilis ».* — 4. *Pro P. Generali onusto, multum orandum.* — 5. *De valetudine curet: collegio enim utilis est.* — 6. *Pater philosophus iste P. Spiritualem suum amat et magni facit.*

Rome, 25 Février 1837.

Gratias pro litteris reddit.

1. — Je ne laisserai pas de vous remercier de votre bonne lettre, avec laquelle vous avez accompagné celles des Pères Consulteurs. Veuillez aussi les remercier de ma part (1).

Munus admonitoris audacter impleat!

2. — Quant à ce que vous me dites, mon révérend Père, sur votre office envers le P. R. (2): lorsqu'il s'agit de choses que vous entendez être remarquées aussi par d'autres, il me semble qu'il faut parler, quoique personne ne vous y stimule formellement. Le *cor docile,* que Salomon, devenu Roi, demanda au Seigneur, se trouvera, j'espère; tout me confirme dans cet espoir, et votre personne auprès de ce bon Père, et la leçon de l'année passée.

De quodam philosophiae professore Friburgensi eiusque erroribus; « Sanatio difficilis ! »

3. — Il y [en] a un autre, malade vraiment, pour lequel je réclame vos soins si bons et si salutaires. C'est le P. L. (3) qui, je sais, a confiance en vous, mon bon Père (4). A ce qui le trouble déjà — et ces troubles ne sont pas d'hier — il va se joindre, que ses écrits, déjà trop répandus malheureusement,

(3) Esi de *Exercitiis* ipsis nihil scripsit P. Deharbe, edidit tamen, anno 1849: *Examen ad usum cleri. praecipue sacerdotum sacra Exercitia obeuntium.* (Sommervogel, II, 1876).

(1) Liceat hic saltem, semel pro semper, notare quanta fidelitate et sedulitate P. Roothaan litteras suas incipere sit solitus, gratias pro acceptis litteris reddendo.

(2) Patet sermonem esse de Rectore Collegii P. Iacobo Roh, erga quem P. Godinot, licet aetate multo superior, munus suum admonitoris non sine aliqua timiditate exercuisse videtur (cf. epist. CLXXVIII, not. 16 et 17).

(3) De illius Patris nomine ambigere non licet: unus enim erat, inter Friburgiensis Collegii Patres, cuius nomen littera L inciperet, isque P. Fridericus Lückemeyer, natus 1801, Societatem ingressus 1820, de quo mox dicemus.

(4) Fiducia illa iterum significatur in *Post-scripto* praesentis epistolae.

contiennent bien des choses que nous ne pouvons approuver (5). C'est l'effet de son goût pour les modernes allemands, et il les loue trop souvent. J'ai vu moi-même ceci: il enseigne, p. ex., que le bonheur de l'homme ici-bas consiste aussi dans la possession des biens de ce monde; c. à. d. que cette possession, quoique subordonnée à la vertu, doit l'accompagner. St Augustin dit:... *Qui et Te habet, et illa; non propter illa beatior, sed propter Te beatus* (6). Je donne ceci comme un échantillon, et parce que cela m'a frappé au premier coup d'oeil. Mais j'apprends qu'il y a tant d'autres choses de nouveauté dangereuse...! Oh! si ce pauvre Père s'adressait àu P. Van Everbroeck, qu'il estime beaucoup, me dit-on, et dont il est aussi estimé (7)! J'avoue bien que la guérison de ce malade-là me paraît très difficile (8); cependant recommandons-la au Seigneur, et faisons tout ce que nous pouvons de notre côté.

Pro P. Generali onusto, multum orandum.

4. — Continuez, mon excellent Père, de vous souvenir de moi et de mon fardeau devant le Seigneur. Oh! comme il est lourd ce fardeau, pour *mes épaules!* Quelquefois le *Delectare* s'échappe (9); bien entendu, *mea culpa!*

De valetudine curet: collegio enim utilis est.

5. — Je vous recommande aussi, mon cher Père, le soin de votre santé, A. M. D. G. (10). On est si content et si heureux de vous avoir au collège! Je dis ceci, non pas par compliment, mais par mes relations et de bonne source. Ainsi: *iterum iterumque*, que le Seigneur daigne prolonger vos jours! Soyez tranquille, mon bon Père, il ne s'agit pas de *dies vacui.*

Pater philosophus iste P. Spiritualem suum amat et magni facit.

6. — P. S. Pourquoi ne dirais-je pas, que le P. L. (11), *de quo supra,* dit que le R. P. Godinot est un trésor pour le collège? Et j'y souscris de pleine conviction. Cette proposition est juste, et, malgré que puisse en avoir l'humilité, il est bon, mon Père, que vous sachiez que *ce Père* aussi vous estime et vous aime.

Germ. Sup., 17.

(5) P. Lückemeyer *Institutiones philosophicas*, quas Friburgi 1835 et 1836 docebat, in lucem edidit Bernae, apud officinam *autographicam* C. A. Jenni, absque nomine auctoris. Quas, cum pluribus obiectionibus materiam praebuissent, Romam ad recensionem mitti iussit P. Roothaan, ut mox dicemus (cf. epist. CLXXXI, not. 3). « Aus diesem Anlass wurde bestimmt, dass künftig solche Traktate nur mit dem Namen ihres Autors vervielfältigt werden dürften » (Pfülf, p. 261). De eodem P. Lückemeyer fusius agitur in sequentibus litteris. (Cf. praeterea Sommervogel, V, 165).

(6) Haec Augustini verba licet non potuerim reperire, plura tamen illis similia apud Hipponensem Doctorem inveni, unde constet Deum esse solam plenamque beatitudinem nostram, cui ne minimum quidem augmentum afferre possint bona creata (Cf. i. a. Migne, *Patr. Lat.*, XXXV 1995: XXXVII, 1740; XXXVIII, 1187).

(7) P. Cornelius van Everbroeck, *Romanae* (1784-1805-1863) natus quidem erat in Belgio, sed diu docuit in Collegio Romano (Sommervogel, III, 488). In *Catal. Prov. Rom.*, illo scholastico anno (p. 10), notatur: *Lect. Hist. eccl. et sacr. rit.; Cons. S. Off. et S. C. de Propaganda Fide*, etc.

(8) Adeo *difficilis* erat *sanatio*, ut *aeger ille* paucos post annos a Societate recesserit (1839). Anno autem sequenti obiit (Sommervogel, *loc. cit.*). Interea vero sollicitudo P. Roothaan illi non defuit (Cf. epist. CLXXXI, *sqq.*).

(9) Illud Davidicum effatum: *Delectare in Domino* (Ps. XXXVI, 4) iam pluries vidimus, quantum familiare esset P. Roothaan (Cf., i. e., epist. CLXVII).

(10) Cf. epist. CLXXVIII, not. 12. Licet valetudine esset parum firma, P. Godinot tribus mensibus octogesimum aetatis annum superavit.

(11) P. Fridericus Lückemeyer, de quo notulas vide 3, 5, supra.

CLXXXI.

Ad R. P. Ignatium Brocard ([1]),
Provincialem.

[*Fribourg?*]

1. *De codicibus Patris Lückemeyer absque debita recensione divulgatis. — 2. Codices isti, infensas novitates spirantes, ne amplius communicentur Scholaribus: immo retrahantur, sed sine strepitu. — 3. Professores NN. non debent a sententiis communiter receptis recedere. — 4. Quid de novis Germaniae doctrinis sentiendum.*

Roma, 25 Februarii 1837.

De codicibus Patris Lückemeyer absque debita recensione divulgatis.

1. — Praeter pauca illa, quae in inclusis litteris occasione animadversionum Patrum Consultorum dixi, de evitandis novitatibus in studiis philosophicis ac theologicis, aliquid in particulari scribendum mihi erat circa *Codices iuris naturalis et canonici*, a P. Lückemeyer exaratos; cum afferuntur ad me litterae Rae Vae d. 11 huius, ex quibus intelligo etiam Ram Vam de istius Patris indole sollicitam esse ([2]). Cum autem nihil dicat de illius doctrina, nec alii unquam hac de re ad nos scripserint, existimo Patrem L. suos illos codices libere pro suo genio compilasse, et quin a deputatis revisoribus examinarentur, machinae autographicae multiplicandos tradidisse; et ita factum, ut ad remotissimas etiam regiones asportarentur.

Codices isti, infensas novitates spirantes, ne amplius communicentur Scholaribus; immo retrahantur, sed sine strepitu.

2. — Ante paucos itaque dies, litterae ad me venerunt, in quibus gravissima censura notantur variae doctrinae, quae a P. L. in suo *Iure naturali* propugnantur. Eodem fere tempore, quidam hic Romae sacerdos saecularis, *Iur. Can. Prof.*, ad manus habuit Codicem Iuris Can. Patris L., atque non pauca tamquam inexacta, iuribusque Ecclesiae infensas novitates spirantia animadvertit. Utrumque igitur Codicem illico viris rerum peritis examinandum tradidi; sed non existimavi exspectare me debere, donec ad Ram Vam propositiones mittere possim, quae omnino corrigendae sint; res enim nimis gravis est, quam ut moras patiatur. Velit itaque efficaciter providere Ra Va, ut non solum non communicentur Scholaribus, sive nostris, sive externis, dicti Codices Iuris naturalis aeque ac Canonici, sed etiam retrahantur quotquot fuerint communicati; ita tamen procedendo, ut omnis omnino evitetur strepitus ([3]).

([1]) P. Ignatius Brocard, *Germaniae* (1793-1814-1852), in Helvetia natus, in America Septemtrionali mortuus, Praepositus tunc erat Provinciae *Germ. Sup.* a die 19 Martii 1836 (Cf. epist. CLXXV, not. 9). Quibus causis, vel casibus, ille fiduciam Patris Generalis obtinuerit, amiserit, rursum sibi humilitate simul ac meritis comparaverit, lepide narrat Pfülf, pp. 232-233.

([2]) Nuper diximus de P. Lückemeyer eiusque *Codicibus*, in notulis ad epist. CLXXX.

([3]) Ita factum fuisse testatur Pfülf, p. 261, ubi de Collegio Friburgensi temporibus illis agens, haec addit: « Nächst den Vorträgen aus der Physik waren jene

Professores NN. non debent a sententiis communiter receptis recedere.

3. — Necesse non est, ut Rae Vae exprimam, quanto dolore me res haec affecerit, quantumque me sollicitum teneat, cum sana doctrina et Societatis honor eo maiori exponantur discrimini, quo Friburgenses scholae factae sunt celebriores [4]. Quare etiam atque etiam Ram Vam moneo, ut meis verbis in memoriam Professoribus Philosophiae, nempe Logicae, Metaphysicae, et Ethicae seu Iuris naturalis, item Theologiae ac Iuris Canonici revocet et inculcet, quae in nostris *Constitutionibus, Ordinationibus* et *Ratione Studiorum* toties repetuntur: ne scilicet a communiter receptis Catholicorum Doctorum recedant sententiis [5]; maxime autem caveant, ne in definitionibus quidquam mutent seu innovent.

Quid de novis Germaniae doctrinis sentiendum.

4. — A Professoribus utiliter certe legi possunt recentiores praesertim Germaniae Philosophi ac Theologi; illos tamen minime sequi licet, nisi in quibus cum communi antiquorum sententia plane concordant. Nostris sane sufficere ad cautelam deberet, videre quos fructus arbor novarum doctrinarum a 50 et amplius annis in Germaniae Clero et populo protulerit et proferat quotidie. Nostra sane studiorum methodus praesenti generationi, maxime in Germania, non placet nec placere potest; sed numquid propterea Societati sua erit mutanda *Studiorum Ratio?* Nunc cum in variis Germaniae partibus non desint viri graves, qui de germanici systematis aptitudine vehementer dubitare incipiant, prudentia erit exspectare dies magis serenos [6].

Commendo me SS. SS.

Germ., Sup., 18.

---

aus dem Naturrecht zuerst autographiert worden. Letztere aber (von P. Lückenmeyer, *sic*) fanden den Tadel des Pater General und wurden schon bald ausser Gebrauch gesetzt ».

[4] Testimonia *celebritatis* illius, qua *Friburgenses scholae* tempore illo fruerentur, plura refert Koch, col. 607-658. Vide etiam infra, epist. CLXXXVI, not. 3.

[5] Exempli tantum gratia, liceat inter plura hanc regulam proferre: « In iis etiam, in quibus nullum fidei pietatisque periculum subest, nemo in rebus alicuius momenti novas introducat quaestiones, nec opinionem ullam, quae idonei nullius auctoris sit, nec aliquid contra Doctorum axiomata, communemque scholarum sensum doceat » ... *etc.* - *Reg. Prof. Sup. Facult.* 6, in *Instituto*, III, 173.

[6] Similia de recentioribus Germaniae doctoribus iudicia iam non semel in litteris P. Roothaan invenimus, sed et in proxime sequentibus inveniemus.

CLXXXII.

Ad R. P. N. N. (1),

[*Fribourg*].

1. *Dubitanti de vocatione animum addit.* — 2. *Libros legendos indicat.* — 3. *Nonne culpanda est lectio recentiorum quorumdam scriptorum?* — 4. *De mutando loco et munere eius deliberabit P. Generalis.* — 5. *Hortatur illum ad orandum.*

Roma, 20 Aprilis 1837.

Dubitanti de vocatione animum addit.

1. — Respondeo ad Rae Vae litteras *soli*, scriptas die 4 currentis. Ut dolui, carissime Pater, annis abhinc quattuor, cum per Patrem Assistentem cognovi de Rae Vae maerore, ita doleo nunc etiam magis, quod videam eadem animi afflictione etiam nunc affici et cruciari Ram Vam. — Quid vero dicam, mi Pater? Equidem dubitationem de vocatione Rae Vae admittere, nec probare ullo modo possum. Quid enim? Post annos 17 in Societate exactos, post vota Deo nuncupata ac toties renovata, de *vita perpetuo agenda* in Societate, locus ne esse potest deliberationi circa vocationem. Dominus dixit: *Si vis?* Ra Va respondit: *Volo;* quod nisi respondisset, neque ad Societatem accessisset, nedum vota post biennium nuncupasset. Praeterea, Ra Va multa commemorat de iis, quae recte et cum bono successu et cum uberi fructu gessit in Societate. Quae ergo iusta ratio dubitandi de vocatione esse potest? Vide, quaeso, mi Pater, ne dubitare te cum aliquo fundamento ideo solum putes, quia *posse* te dubitare existimaveris, atque ita dubium aliquod in animo foveris, quod statim cum horrore reicere et excludere debuisses. Revera enim, dubium eiusmodi ubi semel admittitur, *porta* quaedam *postica* aegrae menti obversatur, per quam patere exitus possit; cum contra, per vota religiosa, huiusmodi *porta* non clausa modo, sed plane *murata* censenda sit!

Libros legendos indicat.

2. — Legas, quaeso, mi Pater, L. III *de Imit. Christi* cap. 56 (2). Et pro panacea spirituali sume infallibilem illam Spiritus Sancti admonitionem simul et promissionem: *Humilia*

(1) Cum in apographo codice non appareat nomen Patris, ad quem haec epistola mittebatur, neque signetur eius residentia, nescimus profecto quis fuerit ille, quo munere fungeretur, in qua domo. Attamen non temere censemus, paternas has monitiones esse ad P. Lückemeyer ipsum missas, ob sequentes rationes: A) Is *annos 17 in Societate exactos* computabat anno illo 1837; ingressus enim illam erat anno 1820. B) Cogebatur, ob munus suum, *multum versare manu libros auctorum recentiorum*, etc.; contra quorum pericula iam pluries P. Generalis animum eius intentum fecerat (Cf. duas epist. immediate priores). C) Scimus illum paulo post missum fuisse *Dresdam*, ubi notatur *Oper.*, *Cur. valet.* (Cf. *Catal. Prov. Germ. Sup.*, ineunte anno 1838, p. 25).

(2) Totum illius capituli argumentum titulo manifestatur: « Quod nos ipsos abnegare et Christum imitari debemus per Crucem ».

te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam (³). Caput etiam II *Ecclesiastici* (⁴), si legere et meditari tantisper libeat, solacium procul dubio dabit verum ac solidum.

Nonne culpanda est lectio recentiorum quorumdam scriptorum?

3. — Studia ista tua, mi Pater, in quibus magnam et laudabilem sane ponis operam, sed ob quae multum versare manu libros auctorum recentiorum cogeris, quorum non semper optima sunt de iis quae ad Deum religionemque spectant sensa, aliquid etiam tenebrarum menti effundere potuerunt, quas utique lux veritatis aeternae, quae Christus Iesus est, Dux noster optimus, utique spero, dissipabit (⁵).

De mutando loco et munere eius deliberabit P. Generalis.

4. — An *ad maiorem Dei gloriam* fore videatur, ut Ra Va, relicto docendi isthic munere, alio destinetur, Dresdam v. g., ad sacra ministeria exercenda, et an huiusmodi etiam mutatio fieri facile et brevi possit, statuere necdum possum (⁶). Optime tamen fecit Ra Va, quod fidenter mentem suam mihi aperuerit. Est certe res eiusmodi, de qua absque piaculo deliberare possumus.

Hortatur illum ad orandum.

5. — Amplissimas precor Rae Vae a Domino gratias; quibus, pro Eius amore, et sustinere taedia, et crucem ferre *animo magno et generoso* sciat ac possit, ut cum Apostolo dicat: *Cum infirmor, tunc potens sum;* et interea dicat cum Psalmista: *Cum defecerit virtus mea, Deus, ne derelinquas me!*

SS. SS. me valde commendo.

Germ. Sup., 21 *(sic)*.

N. B. Errore tamen manifesto sic notatur pagina codicis apographi nostri: quae, cum *verso* folio 21 inveniatur et *opposita* paginae 23, ipsa numero 22 signari debuerat.

(³) *Eccli.* III, 20. Allata haec sententia, sicut et nuper caput ex libro *Imitationis* indicatum, moxque caput II *Ecclesiastici*, satis innuunt, quo spirituali morbo laboraret *aeger ille* (ut ipse dixerat P. Roothaan), cui remedium porrigere tentabat: « La guérison de ce malade-là me paraît très difficile » (Cf. *supra*, epist. CLXXX, not. 8).

(⁴) Mirabile profecto solacium et robur animae tribulanti affert totum illud caput; in cuius sex primis versiculis tantum, quinquies redit verbum illud *Sustine*, patientiam simul et humilitatem fiduciamque adeo redolens! Versiculo autem 16 dicitur: « Vae qui perdiderunt sustinentiam ». !... etc.

(⁵) Praeter id, quod in not. 6 prioris epistolae dicebamus, de mente Patris Roothaan ergo *recentiores Germaniae Doctores*, videri etiam potest not. 3 in epist. proxime sequente.

(⁶) Ipsius Patris *aegri* ac desolati petitioni annuens P. Generalis, illum Dresdam misit, ut modo dicebamus. Iterum vero probatum est eventu, quod liber *de Imitatione Christi* inquietos admonet animos: « Imaginatio locorum et mutatio multos fefellit » (Lib. I, cap. 9, v. 5).

CLXXXIII.

Ad R. P. Iacobum Roh ([1]),
Rectorem.

Fribourg.

1. *Ex electionibus nuper factis spes bona concipitur.* — 2. *De Patre L. non desperandum.* — 3. *Neque spernendi novi Germanici doctores; sed ex fructibus iudicanda arbor.* — 4. *Quod ad Religionem attinet, vix apparet liber ullus ab erroribus immunis.* — 5. *Utinam Pater L. tantum excoleret cor pietate, quantum caput studio!*

Roma, 20 Maii 1837.

Ex electionibus nuper factis spes bona concipitur.

1. — Respondeo ad litteras Rae Vae d. 11 Aprilis. Gratias in primis habeo, agoque Rae Vae, de bonis mihi communicatis notitiis circa factas nuper electiones; unde profecto bene sperare iubemur de Religionis isthic sorte, deque Societatis tranquillo in suis ministeriis successu.

De Patre L. non desperandum.

2. — Bene quoque me sperare iubet Ra Va de P. L. ([2]); de quo absit omnino, ut ipse desperem! Interim valde gratum fuit, eritque porro, quoties se offeret occasio, de bono isto P. aliquid ex Ra Va percipere.

Neque spernendi novi Germanici doctores; sed ex fructibus iudicanda arbor.

3. — Facile Rae Vae consentio, bonum virum non parum affligi, eo quod studia nostra iuxta ipsius votum non componuntur. Non diffiteor, equidem, studia apud Germanos in omni litterarum genere maximos fecisse progressus; si tamen, iuxta praeceptum evangelicum, *ex fructibus* iudicare debemus de arbore, vitio vertendum non est Societati, quod lente admodum cauteque in novis complectendis methodis procedere consueverit.

Quod ad Religionem attinet, vix apparet liber ullus ab erroribus immunis.

4. — Nam hucusque certe fidei simplicitas, religiosusque spiritus ex novis philosophandi ac disserendi formis nonnisi gravissima vulnera acceperunt ([3]). Sufficere deberet ad Societatis circumspectionem approbandam, quod, ex quo coepit studiorum in Germania reformatio, vix pauci apparuerint tractatus quomodocumque Religionem attingentes, qui ab er-

([1]) P. Iacobus Roh, *Germ. Sup.* (1794-1814-1847), cuius nomen iam nobis occurrit in (in epist. CLXXV, not. 8 atque epist CLXXVIII, not. 16), et qui Friburgensi Collegio tunc Rector praeerat a die 10 Aprilis 1836, non confundendus est cum P. Petro Roh (1811-1829-1872), de quo inferius agetur.

([2]) Sermo iterum est de P. Friderico Lückemeyer, cuius in prioribus litteris videbamus quaenam esset cum mentis tum animi condicio. Iterumque paternam erga illum Patris Generalis benevolentiam sed et vigilantiam manifestat tota haec epistola.

([3]) Prudens utique et eheu! rectum nimis fuisse illud iudicium Patris Roothaan de Doctoribus illis Germanicis, elapso nunc integro saeculo, clarius videmus. Tempus erat, quo David-Fridericus Strauss strepitosam suam *Vitam Iesu* in lucem ediderat (1835), scandalum apud ipsos Protestantes movens. Sufficiat. e. g., inter modernos illos *criticae scientiae* proceres, sive philosophos, sive theologos, duos revocasse, quorum opera temporibus illis magni fiebant: Gul. Fridericum Hegel (1770-1831) et Ernestum Schleiermacher (1748-1834).

roribus sint immunes; et quidem systematum vitio, potius quam auctorum, quorum hodie non pauci bonae, immo optimae voluntatis cognoscuntur. Commendo me in SS. SS.

Utinam Pater L. tantum excoleret cor pietate, quantum caput studio!

5. — *P. S.* Utinam P. L. tantum excoleret *cor* pietatis studio, quantum *caput* excoluit studiis philosophicis! *Hoc* timeo ne nimium sit, prout passim nunc in Germania; *illud*, ne minime satis! O si... *plus de virtute, minus de scientia!* ([4]) Utinam Sancti Patris Exercitia gustare posset!

Germ. Sup., 25.

CLXXXIV.

Ad R. P. Ignatium Brocard ([1]),
Provincialem.

Fribourg.

1. *Usus latinae linguae in schola etiam Physices retineatur.* — 2. *Sicubi vernaculae linguae usus approbatus, id ad tempus fuit.* — 3. *Cholera morbus Nostris pepercit, iamque fere evanuit.*

Roma, 3 Octobris 1837.

Usus latinae linguae in schola etiam Physices retineatur.

1. — Respondeo ad litteras Rae Vae d. 17 Septembris. Rationes quas Ra Va cum suis Consultoribus nobis exposuit, in ordine ad conservandum Provinciae usum de latino idiomate adhibendo etiam in schola Physices, adeo graves visae sunt, ut illis locum cedere omnino debeant illae, quas pro lingua vernacula in gratiam Collegii Suitensis P. Drach adduxerat. Servetur itaque lingua latina in schola Physices sicut in ceteris ([2]); tolerari tamen poterit, ut publicae exercitationes fiant subiri in lingua vernacula.

Sicubi vernaculae linguae usus approbatus, id ad tempus fuit.

2. — Quae fuerit mens Congregationis XXImae, ipsum ostendit Decretum n. 19 ([3]). Reipsa, in iis tantum Provinciis usus linguae vulgaris in Physicis et Mathematicis ad tempus permissus fuit, ubi nulla affulgebat spes, fore ut adversus communiter receptum usum Societas praevaleret.

([4]) Cf. supra, epist. CLXXX, not. 8. Haec scribebantur quidem anno 1837, prophetico nimis intuitu: sicut enim notavimus, Pater ille 1838 Dresdam missus est iuxta petitum suum; 1839 vero Societatem deseruit; 1840 e vita decessit.

([1]) De P. Ignatio Brocard, vide epist. CLXXXI.

([2]) Iam prius diximus de sollicitudine, qua P. Roothaan usum linguae latinae in scholis nostris et inter Scholasticos Societatis iam fatiscentem praeservare conaretur. (Cf. v. g. epist. CL, not. 3 et epist. CLII, not. 2).

([3]) *Congr. XXImae Decr. 19*, postquam statuit linguam latinam omnino retinendam esse in docenda Logica, Metaphysica et Theologia, haec addit: « Quoniam autem in quibusdam Provinciis mos invaluit, neque sine magno scholarum nostrarum detrimento tolli posse videatur, ut Physica et Mathesis doceantur lingua vernacula, suum desiderium ostendit Congregatio, ut in iis etiam tradendis latinae linguae usus revocetur, id reliquens prudentiae Patris Nostri » ... etc. (*Institutum*, II, 480). Haec quidem Congregatio anno 1829 sedebat; in XXIIa autem, anno 1853, iterum confirmatus est usus linguae latinae in superioribus classibus (*Ibid.*, II, 491).

Cholera morbus Nostris pepercit, iamque fere evanuit.

3. — Nostri hic omnes sani, salvique remanent a cholera-morbo; quae certe est Dei gratia specialis; per integrum fere mensem nostros PP. et FF. occupavit infectorum cura spiritualis et saepe etiam corporalis (4). Iam nonnisi rarus casus occurrit; fuit pestis illa eximius Missionarius, qui haud dubie etiam Lucernenses illos doctores ad saniora revocaret (5); et quis scit ?!

Commendo me SS. SS.

Germ. Sup., 36.

CLXXXV.

Ad R. P. Ludovicum Chappuis (1),
Superiorem Collegii.

Estavayer.

1. *Placet disciplina in collegio servata, parvulorumque a maioribus separatio.* — 2. *Cum pueris viriliter agendum, ne domum molliores effecti redeant; quod, eheu! aliquoties evenit.* — 3. *Ipsi postea adulti, severioribus magistris gratum exhibent animum.*

Roma, 2 Ianuarii 1838.

Placet disciplina in collegio servata, parvulorumque a maioribus separatio.

1. — Respondeo ad carissimas litteras Rae Vae d. 9 Decembris. Quae de religiosa istic disciplina, de alumnorum applicatione, deque parentum fiducia Ra Va retulit, non poterant non esse gratissima. Dubitare sane non possum, quin ad rectam puerorum educationem plurimum collatura sit haec parvulorum a maioribus per annos aliquot omnimoda separatio.

Cum pueris viriliter agendum, ne domum molliores effecti redeant.

2. — Enitendum autem est, ut Nostrorum cum parvulis istis agendi ratio mascula sit et firma; ut quidquid nimis molles et effeminatos illos efficit prorsus eliminetur (2). Dictum

(4) Exeunte Iulio 1837, morbus ille nefandus, postquam strages per totam fere Europam fecerat, Romam invasit. *Eximius* utique *missionarius;* indictis enim a S. P. precibus publicis, plebs densissima affuit; toto tamen Augusto mense, exarsit adeo morbus, ut una die 29a ceciderint victimae 517; duorum autem mensium spatio, obierunt 5.419. Quomodo P. Roothaan filios Societatis Summo Pontifici, ad iuvandos cum spiritualiter tum corporaliter etiam cholericos, sponte obtulerit; quid voto in honorem Purissimi Cordis B. Mariae Virginis oblato promiserit, ad illos incolumes servandos, narrat Pirri, pp. 323-327. Cf. etiam Crétineau-Joly, t. VI, pp. 236-240.

(5) De statu rerum religioso et politico in civitate Lucerna scribit Pfülf, p. 490 sqq.

(1) P. Ludovicus Chappuis, *Germ. Sup.* (1802-1823-1867), ex Helvetia oriundus et in Germania mortuus. Eodem tempore exsistebant in eadem Provincia tres eiusdem nominis Patres Chappuis, scil.: Iosephus Antonius (1772-1818-1843), *Operarius* in Collegio Friburgensi; Iosephus (1798-1820-1867) in eodem *Minister* et *Procurator.* — P. Ludovicus autem erat *Rector* Collegii Staviacensis et *Regens* Convictus. Eiusdem autem *Rector Convictus* erat P. Galicet, de quo epist. seq.

(2) Inter alias plures de vitanda molli et effeminata puerorum educatione admonitiones, quas P. Roothaan magistris et regentibus iterare solebat, cf. paulo supra, epist. CLXXVI (de balneorum usu) et epist. CLXXXVI immediate sequentem.

aliquando fuit, et non sine aliquo fundamento, alumnos nostros, post plures in Convictu positos annos, domum tandem redire multo magis assuetos commodis, delectationibusque inhiantes, prodigos item et rerum suarum incuriosos, quam si numquam paterna domo extulissent pedem. Malum huiusmodi inde potissimum oriri existimo, quod ubi praesertim magnus est illorum numerus (3) et laxior disciplina, nimium studeatur ut quoque modo contenti et quieti sint iuvenes. Haec autem eo fine dico, non quod de simili defectu Ram Vam monendam existimem, verum ut magis magisque stimulem ad oppositam tenendam viam in studio tam difficili.

Commendo me SS. SS.

Ipsi postea adulti, severioribus magistris gratum exhibent animum.

3. — *P. S.* Pueri aliquando fiunt viri; ac tum bene iudicant de suis olim institutoribus. Gratos se exhibent fere illi soli, quibuscum *severe, non indiscrete tamen*, actum fuit. Qui *molliter* habiti, plerumque aut semper *ingrati*. His diebus (mirum sane!) sacerdos quidam in Russia, qui ante hos 30 annos meae curae fuerat commissus, et certe non molliter habitus, et aliquando severissime castigatus, animum suum mihi exhibuit singulari modo gratum ac devinctum.

Germ. Sup., 42.

CLXXXVI.

Ad R. P. Ioannem Nepomucenum Galicet (1), Rectorem.

Fribourg.

1. *An Rector ipse, externis curis distentus, statum verum Collegii noverit, dubitat.* — 2. *Dicitur enim de externa specie, musica, ludis scenicis plus curare, quam de pietate, disciplina, studiis.* — 3. *Audiat ergo Rector Patres aetate et experientia oculatos!*

Roma, 10 Iulii 1838.

An Rector ipse, externis curis distentus, statum verum Collegii noverit, dubitat.

1. — Accepi Rae Vae litteras, d. 23 Iunii; breves licet, ut optima quaeque nuntia; quae sane solacio mihi essent maximo, nisi variis viis alia ad nos identidem perlata essent, ac perferrentur in dies, quae scilicet dubitare me cogunt, an Ra Va externis fere negotiis occupata, ac saepius absens a Collegio, statum eius verum satis perspectum habeat.

(3) Pluries etiam audivimus P. Generalem monentem, ne nimius alumnorum in convictibus nostris numerus haberetur (Cf. v. g. epist. CLXIX, ubi dicit: *peu, mais bons!*).

(1) Idem P. Galicet iam fuerat a P. Generali reprehensus, quod nimiam curam habuisset de balneorum constructione (Cf. supra, epist. CLXXVI). Etsi praesens epistola aliquantulo acrior videtur, scimus quanti P. Roothaan Patrem illum fecerit, quem Rectorem Convictus Friburgensis die 9 Febr. 1831 posuerat, et simul Superiorem Convictus Staviacensis (anno 1836 instituti) esse voluerat.

Dicitur enim de externa specie, musica, ludis scenicis plus curare, quam de pietate, disciplina, studiis.

2. — Ram Vam quidem audio totam esse in externa specie promovenda, in adornanda villa; musicam quidem florere, et, quod gravissime angit animum meum, *ludos agi theatrales a Convictoribus* (2); at pietatem, et studia in multis languere, et vero gravia serpere mala; nec disciplinam adeo inter Convictores, sed magnam potius dissipationem, et in multis etiam insubordinationem observari... O mi Pater, quam timeo, ne istius Convictus *fama Europaea,* quam quidem ego numquam duxi optandam, tandem in malam famam evadat, quando parentes recipient filios suos, musicos quidem et histriones, ceterum ignorantes, et parum morigeratos, et parum pios! Deus avertat tantam labem! tantam ignominiam! (3) Sed praesertim ne nostra gravetur *conscientia !*

Audiat ergo Rector Patres aetate et experientia oculatos!

3. — Scio Patrem Renault (4) Friburgi fuisse hisce ultimis temporibus; sed nihil adhuc litterarum dedit; et eius silentium, dum alii per hosce menses multa anxie nuntiarunt, meam sollicitudinem auget potius, quam minuit. Videat, quaeso, diligenter, audiat ex suis non unum solum vel alterum; nam: *Popule meus, qui te beatum dicunt, illi te decipiunt, et vias gressuum tuorum dissipant !* (5) Sed eos praesertim, qui aetate et experientia magis oculati sunt; sciantque non esse Ram Vam de numero eorum qui dicant: *Loquimini nobis placentia !*

Commendo me SS. SS.

Germ. Sup., 55.

---

(2) Patrem Roothaan in scenicos ludos ab alumnis nostris actos invehentem, iam audivimus pluries.

(3) *Labem* et *ignominiam* illam Collegio Friburgensi numquam fuisse illatam, testantur omnes historici, eiusdemque *Europaeam famam* celebrant. — Cf. v. g. Burnichon : « Fribourg... a joui d'une réputation, que l'on peut dire mondiale » (II, 50) et Koch : « Der Unterricht und die Erziehung, die dort den Zöglingen zuteil wurden, fanden in der ganzen Welt Anerkennung » (col. 608).

(4) De P. Francisco Renault, qui tunc *Praepositus* erat *Prov. Lugd.* recenter erectae, alias fuse diximus (Cf. supra, epist. II et alias plures).

(5) *Is.* III, 12. — Proximus autem versiculus *(Loquimini...)* apud Isaïam quoque reperitur, XXX, 10.

CLXXXVII.

Ad R. P. Antonium Petitjean (1),

Brig.

1. *Turbato compatitur et Christi pacem apprecatur.* — 2. *Exemplum affert cuiusdam Patris, talia quondam patientis, eiusdemque subitae sanationis.* — 3. *Utinam et illi simile quid contingat!*

Rome, 2 Mars 1840.

1. — Je viens d'écrire et d'envoyer une *Encyclique* à toute la Compagnie, à l'occasion de cette année séculaire (2), pour exhorter tous nos PP. et FF. à se rendre des instruments toujours plus aptes et plus efficaces, pour procurer la gloire de Dieu. C'est dans cette circonstance, mon cher Père, que je me sens vivement poussé à vous écrire. Depuis longtemps j'éprouve une peine indicible, de voir que mon excellent Père Petitjean (3), qui par ses talents et son activité faisait tant de bien, se trouve dans un état de je ne sais quel trouble, qui le rend non seulement incapable de rien faire, mais aussi vraiment malheureux. N'y aurait-il donc pas moyen, me dis-je, de tranquilliser ce bon Père? de dissiper ces nuages, qui lui offusquent la vue de l'âme? de lui rendre cette paix, qui seule fera son bonheur, en même temps qu'elle le rendra à des occupations conformes à son état, et pour lesquelles il a reçu tant de dons naturels et tant de grâces surnaturelles de la Bonté divine? Allons, mon bon Père! courage et confiance! *Pax, pax, pax Christi!*

Turbato compatitur et Christi pacem apprecatur.

2. — Je connais un Père de la Compagnie qui, il y a trente ans, se trouvait dans un état semblable au vôtre, mon cher Père; avec beaucoup de talents et de doctrine, il était aussi tombé dans un état de trouble... qui faisait pitié, devenu aussi incapable de rien faire. Cet état lui dura aussi bien longtemps, quand un dimanche, le deuxième du carême, allant avec les autres au sermon, il entendit les paroles que le Prédicateur avait prises, pour texte: *Surgite, et nolite timere!* Ce fut là comme un éclair de lumière, qui dissipa toutes ses ténèbres. Dès lors, il fut rendu à sa tranquillité et à sa sérénité pre-

Exemplum affert cuiusdam Patris, talia quondam patientis, eiusdemque subitae sanationis.

---

(1) P. Antonius Petitjean, *Germ. Sup.* (1780-1815-1846) natus erat Namurci in Belgio. Sacerdos, ante quam Societatem ingressus esset, concionatoris munus in Collegio Friburgensi accepit a P. Godinot, posteaque primus *Rector* exstitit *Convictus* in eadem civitate, brevi tamen tempore (1827-1828), ut narrat Pfülf (68, 71, 166). Anno autem 1840, notatur in *Catal. Prov. Germ. Sup.* his tantum verbis: *Cur. valet.* In eodem Collegio paucos post annos obiit.

(2) De *Anno* illo *saeculari* iam diximus supra (cf. i. a. epist. XVII). *Encyclica* vero, quam occasione illa dedit P. Roothaan, invenitur in regestis inter eius *Ordinationes;* edita autem est, praeterquam inter *Epistolas Praepositorum Generalium* (Rollarii in Belgio, 1908-1909), etiam in hac eadem nostra collectione scriptorum Patris Roothaan, inter *Opera spiritualia* vol. I, pp. 367-382.

(3) Nomen, quod in epistola hoc loco plane scribitur, abest in superscriptione eiusdem, qualis in apographo nostro perhibetur. Licuit ergo nobis illud restituere et nomen residentiae quoque indicare.

mière (4); et depuis, il n'a cessé de travailler et travaille toujours encore, avec grand mérite devant Dieu, je n'en doute pas, et à la satisfaction universelle des Nôtres et des externes.

Utinam et illi simile quid contingat!

3. — Cette lettre va vous arriver, mon bon Père, vers ce même dimanche. Oh! si le Seigneur faisait aussi retentir dans vos oreilles ces douces paroles: *Surgite, et nolite timere!* Je l'en prie, et je l'en prierai instamment. Qu'il daigne nous exaucer, afin que je puisse, comme autrefois, me recommander à vos SS. SS. (5). En attendant, agréez que je vous embrasse en esprit, et qu'en vous saluant *iterum iterumque* avec les consolantes paroles: *Pax Christi,* je vous assure de mon estime et de mon affection en N. S.

Germ. Sup., p. 122.

CLXXXVIII.

Ad R. P. Iosephum Barrelle (1),

Fribourg.

1. *Convictores, quos P. Generalis commendavit, non ideo benignius tractandi sunt.* — 2. *Quid sibi velit haec commendatio.* — 3. *Et nunc puer convicturus commendatur, ceteroquin commendabilis.*

Rome, 24 Mars 1840.

Convictores, quos P. Generalis commendavit, non ideo benignius tractandi sunt.

1. — J'ai vu, dans une des lettres des Consulteurs du Pensionnat de Fribourg, dans la vôtre peut-être, que quelques-uns des jeunes gens se conduisent mal, et qu'on use trop d'indulgence, parce qu'ils ont été recommandés par moi. Il est donc nécessaire qu'on sache ce qu'on devrait d'ailleurs comprendre de soi-même, que jamais ce ne peut être là mon intention.

Quid sibi velit haec commendatio.

2. — Il arrive, assez rarement cependant, grâces à Dieu, que des personnes, auxquelles on ne peut refuser, me demandent ainsi un mot de recommandation: je ne manque guère de dire que cela n'est aucunement nécessaire, que cependant je le ferai. Mais, bien entendu, cela doit servir pour stimuler

(4) Ex tono seu modo narrationis facile putares, P. Generalem propriam suae vitae spiritualis experientiam revocare. Sed, praeterquam quod nihil huiusmodi (praesertim quod *lui dura aussi bien longtemps*) in eius vita unquam apparuit, ex verbis, quae sequuntur, (*avec grand mérite devant Dieu,... à la satisfaction universelle),* sermo clare patet esse de alio, nobis ignoto.

(5) Infelix ergo ille et inquietus Pater ab offerendo Missae sacrificio desierat! Ad illum possunt haud temere verba transferri, quae paucis ante diebus (29 Febr. 1840) P. Roothaan de alio scribebat ad R. P. Provincialem Simmen: «... existimo bonum virum eo modo tractandum, quo illi qui mente nonnihil aegrotant, potius quam voluntate» (*Germ. Sup.* p. 121).

(1) De mirabili singularique historia Patris Iosephi Barrelle iam fuse tractavimus (Cf. supra, epistolas ad PP. Lusitanie). Anno autem 1840, is *Praefectus Generalis* erat in Convictu Friburgensi. Quantum in hoc munere exercendo (1833-1841) se omnibus probaverit narrat Burnichon, II, 70-71.

les enfants à *faire mieux*, et non pas à se donner la liberté de faire ce qu'ils veulent. Il me semble qu'une autre interprétation donnée à mes reccommandations est passablement absurde.

3. — Aujourd'hui encore je suis forcé de recommander un enfant de 10 ans, le petit Ludolf Bacon, fils d'une mère convertie, et qui a obtenu de son mari protestant que son enfant soit élevé dans la religion catholique (2). S'il n'est pas arrivé, il doit vous arriver sous peu de Lausanne. Je le recommande donc. Sa position particulière le recommande assez, du reste.

Et nunc puer convicturus commendatur, ceteroquin commendabilis.

Veuillez bien, mon bon Père, faire part au P. Recteur du contenu de cette lettre (3) et recommandez-moi beaucoup au Seigneur dans vos SS. SS.

Germ. Sup., 125.

CLXXXIX.

Ad R. P. Georgium Staudinger (1), Rectorem Collegii.

Brig.

1. *De Rosminii doctrina et operibus agendum, salva auctoritate S. Sedis.* — 2. *Nascens Rosminianum Institutum P. Roothaan adiuvit.* — 3. *Anno 1840, opus* de Conscientia morali *plurimos offendit.* — 4. Eusebius Christianus *in meritam cecidit reprehensionem. Ignotus scriptor, non videtur esse Iesuita; liber, qualis prodiit, a Generali non esset approbatus.* — 5. *Inde autem detecti errores varii apud Rosminium, quibus et nos adversari licet.* — 6. *Eiusdem deinde* Apologia *suspiciones auxit, probatur autem Doctoribus Iansenisticis.* — 7. *Dolendum de scandalo; sed cuius est culpa?* — 8. *Philosophicum Rosminii systema ad Theologiam translatum est; innocenter quidem primo, sed nunc?*

Roma, 12 Iulii 1842.

1. — Gratias ago Rae Vae de anticipatis trimestralibus. Ad quas quidem, quod respondeam, nihil occurrit, nisi ut Deo pro bonis omnibus gratias agendas esse intelligam. Sed de

De Rosminii doctrina et operibus agendum, salva auctoritate S. Sedis.

(2) In celebri volumine: *Livre d'or des élèves du Pensionnat de Fribourg en Suisse, 1827-1847* (Montpellier, Grollier. Nouvelle édition, 1889. Vol. petit in-4°, de LXXVIII-449 pp.) legitur, p. 10, n. 73: « Bacon de Seigneux Ludolphe, Anglais, né à Lausanne le 9 Juillet 1831 ». Puer ergo decimum aetatis annum non expleverat, quando Convictum ingressus est; unde mox ad Staviacensem domum transivit et usque ad 1844 permansit. Quid de illo postea evenerit, vide in: *Premier Supplément au Livre d'Or de Fribourg, p. 483.*

(3) Rector erat ille P. Ioann. Nep. Galicet, ad quem P. Generalis monitiones non semel missas fuisse novimus (Cf. epist. CLXXVI et CLXXXVI).

(1) P. Georgius Staudinger (de quo supra, epist. CLIX, not. 1) tunc erat Rector Collegii Brigensis (et Magister Noviciorum, qui in eodem degebant) a die 15 Maii 1837 (*Catal. Prov. S. I. Germ. Sup.*, 1842, p. 13).

negotio R... (2) fusius aliquid scribendum. — Absit a nobis ille, quem malevoli suspicantur, pravae aemulationis spiritus! Multoque magis absit, ut ulla ratione S. Sedis auctoritati adversemur! Ante nobis mori contingat, quam tantum malum!

Nascens Rosminianum Institutum P. Roothaan adiuvit.

2. — Quando agebatur de novi Instituti approbatione, ego ipse consiliis adiuvi alumnum Dni. R., in explicanda quadam difficultate, de negotiis novi Instituti, quod *ad maiorem Dei gloriam* utinam crescat in mille milia! Itaque approbatum fuit illud Institutum Brevi (non Bulla) S. Patris, qui personaliter amicus antiquus est Dni R.; in quo Brevi laudatur Institutor, eiusque eruditio et doctrina, non quod haec Romae examinata esset, sed quod communi fama laudaretur. Interea Dnus R. nova usque edebat opera; quae quidem, ut ego existimo, a paucis legebantur, a paucioribus intelligebantur.

Anno 1840, opus *de Conscientia morali* plurimos offendit.

3. — In autumno demum anni 1840, quidam Praelatus Romanus, ex Superiori Italia rediens, sibi ostensum fuisse aiebat novum opus Dni. R., *della Coscienza morale* (3), in quo plures auctores catholici primi nominis carperentur, et ipse S. Alphonsus de Liguorio erroris argueretur; seque aiebat vidisse viros eximios, quibus illud opus quodammodo scandalo fuerat. Circa idem tempus etiam, per litteras aliorum offensionem cognovi ortam ex eodem opere, quod tamen nobis ad manus non erat.

Eusebius Christianus in meritam cecidit reprehensionem. Ignotus scriptor, non videtur esse Iesuita; liber, qualis prodiit, a Generali non esset approbatus.

4. — Anno dein 1841, in Martio vel Aprili, prodiit opusculum *Eusebii Christiani;* quod ubi primum vidi, sane improbavi formam asperam nimis; substantiam, collatis citationibus ex opere *de Conscientia morali,* sane gravem esse intellexi; et non iniustam esse censuram, plures qui ex professo examinarunt, censuere. Auctor quis sit illius opusculi, ignoratur; nos certo accepimus, fuisse editum ab aliquo Episcopo in Etruria. Suspicantur multi, auctorem esse Iesuitam; nominatur etiam quidam Pater, qui hic Romae degit; hoc autem plane falso. Ex Pedemontio etiam, nullus Nostrorum eius opusculi auctor est, quod sciam. Ego, certe, *sic* scriptum prodire numquam permisissem. Sed, periclitante sana doctrina, *in forma dubitantis* proponi maluissem, saltem illa prima vice.

Inde autem detecti errores varii apud Rosminium, quibus et nos adversari licet.

5. — Ceterum, illud opusculum plures excitavit ad examinanda Dni Rosmini opera; et sane plurima inventa sunt, quae probari nullo modo possunt. Hinc plures libelli prodierunt adversus doctrinam Dni R., a variis auctoribus; quos inter si quis etiam Noster, ut nonnisi modeste fiat, et solo veritatis

(2) Nomen illud initiali tantum littera R. designatur in praesenti epistola, nisi semel in § 5, infra. De cetero, facile patet sermonem esse de notissimo Doctore ANTONIO ROSMINI. Non est igitur, cur hic notas vel commentarios iteremus, quos antea scripsimus de illo, et de eius doctrina, operibus, controversiis cum Societate, etc. Cf. epistolas ad PP. Galliae, praesertim vero XXXVI; et in praesenti serie, epist. CXLIX; inferius autem, CXCV. Vide etiam in volumine II Epistolarum *ad externos* complures litteras de hac re.

(3) De tractatu illo, sicut et de duobus aliis paulo inferius nominatis (*Eusebius, Apologia*), vide quod supra notavimus.

amore, curandum nobis est. Prohibere vero erroris sane periculosi impugnationem, nullo modo possumus.

Eiusdem deinde *Apologia* suspiciones auxit, probatur autem Doctoribus Iansenisticis.

6. — Quod ad *Apologiam* Dni R. attinet adversus *Eusebium Christianum*, 1° Asperitate *Eusebium* ipsum longe superavit; quod quidem ipsi eius amicissimi fatentur et dolent. 2° Qui examinarunt diligentius, illum minime sincere agere videri sibi affirmant; quod scil. in *Apologia*, et statum quaestionis plerumque dissimulet; et se scripsisse neget, quae tamen vere scripserat; et adversarii sensa plane intervertat. Unde ipsa ista *Apologia* dubia et suspiciones de eius doctrina, non modo non dissipavit, sed auxit maxime. Interea a fide dignis accepimus, eius doctrinam valde probari a Dno Giudici, notissimo Tamburiniano (4) Mediolani. Papiae etiam et Taurini, inter Universitatis Professores, esse qui faveant, nemini mirum videbitur, qui earum Universitatum spiritum norunt. Papiae, v. g., quinque Iansenii articulos doceri a viro docto et prudenti ipse audivi. In *Apologia* sua, Dnus R. negat hoc tempore Iansenismum aut exsistere aut timendum esse. Quam suspiciosa talis affirmatio iis, qui Italiam Superiorem norunt!

Dolendum de scandalo; sed cuius est culpa?

7. — Certe, dolendum de scandalo, quod excitatum est, et sane gravius merito timendum videtur. Sed ex qua parte culpa? An forte eorum, qui fidem (nam de fide agitur) periclitantem defendunt? Ex quo orta controversia est, a pluribus examinari coeperunt, non sine magna molestia, tam multa illa Dni R. volumina; et passim novitates occurrunt non tolerabiles. Plura docebit tempus.

Philosophicum Rosminii systema ad Theologiam translatum est; innocenter quidem primo, sed nunc?

8. — Haec porro, quae dixi, de Theologicis dicta sunt. Quae ad eius novum systema Philosophicum attinent, *de Origine idearum*, opus ante hos 12 annos editum, lectum vero a paucissimis, nunc attente, non sine heroica fere patientia, lectum et consideratum, a quibusdam scatere erroribus et contradictionibus dicitur. Et equidem vereor, ne Dnus R., homo systematicus, ut fit, suum systema praedilectum, dum ad Theologiam transtulit, impegerit, primum quidem nolens ac nesciens ipse; nunc autem... quod Deus avertat! — An eius alumni eiusdem sint cum Fundatore sententiae, nescio; immo valde dubito.

Commendo me SS. SS.

Germ. Sup., 163.

---

(4) Ut sonat, nomen illud a Tamburini derivatur. Ille autem PETRUS TAMBURINI (1737-1827) sacerdos erat Brixianus, suo quidem tempore clarissimus, nunc vero fere ignotus. Caput fuit et magister Iansenistarum in Italia, Papiae praesertim, ubi diu docuit; Iansenismus autem eius Gallicanismo et Iosephinismo miscebatur. Unus fuit e promotoribus famosae nimis *Synodi Pistoriensis*, 1786 (Cf. *Enciclopedia Italiana*, t. XXXIII, pp. 213-214).

CXC.

Ad R. P. Aloisium Geoffroy (1), Rectorem Convictus.

Fribourg.

1. *Rectori convictorem mox adventurum commendat.* — 2. *Utinam is paternarum traditionum aemulator exsistat!*

Rome, 5 Septembre 1842.

Rectori convictorem mox adventurum commendat.

1. — Voici un enfant bien cher et bien intéressant, qui vient vous être présenté *(sic)* par sa digne et pieuse mère, madame la Comtesse Baturlin (2). Monsieur le Comte, en ce moment en Allemagne, viendra rejoindre Madame à Fribourg. Famille très distinguée par noblesse, mais bien plus encore par vertus chrétiennes, et dont la foi et la charité ont de l'héroïsme. Probablement va-t-elle faire de grandes pertes pour la foi. S. Paul disait: *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis* (3).

Utinam is paternarum traditionum aemulator exsistat!

2. — C'est plus qu'il n'en faut, pour que cet enfant vous soit recommandé d'une manière toute particulière, afin qu'il se conserve dans l'innocence, et qu'il devienne avec l'âge digne imitateur des vertus de ses respectables parents (4).

En union de vos SS. SS.

Germ. Sup., 168.

(1) De P. Aloisio Geoffroy iam egimus (Cf. epist. CLXVI, not. 1).

(2) Cur et qua mente P. Roothaan commendaticias huiusmodi litteras, easque non semper sponte sua, scriberet, modo vidimus in epistola CLXXXVIII.

(3) *Hebr.* X, 34; ubi Apostolus, ut fratres ad fiduciam et unitatem hortetur, in memoriam revocat pristinam eorum constantiam.

(4) Nomen *Baturlin* frustra quaesivimus in volumine: *Livre d'Or du Pensionnat de Fribourg,* de quo supra, epist. CLXXXVIII, not. 2.

CXCI.

Ad R. P. Gasparem Rothenflue (1), Provincialem.

Fribourg.

1. *De Collegio Lucernensi tradendo Societati, magna est controversia.* — 2. *Unde plures censent illud non admittendum.* — 3. *Observationes Patris Generalis, acceptationi faventes.* — 4. *Sanctae Sedis mens non est, ut recusemus.* — 5. *Commendat vero Pater Generalis prudentiam et cunctationem.* — 6. *Attamen, ne deperdatur* pro futuro *tanta occasio Deo serviendi!* — 7. *Theologiam docere lingua vernacula, non licebit.*

Roma, 28 Octobris 1842.

1. — Quae coeperunt isthic agi circa Collegium Lucernense Societati tradendum, cogunt me scribere ad Ram Vam. Vehementer timetur, ne negotium istud, de quo tam diversa sententia est (2), etiam inter eos, qui causae catholicae addicti sunt, causa fiat novarum turbarum, et inde soluta concordia Catholicorum, factio anticatholica novas acquirat vires et ea, quae modo Lucernae feliciter constituta sunt (3), denuo subvertat.

De Collegio Lucernensi tradendo Societati, magna est controversia.

2. — Non desunt qui putent, unicum medium evitandi tanti mali fore, si Societas ipsa ad postulata respondeat: *sibi hic et nunc, in tanta animorum dissensione, non convenire Lucernense Collegium admittere.*

Unde plures censent illud non admittendum.

3. — Ego vero observavi: 1° Stante populi magno desiderio (4), timeri posse etiam ex eo ipso, quod propter adversariorum oppositionem nos recusemus. 2° Periculum esse, ne nobis recusantibus vocentur ex Germania Professores, fortasse Her-

Observationes Patris Generalis, acceptationi faventes.

---

(1) P. Gaspar Rothenflue, *Germ-Sup.* (1795-1814-1850) Theologiam moralem docuerat, tunc autem Praepositus erat *Provinciae Germ. Sup.* (a die 18 Iulii 1842 ad 21 Iulii 1846). Is primus post ipsum P. Roothaan (« longo sed proximus intervallo! ») actor est habendus totius illius negotii Lucernensis. Fratrem in Societate habebat, nomine Franciscum (1805-1821-1869), qui bene de Philosophia meritus, non tamen ab omni Ontologismi tunc grassantis reprehensione immunem se servavit (De ambobus plura apud Koch, col. 1570; Sommervogel, t. VII, col. 215-216).

(2) Longas de reditu Iesuitarum controversias inter ipsos Catholicos Lucernenses ortas, fuse narrat Pfülf, pp. 390-422, ubi de negotio illo Lucernensi (*die Luzerner Angelegenheit*) tractat. Rem brevius, nitide tamen, exponit Augustinus Sträter in libello: *Die Jesuiten in der Schweiz, 1814-1847.* Ein Gedenkblatt für das Schweizervolk zur Iahrhundertfeier der Wiederherstellung der Gesellschaft Jesu (Einsiedeln, Benziger, 1914; vol. in-4°, pp. 67; vide praesertim pp. 25-34).

(3) Ineunte anno 1841, suffragium populi Lucernensis Constitutionem « radicalem » everterat et Catholicos Magistratus sibi elegerat (Sträter, *op. cit.*, p. 28).

(4) « Allein das Begehren nach Jesuiten ging... vom Volk aus »... « Aus der Mitte des Volkes selbst kam am 8 Dez. 1841 der Antrag an den Grossen Rat, für ihsre Berufung an die höhere Lehranstalt in Luzern, einleitende Schritte zu tun ». (Sträter, *op. cit.* pp. 28 et 29).

mesiani, Rationalistae (5). 3° Adversarios esse Societati oppositos, vel ex praeiudiciis, vel ex firmo principio. Si ex praeiudiciis, (pars maxima) timendum videri, ne non sint vere pro bona causa, et sicubi in illorum gratiam desiderium bonorum frustretur, fieri posse ut aliquando dicatur: *Pax, pax; et non erat pax!*

Sanctae Sedis mens non est, ut recusemus.

4. — Quae quidem rationes meae apud S. Sedem ita probantur, ut nullo modo velit mihi suadere, nedum iniungere (id quod pro bono pacis insinuabatur) ut nos Collegium illud hic et nunc recusemus.

Commendat vero Pater Generalis prudentiam et cunctationem.

5. — Interea tamen quaedam Rae Vae commendare debeo, eiusque prudentiae sollicite committere: 1° Ne quid in illo negotio cupide agamus, neve ullo modo ostendamus nos valde desiderare illud Collegium occupare. Revera enim si tantisper differatur, melius erit, tum pro Collegio Suitensi, tum pro ipsa Provincia. 2° Ad ea, quae a Gubernio proponentur vel petentur, respondeatur clare, et caute; nec dissimulentur ea, quae difficultatem facere possunt, et negotii confectionem longius protrahere, et nectere moras. *Cunctando...* (6). 3° Cogitandum, fore melius si Societas Lucernam introducatur, quando ibi non erit Sedes Gubernii centralis. 4° Insinuandum amicis, ne nimis urgeant, sed illud omnino avertant periculum, ne a Germania Professores vocentur male orthodoxi!

Attamen, ne deperdatur *pro futuro* tanta occasio Deo serviendi!

6. — In summa, prudentia multa opus est, ne quid cupide; sed neque ita, ut *pro futuro* tanta occasio Deo et Ecclesiae serviendi deperdatur (7).

Theologiam docere lingua vernacula, non licebit.

7. — Ad litteras Rae Vae d. 13 Oct.: ... Ut Theologia Lucernae tradatur lingua vernacula (8), nunquam permittam.

SS. SS. me impense commendo.

Germ. Sup., 170.

(5) Doctrinae rationalisticae Ignatii-Henrici Wessenberg (1774-1860) et Georgii Hermes (1775-1831) a Germania in Helvetiam defluxerant: « Die Wessenbergschen Ideen, die beim süddeutschen Klerus soviel Unheil gestiftet hatten, waren auch von einem Teil des schweizerischen Geitslichen aufgenommen werden » (*Id. ibid.*, p. 26). De Doctoribus et doctrinis illis, Cf. *Enciclop. Italiana,* t. XVIII, p. 471, et t. XXXV, p. 720.

(6) Tritus est ille antiqui poetae Ennii versus, quem ad nos Cicero detulit (*De Sen.* IV) de Fabio cunctatore: « Unus homo nobis cunctando restituit rem ».

(7) Longae revera ac difficiles habitae sunt tractationes, antequam Societas Lucernam rediret; unde prudentia Patris Roothaan nobis nunc apparet plane nimis fundata. Anno 1844 tandem, statuit Consilium educativum Lucernense, Societati Iesu facultatem theologiae et curam seminarii mox exstruendi committere (Huius *Conventionis*, die 24 Oct. 1844 initae, tenorem invenies apud Crétineau-Joly, t. VI, pp. 340-341). Mox vero (8 Decembris) excitari coeptae sunt a « radicalibus » civiles perturbationes et seditiones; quae paulatim crescentes et ad alias Helvetiae civitates prolatae, inter causas seu occasiones fuerunt exitiosi illius belli, nomine *Sonderbund* exsecrati. Consequentiam tamen negat Sträter *op. cit.* pp. 25-26).

(8) De usu vernaculae linguae in scholis, cf. supra epist. CLXXXIV, not. 2.

CXCII.

Ad R. P. Theodorum Neltner (1),
Rectorem Collegii.

Sion.

1. *Bonis acceptis nuntiis gaudet. — 2. Tristatur autem de pluribus alumni nostris, quod ii, relicto collegio, rectam quoque viam derelinquunt. — 3. Causa tanti mali unde repetenda? — 4. Remedium unde afferendum? — 5. Haec cogitet Rector et de illis ad Patrem Provincialem referat!*

Rome, 13 Février 1843.

1. — J'ai reçu en son temps vos deux lettres du 2 Décembre et du 1 Janvier, ainsi que les lettres des Pères Consulteurs. Je vous suis fort obligé des informations que vous m'avez données sur l'état du collège et je vous prie de témoigner aussi ma reconnaissance aux bons PP. CC. J'ai été fort sensible au bon souvenir de Mr le Curé d'Ernen et autres Ecclésiastiques, qui se sont souvenus de moi. Fasse le ciel que ce bon peuple se conserve dans les bons principes! Il paraît bien exposé à mille dangers de séduction.

Bonis acceptis nuntiis gaudet.

2. — Vos excursions font sans doute grand bien (2); mais je ne suis pas sans inquiétude au sujet du collège (3). Je voudrais que l'on fît un examen sérieux et approfondi, sur les causes de tant de tristes ruines dans la jeunesse de ce pays et sur les remèdes qu'on pourrait y apporter. C'est vraiment déplorable que, parmi tant de jeunes gens sortis de nos collèges du Valais, il y en ait un si petit nombre qui persévère dans la bonne voie.

Tristatur autem de pluribus alumnis nostris, quod ii, relicto collegio, rectam quoque viam derelinquunt.

3. — On assigne toute espèce de causes: la contagion de la ville de Sion (4) surtout; la faiblesse des études dans nos collèges; leur état incomplet sous le rapport des parties de l'enseignement propres à prémunir la jeunesse contre les faus-

Causa tanti mali unde repetenda?

---

(1) P. Theodorus Neltner, *Germaniae* (1790-1817-1864), ex Alsatia oriundus, Collegii Sedunensis *Rector secundus* anno 1829 fuerat, post P. Ignatium Brocard; postea vero, ut optimus Christi operarius laboravit in Helvetia; tunc vero Rector iterum Sedunensis Collegii erat, a die 14 Sept. 1842; idemque munus ad finem usque Collegii obtinuit (Nov. 1847).

(2) Haec verba, sicut et paulo supra *salutationes* nomine parochorum transmissae, indicant Patrem Rectorem a suis apostolicis missionibus non cessasse. Similiter *excursiones* dicuntur (epist. CXCIII, not. 3) itinera apostolica Patris Iosephi Deharbe.

(3) Sedunensis Collegii historia breviter concinnata invenitur in opere: *Essai sur l'histoire du Collège de Sion*, par l'abbé Dr. Jerôme Zimmermann. Sion, Impr. Pfefferlé, 1914. Petit vol. in-8°, pp. 163. Vide praesertim cap. XII: *Le Collège et les pouvoirs publics, de 1805 à 1848* (pp. 138-149). Breviorem eiusdem collegii historiam, Societatem strictius attingens, narrat Pfülf, *op. cit.* pp. 261-277.

(4) Adeo turbatus erat ordo, cum in civitate tum in Collegio, ut de rebus politicis, plus quam de scientiis et litteris, agerent alumni, non sine discordia et rixis (Cf. Zimmermann, *op. cit.*, pp. 143-144; et Pfülf, pp. 269 et 272).

ses maximes du siècle; le choix de plusieurs professeurs et leur peu de zèle, etc.

Remedium unde afferendum?

4. — Quant aux remèdes, les uns voudraient un petit pensionnat et on assure même que les fonds sont prêts. D'autres et plusieurs, sans exclure le pensionnat, désirent un meilleur ordre dans les études et [pensent] qu'on pourrait l'obtenir sans augmenter le personnel du collège, p. ex. en partageant exclusivement les écoliers allemands et français entre les collèges de Brig et de Sion. Les deux collèges y gagneraient sous bien des rapports et Sion n'y perdrait rien, puisque le nombre des écoliers allemands y est et y devient tous les jours plus petit.

Haec cogitet Rector et de illis ad Patrem Provincialem referat!

5. — Je désire beaucoup, mon réverend Père, que cette question soit bien examinée par ceux qui connaissent la position du pays, mais avec grande prudence à l'égard des gens du dehors, qui ne se conduisent pas toujours dans la seule vue du bien public. C'est vraiment triste, de voir des sujets employés presque à pure perte. Ce sera matière à préparer pour la prochaine visite du P. Provincial (5).

Germ. Sup., 177.

CXCIII.

Ad R. P. Iosephum Deharbe (1),

Coethen (2).

1. *Gratias cur sero nimis agat, explicat.* — 2. Exercitia *clero data laudat: per clerum enim reformanda est Germania.* — 3. *Spes de Bavaria.* — 4. *De doctrinae apparatu, Nostris in Germaniam mittendis necessario. In philologia et historia, si quid nunc deficit, mox compensabitur.* — 5. *De cetero, praesidium nobis datur* excellentissimum, *scilicet* Ratio studiorum. — 6. *Multo periculosius esset, nos novis indulgere doctrinis.* — 7. *Quo autem modo fit, ut ipsis alumnis Collegii Germanici, qui gymnasium in Germania absolverunt, desint philologia et historia?* — 8. *De gradu doctoris conferendo.*

Romae, 13 Ianuarii 1844.

Gratias cur sero nimis agat, explicat.

1. — Quam dolui legens, in ultimis litteris R. P. Devis, ad epistolam Rae Vae iam 7 Ian. 1843 ad me datam, non fuisse responsum! Equidem bene memineram, me ab optimo P. De-

(5) Ipse interea P. Generalis certiorem faciebat P. Provincialem Gasparem Rothenflue de rebus illis omnibus, per litteras eodem die 13 Febr. datas. In his, verba adhibet fere eadem, in latinum tamen versa. Conclusio epistolae haec est: « Maior Dei gloria et nostra erga regionem illam iusta affectio vias omnes tentare iubent, qua periclitanti Religioni suppetias ferre possimus » (*Germ. Sup.*, p. 178).

(1) P. Iosephus Deharbe, de quo supra diximus (Cf. epist. CLXXIX, not. 1) ab anno 1842 laborabat in Missione Coethensi, socius Patris I. Bapt. Devis, titulis *Praef. rer. spirit.*, *Praef. schol. et bibl.*, *Conc.*, *Cathech.*, *Oper.* Sequenti autem anno invenitur *Minister* in Collegio Friburgensi (*Catal. Prov. Germ. Sup.*, 1844, p. 21; 1845, p. 6).

(2) De Missione Coethensi pluries egimus (Cf. i. a., epist. CLXXI et sqq). Quo-

harbe longam epistolam accepisse, quae mihi et solacio fuerat et scitu utilissima nuntiaverat; putabam etiam, me gratias egisse; sed nunc comperio, errore alicuius ex meis sociis in Secretaria accidisse, ut litterae Rae Vae inter eas reponerentur, ad quas responsum iam erat. Itaque sero sed ex toto corde gratias ago, quod tam diligenter Ra Va et de suis laboribus et de rebus Germaniae ad me retulit.

Exercitia clero data laudat: per clerum enim reformanda est Germania.

2. — Iucunda erant imprimis, quae mihi Ra Va de Exercitiis clero datis vel dandis narravit; et opto, ut etiam de excursionibus (3), quas proximo anno fecit, simili modo ad me referat. Per clerum utique, cuius maxime culpa Germania olim ab haeresi tam misere devastata est, per clerum stabit, ut reformetur. Benedicat igitur porro Dei misericordia, quidquid nunc variis in partibus Germaniae hunc in finem tentari audio, et benedicat imprimis tuis, mi Pater, laboribus!

Spes de Bavaria.

3. — Quae praeterea Ra Va retulit, nunc utique maximam partem iam mutata sunt; utinam, quae parantur nunc, per inconstantiam ne rursus exitu frustrentur. Novit Ra Va, quae et qualis iam sit spes, fore ut Societas in Bavariam vocetur (4). Optandum sane, modo res aequis condicionibus et praecipue a parvis initiis inchoari possit.

De doctrinae apparatu, Nostris in Germaniam mittendis necessario. In philologia et historia, si quid nunc deficit, mox compensabitur.

4. — Sollicita est Ra Va de doctrinae apparatu, qui Nostris in Germania necessarius sit? Etiam ego! Sed tamen ne nimium timeamus! Ra Va ipsa dicit, in aliis quidem disciplinis (altiores probabiliter intellexit?) Nostros fore superiores; non item in quibusdam aliis, maxime in philologia et historia. Sed propterea etiam, me suadente, iam ex aliquibus annis in *Prov. Germ. Sup.* nostri iuniores per duos integros annos humaniora repetunt; suntque inter illos non pauci, qui insignia naturae dona hoc tempore feliciter excoluerunt. Praeterea diligentia Superiorum illius Provinciae provisum est, ut Scholastici etiam in magisterio, quod ad privatum linguarum studium attinet, sibi non relinquantur. Spero itaque fore, ut post aliquot annos defectus doctrinae huiusmodi non adeo timendus sit.

De cestero, praesidium nobis datur *excellentissimum*, scilicet *Ratio studiorum*.

5. — Quodsi nihilominus docti illi viri Germaniae (5), qui toto fere vitae tempore in addiscenda philologia desudant, Nostros hac in re superarent, non dubito tamen, quin habituri essemus aliud quoddam praesidium, ad discipulorum in litteris progressum multo excellentissimum (6), modo illo bene

---

modo finis illi, dum maxime floreret, per longum et asperum inimicorum odium, violenter fuerit impositus (1847-1848), optime narrat Pfülf, pp. 493-495.

(3) Quid sibi velit illud verbum, vide supra, epist. CXCII, not. 2.

(4) De Bavaria, eiusque religiosa condicione et de Nostrorum ad illam reditu diximus supra (Cf. epist. CLXXIX).

(5) Quid de *germanicis Doctoribus* et *recentioribus auctoribus* censeret P. Roothaan, iam satis declaratum esse putamus (Cf. i. a., epist. CLXXXI, not. 4; CLXXXII, not. 3, etc.).

(6) Bis miranda verba: *multo excellentissimum*, quae simul moderatae menti Patris Generalis adversantur et grammaticae legibus: adeo erat in illo ardens amor et aestimatio *Rationis studiorum!*

et constanter utamur: *Rationem* dico *studiorum*, quam Societas tenet. Ita omnino sentio; si per hanc vires Nostrorum et labores prudenter diriguntur, erit progressus discipulorum (qui sane non unice pendet ab eruditione magistri, praesertim tali, qualis est illa philologia) tantus, quantus pro aetate discentium et tempore studiorum expectari poterit.

Multo periculosius esset, nos novis indulgere doctrinis.

6. — Sin vero nos abripi sinamus, si accommodemur moribus huius nostrae aetatis, etiam eius fructus feremus. Eheu! reverende Pater! est aliud periculum quod Nostris magis timeo, ne scilicet imprudentius, sive bono zelo ducti, sive splendida quadam istius Germanicae eruditionis specie caecati et perturbati, a tramite Patrum nostrorum longius abscedant; id quod, non corpori Societatis aut Provinciae, sed quibusdam privatis suo utique maximo infortunio iam accidisse, Ra Va non ignorat (7).

Quo autem modo fit, ut ipsis alumnis Collegii Germanici, qui gymnasium in Germania absolverunt, desit philologia et historia?

7. — Gratias etiam ago pro iis, quae de alumnis Collegii Germanici scripsit. De missionibus, antequam in Germaniam redeant, tentandis in Helvetia, videbo. Sed etiam in his desideratur historiae et philologiae doctrina? Mirum sane! Mittuntur huc pro cursu philosophiae et theologiae; philologiae et historiae doctrina in gymnasio traditur; gymnasia autem alumni Collegii Germanici in Germania absolverunt. Videant ergo professores Germaniae, quid respondeant. Equidem scio passim fateri, eos qui res Germaniae recte aestimant, eruditioni professorum non respondere discipulorum progressus. Sed praeterea iniqua est ratio, quosque nostros discipulos non cum maiori parte discipulorum, sed cum doctissimis conferri professoribus.

De gradu doctoris conferendo.

8. — Quod ad doctoratum attinet, grata mihi erat significatio Rae Vae; et ea certe utemur, ne fama Societatis quid patiatur. Ceterum cogitandum est, conferri doctoris gradum secundum examen ex theologia scholastica, qualis hic traditur, valde utique diversa a theologia in Germania tractari solita. Unde etiam qui in Germania doctores fuerunt creati, nequaquam inter Nostros excellere semper sunt visi.

Commendo me Rae Vae SS. Sacrificiis et orationibus!

Germ. Sup., 192.

---

(7) Alludit, ut putamus, P. Generalis, *infortunio* Patris Lückemeyer, de quo actum est supra, epist. CLXXX-CLXXXIII.

CXCIV.

AD R. P. HIPPOLYTUM FRANDIN (1),

Fribourg.

1. *Litteras Magistrorum collectivas subscribere, scriptis praesertim antea propriis, non debebat.* — 2. *De cetero, communes huiusmodi litterae non placent.* — 3. *Quia Societas nostra non est respublica constitutionalis.* — 4. *Quia sine conciliabulis et murmurationibus non potuerunt parari.* — 5. *Quia non latine scriptae sunt.* — 6. *Non tamen obiurgatio haec est, sed paterna monitio.* — 7. *Ceterum de nimio labore sublevando iam cogitarunt Superiores.*

Roma, 9 Septembris 1844.

Litteras Magistrorum collectivas subscribere, scriptis praesertim antea propriis, non debebat.

1. — Litteras, quas Reverendi et Carissimi Magistri Friburgenses die 22 Augusti ad me dederunt, etiam ab Ra Va fuisse subscriptas, nonnihil miratus sum. Gratum nuper quidem mihi fuerat, quod Ra Va cum omni fiducia mentem suam aperuit; sed cum iam rescripsissem me datis notitiis usurum esse, Ra Va debuit acquiescere, nec de rebus plane iisdem alteras litteras subscribere. Nolim suspicionem admittere, Te, mi Pater, his Magistrorum litteris occasionem dedisse; id enim non possem non vehementer improbare.

De cetero, communes huiusmodi litterae non placent.

2. — Sed etiam has ipsas communes litteras haud dissimulo minus mihi placuisse. Si Magistri, ut nuper Ra Va, singuli, non communicato tamen inter se consilio, suas querelas ad me detulissent, libenter eos, ut pater filios, audivissem; at hunc modum scribendi (2) non una de causa debeo reprehendere:

Quia Societas nostra non est respublica constitutionalis.

3. — Primum enim ille usus colligendi subscriptiones abhorret nimium a more Societatis nostrae, quae non regitur per modum reipublicae, ut aiunt, constitutionalis.

Quia sine conciliabulis et murmurationibus non potuerunt parari.

4. — Neque consilium has litteras scribendi potuistis inire, quin inter vos saepius de his rebus et Superioribus vestris sermones misceretis; quo ipsi confirmatis querelas, non semel a gravibus viris ad nos delatas, quod scilicet Magistri Friburgenses inter se contra Superiorum agendi rationes murmurare soleant.

---

(1) P. HIPPOLYTUS FRANDIN, *Tolosanae* (1811-1832-1888), in Sabaudia natus, a *Prov. Germ. Sup.* in *Tolosanam* transiit anno 1859. Pali (Pau) obiit. Grammaticam praesertim docuit; librum scripsit: *Saint François Régis, modèle de l'enfance et de la jeunesse* (1855). Anno autem 1844 notatur *Prof. supr. gramm.* in Collegio Friburgensi (De illo v. SOMMERVOGEL, t. III, col. 946).

(2) Raro, non unico exemplo, videntur Magistri Friburgenses omnes simul litteras ad R. P. Generalem misisse, quibus querelas suas et petitiones proponerent. Quod profecto non poterat R. P. Roothaan tolerare, neque ullus, sive ante sive post illum, Generalis unquam admisit. Aderant tunc, in Collegio Friburgensi, Magistri e Societate: Patres (incluso P. Frandin) et Scholastici sex; quos inter notatur Fr. Schol. ANTONIUS ANDERLEDY, futurus Societatis Iesu Praepositus Generalis XXIII (*Catal. Prov. Germ. Sup.*, 1844, pp. 7-8).

Quia non latine scriptae sunt.

5. — Denique litterae vestrae minus ingratae fuissent, si ex more universae Societatis, quem in ista vestra Provincia valde vigere gaudeo, latine scriptae essent.

Non tamen obiurgatio haec est, sed paterna monitio.

6. — Haec igitur Ra Va omnia, exceptis quae eius personam attingant, cum singulis Magistris communicet; adiungens, tamen, non esse hanc meam mentem, ut eos tanquam de delicto obiurgem; sed ut paterne moneam et Societatis mores ostendam; quos si bene novissent, non dubito, quin prompta voluntate servassent (3).

Ceterum de nimio labore sublevando iam cogitarunt Superiores.

7. — Ceterum ut vos nimio labore levemus certe cogitabimus, ut qui vos quam maxime diligamus, atque in hoc scio Superiores vestros valde faciles et benevolos se praebituros esse, qui etiam ante vos de eadem re mecum egerunt. Sed currente anno mutatio fieri sane non poterat.

Commendo me SS. SS.

Germ. Sup., 216.

CXCV.

Ad R. P. Georgium Staudinger,

[*Brig*] (1).

1. *Animadversiones in litteras de Rosminii doctrinis acceptas mittit.* — 2. *Cur Patres in Pedemontio acrius loquantur.* — 3. Eusebius Christianus *a Nostris non est circumportatus.* — 4. *Nec P. Generalis dixit opera Rosminii relatum iri in* Indicem. — 5. *Multo minus illum dixit haereticum.* — 6. *Verum est, duos e NN. scripsisse refutationis libros, tacito nomine, eosque non Romae impressos. Sed rationes aderant idoneae.* — 7. *Nihil Romae decisum, nec cito decidendum.* — 8. *Silentium a Pontifice utrique parti impositum servamus.* — 9. *De Ignatiano «praesupponendo» ab adversariis allegato.* — 10. *Tempus plura docebit.*

Roma, 21 Octobris 1844.

Animadversiones in litteras de Rosminii doctrinis acceptas mittit.

1. — Gratias ago Rae Vae de communicatis mecum litteris R. d. S. (2). In illas pauca hisce notata Rae Vae scribo, quibus pro sua prudentia, et ubi utile posse esse crediderit, poterit uti. Equidem ad Dnum S., non est quod scribam.

(3) Iterum benignitas manifestatur Patris in ipsa delinquentium filiorum reprehensione.

(1) Nomen loci, etsi deest in apographo, restituimus e *Catal. Prov. Germ. Sup.* Anno 1844, R. P. Georgius Staudinger (de quo *epist.* CLIX, not. 1) *Rector* indicatur exstitisse et *Mag. Novit.*, *a die 15 Maii 1837,* in Collegio Brigensi.

(2) Ita quidem codex apographus noster. Satis probabiliter putamus fuisse scribendum *R. D. S.*, quod interpretatur: *Reverendi Domini* Setti. Sacerdos is erat ex primis sociis Rosminii, iamque semel fuerat Romam missus et cum ipso P. Roothaan egerat de Rosminiano Instituto deque eius approbatione a Sancta Sede obtinenda (Pirri, p. 271-272).

2. — Quod aliqui Nostrorum in Pedemontio imprudenter et nimio calore locuti sint de R(osminio) (3), doleo sane, sed non adeo miror. Noverunt illi multa, quae multi ignorant.

Cur Patres in Pedemontio acrius loquantur.

3. — Quod Nostri hic Romae illud primum opusculum *E. C.* (4) circumportarint ad Praelatos et Cardinales, id puto valde exaggeratum. Idque eo magis, quod passim omnibus Nostris, et mihi ante omnes, nimis violenta illa aggressio visa sit (5).

Eusebius Christianus a Nostris non est circumportatus.

4. — Quod, ex auctoritate P. Generalis, dicantur opera Dni R. brevi relatum iri in *Indicem:* Falsissime sane id quasi a me dictum fertur. Fortasse aliquando alicui dixerim, *mihi videri, si examini subicerentur, inventum iri non adeo pauca reprehendenda;* utique hoc dicere potui, et nunc etiam, ubi opus esset, dicere non dubitarem.

Nec P. Generalis dixit opera Rosminii relatum iri in *Indicem.*

5. — Quod nos Dnum R. *haereticum* dicamus, absit! Equidem certe bona fide a vero aberrasse semper putavi (6).

Multo minus illum dixit haereticum.

6. — Quod aliqua a duobus PP. nostris scripta sint, et tacito nomine impressa alibi, non Romae? Hoc verissimum est. Sed: 1° Hoc factum est non sine facultate auctoritatis Romanae, cui etiam ego ipse subiectum esse fideliter profiteor. 2° Nihil in his acerbi, nihil duri; nisi omnis contradictio acerba et dura dicenda sit. 3° *Tacito nomine:* ob multas iustas rationes, quas inter non postrema erat, ut evitaretur conflictus inter Corpus religiosum et Corpus. Neque id usurpatum videmur ab solis *sicariis,* ut Dnus S. innuit, sed saepe ab egregie catholicis ac piis viris, quando ita suadebant tempora. 4° *Non Romae?* Quia, ubi oritur talis controversia, Romae, ubi haec aliquando diiudicanda erit, prudenter nec *pro* nec *contra* quidquam publicatur.

Verum est, duos e NN., scripsisse refutationis libros, tacito nomine, eosque non Romae impressos. Sed rationes aderant idoneae.

7. — Quod hucusque nihil fuerit decisum Romae, non est mirum. Nullum enim examen institui coeptum est ab auctoritate suprema. Et vero, haec semper lentissime procedit. Sic v. g. Hermesiana fere annos viginti moram passa sunt (7).

Nihil Romae decisum, nec cito decidendum.

8. — Quod silentium impositum fuerit utrique parti, hoc utique pacis studio factum, non quod examinatae fuerint utrius partis rationes. Ceterum, hoc silentium, *ne quid* scil. porro imprimatur, a nobis sancte ac religiose servatur. An ita servetur ab altera parte, multiplex est ratio dubitandi; sed nostrum non est hoc examinare.

Silentium a Pontifice utrique parti impositum servamus.

(3) Iterum agitur de controversia Rosminiana, de qua fuse tractavimus antea, neque iterum agendum existimamus. Vide epist. XXXVI, CXLIX, CLXXXIX.

(4) De *Eusebio Christiano* et controversiis circa probabilem operis illius scriptorem exortis, vide quod supra notavimus, in epist. modo indicatis.

(5) « Quod ubi primum vidi (opus *Eusebium Christianum*) sane improbavi formam asperam nimis » (Epist. CLXXXIX, supra).

(6) Miro sane modo in tota illa Rosminiana controversia manifestatur duplex ille sensus, quo Patris Roothaan animus et regebatur simul et torquebatur: hinc doctrinae integritatem tuendi alacritas, inde caritatis et mansuetudinis servandae anxietas.

(7) Georgii Hermesii (et eius discipulorum) doctrinae, anno 1835 a Gregorio XVI Encyclica *Dum acerbissima* damnatae, rationalismum sapiebant. De Rosminianis vero operibus, quaenam et quando fuerint condemnata, iam diximus.

De Ignatiano « praesupponendo » ab adversariis allegato.

9. — Quod demum attinet ad Notam, a Sancto Patre Nostro praepositam *Fundamento,* contra quam Dnus S. peccasse nos existimat, illa agit de propositionibus dubiis vel suspectis, voce vel *privatim enunciatis* (8); non de doctrinis *typo* impressis et eo ipso *iuris publici factis.* Multoque magis illa *regula* charitatis observanda non est, quando constat auctorem, antequam opus suum publicaret, amicas observationes, ab *amico* cui revisendum dederat, indignabundum reiecisse, earumque nullam habuisse rationem.

Tempus plura docebit.

10. — Et haec hactenus; alia non pauca de isto negotio addere possem; sed *tempus plura docebit* (9).

Germ. Sup., 221.

CXCVI.

Ad R. P. Ioannem Baptistam Devis (1),

Coethen.

1. *Nuntius Apostolicus has litteras feret, de matrimoniis mixtis agentes.* — 2. *Adiuncta locorum suadent, ne legis alias necessariae et salutaris urgeatur rigor.* — 3. *Sententiam suam, ut privati viri, declarat de dispensatione caute praesumenda.*

Rome, 10 Juin 1845.

Nuntius Apostolicus has litteras feret, de matrimoniis mixtis agentes.

1. — Mgr Morichini, Nonce à Munich, successeur de l'excellent Viale (2), et qu'il remplacera dignement, part de Rome, et veut bien se charger d'une lettre pour vous. Je lui ai parlé de votre mission, et de vos peines pour l'affaire des mariages mixtes (3).

(8) Mos est adversariorum Societatis, Ignatianam illam *Notam* invocare, quoties liber seu doctrina eorum a Iesuitis censoribus reprehenditur. Promptum tamen est ad defensionem nostram argumentum, quod P. Roothaan adhibet. *Nota* autem, quae inter *Titulum Exercitiorum* atque *Principium et Fundamentum* legitur, sic habet, in ipsa Patris Roothaan versione : ... « praesupponendum est, quemvis bonum Christianum promptiorem esse debere ad salvandam propositionem proximi, quam ad eam condemnandam ; et si non potest eam salvare, inquirat ex ipso quomodo eam intelligat ; et si quidem male illam intelligit, corrigat illum cum amore ; et si id non sufficit, quaerat omnia media convenientia, ut ille bene eam intelligens se salvet ».

(9) Quid *tempus docuerit,* notavimus in epist. supra relatis ad PP. Provinciae Franciae.

(1) De P. Ioan. Bapt. Devis, cf. i. a. epist. CLXV, not. 8. De Coethensi autem missione iam pluries egimus ; v. g. epist. CLXVIII, CLXXI-CLXXIII.

(2) Diximus Nuntium Apostolicum his temporibus titulum et munus habuisse Vicarii Apostolici in Principatu Anhalt-Coethen (Cf. Pfülf, p. 494). De Excmo Dno Viale Prelà iam occurrit mentio in epist. CLXXVI.

(3) De dubiis circa matrimonia mixta suscitatis et quid P. Roothaan de illis iam semel ad eundem P. Devis scripserit, vidimus supra (Cf. epist. CLXXIII).

2. — Il est clair que, dans ce moment, cette affaire ne peut être traitée ici. Mais il est également vrai que les circonstances à Coethen sont telles, que les rigueurs *nécessaires* et *très salutairement* établies pour les pays catholiques ou mixtes, sont vraiment *préjudicables,* dans un pays où il n'y a qu'une petite poignée de catholiques au milieu de tout un monde protestant, et où les mariages mixtes sont d'un côté moralement inévitables, et peuvent être une pépinière pour le Catholicisme, lorsque la partie protestante, quoique sans faire la promesse, n'est pas positivement *ennemi déclaré du Catholicisme,* chose difficile à supposer dans quelqu'un qui donne son affection à une *bonne* catholique (4). Traitez-en, dans les circonstances, avec Mgr le Nonce.

Adiuncta locorum suadent, ne legis alias necessariae et salutaris urgeatur rigor.

3. — Quant à moi (mais ceci je l'écris, non pas comme Général de la Compagnie) je n'oserais pas condamner un curé, qui *dans certaines circonstances* croirait ne pouvoir, ne devoir pas observer toutes les règles prescrites, avec tant de raison, pour la Prusse et autres pays semblables. Pour ces pays, les règles prescrites émanent du *droit divin,* parce que les Gouvernements exigent que les enfants soient élevés dans l'hérésie; tandis que, là où de telles lois n'existent pas, cette *promesse formelle* à exiger de la partie hétérodoxe n'est que de *droit humain, ecclésiastique,* qui, selon les principes reçus, cesse d'obliger dans certains cas. Tout dépend de la discrétion (mise à) juger, si tel est le cas qui se présente (5).

Sententiam suam, ut privati viri, declarat de dispensatione caute praesumenda.

Adieu, mon cher Père; je pense bien que vous ne tarderez pas à écrire à Mgr le Nonce.

Germ. Sup., 136.

CXCVII.

Ad R. P. Aloisium Geoffroy,
Rectorem Convictus. *Fribourg.*

1. *Gratias et laudes.* — 2. *De meliore studiorum dispositione.* — 3. *Quod convictum attinet, duo commendat.* — 4. *Ludi dramatici nimis profani aut effeminati vitentur.* — 5. *Rei oeconomicae magnam habeat curam.* — 6. *Monitiones de diligentia et moderatione.*

Roma, 24 Martii 1846.

1. — Ago Rae Vae gratias pro litteris mense Oct. et Ian. ad me datis. Alumnorum numerum non ita, ut pro temporum adiunctis timendum erat, imminutum esse eorumque vitam et mores generatim satisfacere, cum gaudio cognovi.

Gratias et laudes.

(4) Diximus etiam Coethensia illa matrimonia mixta, saepe in bonum Ecclesiae catholicae vertisse (Epist. CLXXIII not. 5. - Pfülf, p. 495).

(5) *Discretionem* utique suam ipse P. Roothaan ostendit, sive in sententia, quam profert, sive in modo tituloque adhibito *privati viri.*

De meliore studiorum dispositione.

2. — Ra Va cupit imprimis, ut studia melius disponantur; ego autem iam mense Ianuario anni superioris scriptum misi, quo varia cum Rectoribus et Praefectis consideranda Provinciali exposui; itaque vestra omnium responsa exspecto.

Quod convictum attinet, duo commendat.

3. — A P. Provinciali Ra Va comperiet, quae secundum Consultorum litteras in Convictu melius fieri posse videantur. Ex iis duo capita, quae mihi summopere cordi esse debent, Rae Vae imprimis commendata velim:

Ludi dramatici nimis profani aut effeminati vitentur.

4. — 1° Dramata, quae aguntur, non sunt talia, qualia Institutum *(Rat. stud.* antiq. edit. *Reg. Rect.)* praescribit (1). Et si ab usu linguae latinae perquam inviti, ob praesentes difficultates dispensamus, tanto severius reliqua, quae praescribuntur, requirere debemus. Porro in dramatibus, quae istic fiunt, notatur primum *profana* nec raro indecora et plebeia ratio. Argumentum totum omnino *pium* sit, et ioci si fieri debent, moderati et honesti. Alterum vitium longe peius est in iis, quae magis ad tragoediam accedunt: *nimis magna* scilicet *et nimis mollis animorum commotio.* Dicuntur nominatim assumi « Operae » recentiores (2), mutatis tantum verbis, relicta *effeminata musica* (3) et ea scenarum dispositione, quae verum argumentum, — *amores* scilicet, facile prodat. Imprudentissimum consilium, cuius pestiferas sequelas cum ante aliquos annos in Convictu ipso experientia docuerit, illi, qui huic rei praesunt, cognoscere utique deberent. Rogo ergo Ram Vam, ut huic rei invigilet, nec praefectis alumnorum curam relinquat (4).

Rei oeconomicae magnam habeat curam!

5. — 2° Rei oeconomicae magna cura habenda est (5). Agitur hic de officio *iustitiae.* Quae sint praecipue curanda, Ra Va ipsa cum Consultoribus examinet.

Monitiones de diligentia et moderatione.

6. — De cetero, Rae Vae gratias ago plurimas pro indefessa diligentia, qua munus suum administrat; id tantum rogans, ne vires atterat occupationibus, quas aliis committere

---

(1) « Comoedias et tragoedias rarissime agi permittat, et non nisi latinas ac decentes... » (*Reg. Prov.* 58). « Tragoediarum et comoediarum, quas non nisi latinas ac rarissimas esse oportet, argumentum sacrum sit ac pium » (*Reg. Rect.* 13). *Institutum* III, pp. 79 et 167.

(2) *Habemus confitentem reum!* Nam in opere supra laudato: *Livre d'or du Pensionnat de Fribourg* (p. XXXVI) legitur: « Une fois par an, à l'époque des jours gras, des opéras et pièces de comédie, *en vogue alors*, étaient exécutés par les éleves avec un incontestable succès ».

(3) Tempus erat, quo musicarum artium principes urbes erant Lutetia et Mediolanum. Futurae Wagnerianae gloriae auroram vix praenuntiaverat *Rienzi* (1842). Leve autem ac tenerum gratiosumque musicae genus florebat, auctoribus i. a. AUBER (1782-1871), BELLINI (1801-1835), CHERUBINI (1760-1842), DONIZETTI (1797-1848), HALEVY (1799-1862), MEYERBEER (1791-1864), ROSSINI (1792-1868). Quorum *operas* plures, scenis scholarum catholicarum *adaptatas*, ad nostros usque dies novimus, vidimus, audivimus.

(4) Quanta diligentia et promptitudine P. Geoffroy consiliis Patris Generalis sit obsecutus, mire significat epist. CXCIX, infra.

(5) Paucos ante annos, de eodem Convictu Friburgensi scribens P. Roothaan ad P. Staudinger, tunc Provincialem, merito illi vertebat, quod periclitatam rem oeconomicam ibi, sicut et in Convictu Brigensi, feliciter restituisset (Epist. CLXII, not. 10).

posset, v. g. litteris scribendis; et ne nimium de rebus particularibus sollicita (6) se ipsa et fortasse etiam officiales impediat.

Commendo me Rae Vae SS. SS.

Germ. Sup., 253.

CXCVIII.

AD R. P. FRANCISCUM ROTHENFLUE (1),

Fribourg.

1. *Nova* Institutionum philosophicarum *editio permittitur. — 2. Conspectus operis separatim edendus; sic dabitur tempus recognitioni. — 3. Recognitio enim accuratissima esse debet. — 4. Romae fiet a viris probatis, etsi novarum doctrinarum non expertis. — 5. Illi enim eas ex clara ipsarum confutatione iudicabunt. — 6. Recognosci quoque potest opus in scriptoris Provincia, missis Romam iudiciis.*

Roma, 31 Martii 1846.

Nova *Institutionum philosophicarum* editio permittitur.

1. — Ra Va iam a P. Provinciali cognoverit, me libenter consentire, ut altera editio *Philosophicarum Institutionum* fieret (2).

Conspectus operis separatim edendus; sic dabitur tempus recognitioni.

2. — Postquam autem accuratius examinavimus conspectum operis, quem Ra Va tamquam appendicem addere vellet, non una de causa prudentius iudicamus, ut haec pars Philosophiae non una cum reliquis, sed separatim tamquam alius liber in lucem prodeat. Quod si fiat, nihil est, quod eius editionem accelerari iubeat; cupio autem, ut tempus non desit, rem diligenter examinandi.

Recognitio enim accuratissima esse debet.

3. — Agitur enim de libro, qui et Rae Vae et ipsius Societatis existimationi multum prodesse et nocere potest (3). Probe

(6) Similes Patris Generalis monitiones audivimus, v. g. scribentis ad P. Drachne (Rector) *omnia facere solus per se* vellet; sed ut *chartam quisque suam* teneret (Epist. CLXXVII, supra).

(1) De Patre FRANCISCO ROTHENFLUE (1805-1821-1869) iam aliquid attigimus, cum de eius fratre GASPARE ageremus (Cf. epist. CXCI, not. 1).

(2) *Institutiones philosophiae* annis 1842-1843 primum editae, plausu plurimorum acceptae fuerant et varia per collegia mox diffusae. Agebatur ergo de illis iterum edendis, addito appendice. Sed cum querelae nonnullae circa doctrinam Patris Rothenflue de origine cognitionis fuissent interdum ad P. Generalem delatae, timebat ille, ne opus aliunde eximium et contra germanicum rationalismum solide ac fortiter contendens aliquid tamen saperet Ontologismi Rosminiani; nec vanum esse timorem probavit recognitio Romae facta. Omnis autem *Ontologismus* ut vidimus, Patri Roothaan odio erat; nondum tamen fuerat ab Ecclesia condemnatus.

(3) Plus *profuisse* quam *nocuisse* auctoris et *Societatis existimationi* dici potest opus Patris Rothenflue; brevi enim temporis spatio (1842-1862) editiones habuit 28, ut videre est apud SOMMERVOGEL, t. VII, c. 215-216.

novit Ra Va, quanta sit propter modum refutandi systemata recentioris philosophiae animorum agitatio; et haec potissimum res est, quae amicorum praecipue nostrorum animos exspectatione suspensos tenet. Hucusque Societatis scriptores nonnisi data occasione in compendiis scholasticis materias, quae huc pertinent, attigerunt; nemo ex professo omnia illa systemata tractanda suscepit. Accedit, quod non pauci extra Societatem, qui id bona, ni fallor, saltem ab initio, mente susceperant, triste naufragium fecerunt. Summa igitur in hoc opere, quod in se minime improbo, cautione opus est; et quoniam res agitur generalis et quodammodo nova pro more Societatis, huius libri censuram Romae fieri convenit (4).

Romae fiet a viris probatis, etsi novarum doctrinarum non expertis.

4. — Curabo, ut nonnisi viris gravissimis et doctissimis committatur: nec timeat Ra Va, ut scripta eius ab iis, qui morem philosophandi Germanorum ex ipsis fontibus minus cognoverint, recte iudicari possint.

Illi enim eas ex clara ipsarum confutatione iudicabunt.

5. — Si enim (quod certe intendit) Ra Va, ex probatis doctrinis philosophiae in Ecclesia semper usitatae proficiscens, iisque constanter inhaerens, nova illa systemata tractat et refutat, fieri non potest, quin iis etiam, qui recentiori methodo minus sunt assueti, captu sit minime obscura.

Recognosci quoque potest opus in scriptoris Provincia, missis Romam iudiciis.

6. — Ceteroquin, haec mea ordinatio non impedit, quominus etiam in ista Provincia examinetur, et iudicia censorum una cum manuscriptis nobis mittantur (5). Quod Ra Va P. Provinciali referre velit (6).

Commendo me Rae Vae SS. SS.

Germ. Sup., 254.

(4) Multiplices porro fuerunt vicissitudines libri eiusdemque censurae et emendationes, cum praeterea P. Rothenflue debuerit cum sociis ex Helvetia exsulare. Denique, etsi semper protestatus est se ab Ontologismo abhorrere, emendationes tamen omnes et mutationes a censoribus expostulatas libro suo obsequenter intexuit. De iis omnibus vide Koch, col 1326-1328 et 1570. Pfülf, pp. 426-429.

(5) Iuxta S. I. *Constitutiones*, libri « edi non poterunt in lucem, sine approbatione atque consensu Praepositi Generalis » (*Summ. Constit.*, n. 42). Sed praeter revisores generales Romae sedentes, designantur in unaque Provincia censores, de quibus Congregatio X statuit: « Omnes autem revisores suas censuras eidem Provinciali tradent, qui eas Romam ad Generalem mittet », etc. (*Institutum* II, p. 375).

(6) De toto illo negotio vide etiam infra, epist. CCI fere integram.

CXCIX.

Ad R. P. Aloisium Geoffroy.
Rectorem Convictus.

Fribourg.

1. *Promptam oboedientiam de ludorum scenicorum emendatione gratulatur. — 2. Iterari permittit actionem dramaticam quamdam, utpote « innocuam ». — 3. Instat, ut argumentum sit semper pium, etiam diebus bacchanalibus. — 4. De paucitate dramatum lingua vernacula conscriptorum. — 5. Maxime tandem vitandum, ne vitia vi*vidioribus coloribus *depingantur. — 6. Novas agit de oboedientia gratias.*

Roma, 7 Maii 1846.

Promptam oboedientiam de ludorum scenicorum emendatione gratulatur.

1. — Gavisus sum valde, quod Ra Va iam diu ad ea in dramatibus emendanda animum applicuerit, quae nos non sine aliqua sollecitudine pluries compereramus [1]. Ut igitur mentem meam, quemadmodum desiderat Ra Va, accuratius exponam, haec adhuc noto:

Iterari permittit actionem dramaticam quamdam, utpote « innocuam ».

2. — Quum « *Opera* », quae hoc anno facta est, iudicio Rae Vae innocua sit, non improbo eius repetitionem, die quem indicavit Ra Va; id tantum adicio, non esse dies tales multiplicandos; dies dico, quibus dramata aguntur [2].

Instat, ut argumentum sit semper pium, etiam diebus bacchanalibus.

3. — Si dixi argumentum omnino pium esse debere, hoc « *omnino* » non est ad « *pium* » referendum, sed ad verbum « debere ». Et revera, videtur omnino exigi posse et debere, ut pium argumentum sit; scilicet vel ex sacra aut ecclesiastica historia depromptum, vel ad ostendendam aliquam veritatem christianam idoneum. Non video, quare minus conveniat, bacchanalibus diebus talia tractari; quin immo, sint nostrorum alumnorum, si ita loqui fas est, bacchanalia sancta! Nonne eadem de causa iisdem illis diebus comprecatio solemnis instituitur? [3].

De paucitate dramatum lingua vernacula conscriptorum.

4. — Non inveniuntur lingua vernacula eiusmodi dramata conscripta? Sed fortasse multo utilius et minus laboriosum esset, dramata a Patribus nostris latine scripta in linguam vernaculam, etiam mutatis, quae mutanda videantur, convertere, quam profana et lubrica in usum nostrum accommodare.

---

(1) De toto illo argumento, vide paulo superius, epist. CXCVII.

(2) « Rarissimos » scimus dies illos esse debere, iuxta *Rationem Studiorum* (cf. epist. CXCVII, supra). Vidimus autem (*ibid.*, not. 2), ludos scenicos in Convictu Friburgensi fieri solitos esse: *une fois par an, à l'époque des jours gras*, i. e. semel in anno, diebus bacchanalibus.

(3) Notissima et usitatissima est hodie *comprecatio* illa seu mos excolendae SS. Eucharistiae per XL horas (*diebus* praesertim *bacchanalibus*), precibus adorationis et expiationis. Qui primum a Clemente XI (21 Ian. 1705), dein a Clemente XII (1 Sept. 1731) suis ritibus et indulgentiis donatus est; postremo a Clemente XIII ad universalem Ecclesiam extentus (Cf. Liturgia: *Encyclopédie populaire des connaissances liturgiques.* Paris, Bloud et Gay, 1930; praesertim pp. 45 et 689).

In illis « *Operis* » intelligo maiorem esse difficultatem. Annon sufficeret, cantus, etiam choros, vel actibus interponere vel ipsis dialogis miscere? Certe qui hoc modo antiqua illa PP. nostrorum dramata in hodiernum usum accommodaret, magni momenti obsequium praestaret.

Maxime tandem vitandum, ne vitia *vividioribus coloribus* depingantur.

5. — Praeter ea, quae nuper scripsi, et quae Ra Va ut video, iam cordi habet, illud adhuc moneo: cavendum esse magnopere, ne vitii natura, etiam ubi de eius poena vel indignitate agitur, vividioribus coloribus depingatur; nec mysteria iniquitatis revelentur; id quod non solum de vitio impuri amoris, sed de omnibus intelligo.

Novas agit de oboedientia gratias.

6. — Restat, ut Rae Vae de magna sua sollicitudine et prompta erga Superiores obedientia gratias agam. Non dubito, quin Deus illi propitius assistat.

Rae Vae SS. SS. et orationibus me valde commendo.

Germ. Sup., 256.

CC.

Ad R. P. Gasparem Rothenflue (¹), Provincialem.

[*Fribourg*].

1. *Catechismus Patris Deharbe Romae, et mature est examinandus.* — 2. *Tres adhibiti censores muneri impares fuerunt.* — 3. *Nec sunt correctiones arbitrio auctoris relinquendae* — 4. *Affertur exemplum.* — 5. *Rationes dantur severitatis et dilationis.* — 6. *Obiit S. P. Gregorius XVI.*

Roma, 2 Iunii 1846.

Catechismus Patris Deharbe Romae et mature est examinandus.

1. — In litteris die 23 Maii ad me datis, Ra Va rogavit, ut sine mora de catechismo P. Deharbe responderem, eo quod Episcopi Germaniae desiderent eum, quam primum fieri potest, in lucem edere (²). Ego autem existimo, in re tanti mo-

(¹) De P. Gaspare Rothanflue, de P. Iosepho Deharbe eiusque notissimo *Catechismo*, iam aliquid diximus in notulis ad epist. CLXXIX, CXCI, CXCIII. Tota vero praesens epistola versatur circa primam illius libri editionem.

(²) P. Deharbe, cum iam multum in Bavaria praedicasset et clero *Exercitia* tradidisset, indigentiam spiritualem plane noverat, qua regio illa laboraret. Catechismi novi scribendi consilium, quod cum quibusdam e S. I. Patribus et Bavariae Episcopis communicavit, horum omnium plausum accepit; ideoque, Romam missa approbatione censorum, putabat librum in lucem edi posse absque offendiculo. Sed non ita P. Generalis sentiebat, qui paucis mensibus, antequam praesentes litteras ad P. Provincialem mandaret, haec ipsi P. Deharbe scripserat, die 28 Febr. 1846: « Etsi non dubito, praesertim si Ill. Praesulum auctoritate probatum fuerit, hoc opusculum luce dignum esse, a gravissima tamen Societatis lege eo minus hac in re dispensandum puto, quod de opere agitur gravis momenti et nunquam paene satis examinato. Non credo, Praesules illos aegre laturos esse, si praeter illa, quae ipsi mutanda iudicaverint, Ra Va secundum aliorum censuram aliqua fortasse emendaverit, cum censores Societatis certe nihil exigant, nisi quod sanae doctrinae magis conforme est » (*Germ. Sup.*, p. 250).

menti, nihil esse festinandum: si catechismus omnis, sua natura, tale est opus, quod nonnisi castigatissimum in lucem prodire debet, hic eo ipso, quod a pluribus Episcopis postulatur, maiori etiam cura examinandus est, ut qui statim longe lateque diffundetur.

2. — Timor autem meus ne Patris Deharbe scripta minus, quam oportet, examinata sint, nititur ipsis censuris, quas Ra Va misit. Nam censores duo nulla studia Theologiae Scholasticae in Societate fecerunt; non erat dubium, quin liber ad Germanorum sacerdotum ingenia et modum cogitandi esset accommodatus; sed id unice quaerebatur, an doctrina esset quam purissima. Tertius censor felicissimi quidem ingenii est, ut scribit Ra Va; sed valde levis naturae, et insuper iuvenis. Erant autem singula verba probe examinanda; quod an ab hoc censore factum sit, nonnihil dubito.

Tres adhibiti censores muneri impares fuerunt.

3. — Addit Ra Va, censores quasdam correctiones notasse; sed eas iudicio auctoris reliquendas putasse. Atqui hoc timorem mihi auget; nam in paucis illis, quae P. Deharbe anno superiore ex suo opere descripta ad nos misit, plura notata sunt, quorum correctio nequaquam auctoris arbitrio relinquenda videbatur.

Nec sunt correctiones arbitrio auctoris relinquendae.

4. — Unum do exemplum, ex quo iudicet Ra Va, an confidere possim, ita librum esse a tribus illis examinatum, ut equidem examinandum puto. Vertit P. Deharbe, in definitione fidei, verbum: « *proponit* », per germanicum *befiehlt;* alias, vertitur *vorlegt* vel *vorstellt;* atqui haec, ut latinum *proponere*, non solum ad decreta de fide, sed ad omnem modum, quo Ecclesia, quae credat, manifestat referuntur; cum contra illud: *befiehlt* ad sola decreta restringitur; atque ita errorem perniciosum, qui late per Germaniam etiam a Professoribus Theologiae docetur, non solum non eludit, sed fovet; errorem dico illum: nihil pertinere ad fidem catholicam, quod non sit formaliter definitum ut tale (3).

Affertur exemplum.

5. — Ne miretur Ra Va, si me in hoc negotio difficiliorem reperit: hoc ipso tempore, catechismus in alia Provincia a Nostris editus in summas nos coniecit angustias (4); et nova experientia edocti sumus, quam caute in hoc genere librorum procedendum sit. Ne gravetur igitur, si manuscripta P. Deharbe huc mittenda censeo, et auctorem certiorem reddat, non agi de examine, quod longas moras interpositurum sit (5).

Rationes dantur severitatis et dilationis.

---

(3) Videtur P. Roothaan loqui velle de sententia illa quam nonnulli theologi Germaniae medio saeculo XIX tuebantur: « nihil pertinere *ad doctrinam catholicam*, quod non sit formaliter definitum ut tale ». Quae quidem propositio, quamquam haeretica dici nequit, est procul dubio erronea, et a Pio IX reprobata est, d. 21 dec. 1863, litteris « Tuas libenter » ad Archiepiscopum Monaco-Frisingensem, de conventibus theologorum Germaniae (Cf. DENZINGER-BANNWART, *Enchiridion*, nn. 1679 et seqq., praesertim n. 1684).

(4) Qui fuerit ille liber, frustra tentavimus comperire.

(5) Id bona fide profecto scribebat P. Generalis; eius tamen optimam voluntaem, simul ac PP. Rothenflue et Deharbe aequam exspectationem frustravit eventus.

Brevi nos manuscripta ad RR. Episcopos expediemus, et dilationis causas exponemus, ita ut aegre id ferre nequeant.

Obiit S. P. Gregorius XVI.

6. — His adiungo tristem nuntium obitus SSmi Dni N. Gregorii XVI (6); heri hora 9 antemeridiana, post brevem morbum, diem supremum obiit. R. I. P.

Commendo me Rae Vae SS. SS. et orationibus.

Germ. Sup., 259.

CCI.

Ad R. P. Antonium Minoux (1), Provincialem.

Fribourg.

1. *Gratulatur in civilibus turbis incolumitatem.* — 2. *De variis Patribus in missiones Americae mittendis.* — 3. *Iterum de libro Patris F. Rothenflue: dicitur in eo doctrinam de origine idearum ut certam proponi, cum non sit.* — 4. *Quae si vera sint, iam praecavendum nobis est, ut remedium inveniatur.* — 5. *Si fieri potest, editio nova suspendatur; professores moneantur.* — 6. *Omnia prudenter et suaviter fiant.* — 7. *Cur nunc demum censura accuratior Romae instituatur.* — 8. *Societas nostra a Deo probatur, quo magis Deo soli confidat.*

Roma, 26 Ianuarii 1847.

Gratulatur in civilibus turbis incolumitatem.

1. — Imprimis Rae Vae et sociis omnibus ex animo gratulor de protectione divina inter turbas civiles denuo experta: crescat igitur nostra in Deum fiducia et in eius servitio fervor ! (2)

Longum interfuit litterarum hinc inde commercium. De quo diserte tractans P. Pfülf (pp. 429-434) merito dicit *historiam* hanc esse *dolorum*; doloribus autem Patris Deharbe, partem habuisse Patrem Roothaan, ex eius litteris satis constat. Denique anno 1847, a P. Generali et ab Episcopis Bavariae 14 approbatus, in lucem prodivit *Catechismus* ille (de quo Sommervogel, t. II, col. 1875-1884). Qui postea (nam *vir oboediens loquetur victoriam*) ad omnes fere mundi plagas delatus est et in omnes fere hominum sermones translatus est.

(6) Gregorius XVI (fra Mauro Cappellari, Ord. Camald.), natus die 18 Sept. 1765, pontificalem thronum ascenderat 2 Febr. 1831; obiit 1 Iunii 1846. Quam bene sit de Societate Iesu meritus, refert Koch, p. 730.

(1) P. Antonius Minoux, *Germaniae* (1804-1823-1884), ex Alsatia oriundus, Praepositus fuit *Prov. Germ. Sup.* a die 22 Iulii 1846 ad 31 Iulii 1852. Is anno 1847 socios ex Helvetia in exsilium abduxit et in varias mundi plagas dimisit, praesertim vero in septemtrionalem Americam, ut ex ipsa praesente epistola videmus. Strenuum quoque impulsum Missionibus Catholicis in Germaniae *diaspora* attulit, suadente P. Roothaan. De illo Cf. Pfülf, 489-490 et 504. — Pirri, p. 215. — Koch, col. 1202.

(2) Ut omnes norunt, Patribus in Helvetia incolumibus servatis paucos divina Providentia menses concessit, antequam in exsilium pellerentur (Cf. Pfülf pp. 390-479; Crétineau-Joly, t. VI pp).

De variis Patribus in missiones Americae mittendis.

2. — Scripsi die 16 huius mensis, gratum mihi fore, si PP. Ménétrey, Caveng et Cattani, addito etiam, si fieri posset, Coadiutore temporali (3), mox in Americanas missiones proficiscerentur. Iam Parisiis affertur nuntius, Patrem Goetz (4) cum altero Patre, quem Ménétrey esse conicio, in hunc finem advenisse; itaque non est, cur de PP. Caveng et Cattani statim mittendis cogitetur, quamvis unus alterve brevi in Missionem Germanorum Provinciae Missouri proficisci possit, de quo scribam (5).

Iterum de libro Patris F. Rothenflue: dicitur in eo doctrinam de origine idearum ut certam proponi, cum non sit.

3. — Iam de alio gravi et difficili negotio. Relatum ad nos est, *institutiones philosophicas*, a P. Fr. Rothenflue editas, non solum in Societatis Collegiis istius Provinciae, sed etiam in aliquot Seminariis Galliae praelegi (6). Atqui notae, quas mihi tradidit Pater aliquis harum rerum peritus, et quae a pluribus ex gravioribus nostris Patribus hic examinatae et iustissimae inventae sunt, dubitationem nimis fundatam movent, an opus tale sit, quale Societas, praesertim in iuventutis institutione, probare possit. Dicitur enim auctor doctrinam *de origine idearum* novam, non ut probabilem opinionem, sed ut certam enuntiationem tradere, quin etiam ex ea passim per opus totum graves consequentias ducere; iam vero haec doctrina non solum incerta censetur, sed etiam periculosa et falsa.

Quae si vera sint, iam praecavendum nobis est, ut remedium inveniatur.

4. — Quae si vera sint, totum opus vel fundamento incerto nixum vel etiam erroribus infectum dici debet. Iam curavi auctorem privata via de re tota et praecipuis difficultatibus certiorem fieri et brevi mittam ad Ram Vam, quae Romani Patres observarunt, accuratius conscripta. Prudenter et non praecipitanter in re tam gravi procedendum est; hinc fiet etiam auctori copia suum opus defendendi. Praemonere autem Ram Vam volui, ut mature ad nos referre possit, quanta sit editio secunda, quae ut audio, fere iam finita est, et quis contractus cum bibliopola initus; quot in Seminariis et in quibus, opus praelegatur. Si enim ingrata sententia ferenda esset, haec omnia considerari debent, ut aptum remedium inveniatur.

Si fieri potest, editio nova suspendatur; professores moneantur.

5. — Res etiam statim scribo, ut *si fieri possit*, editio suspendatur; ne quidquam a Nostris fiat ad opus magis divulgandum; ut denique Ra Va Professores nostrorum Collegiorum moneat, ne illam doctrinam, quae in quaestione est, tamquam certam tradant, sed tamquam opinionem auctoris, iuxta

(3) Tres illos Patres, *addito Coadiutore temporali* Fr. Fideli Joset (1802-1822-1852) in Americanas missiones esse profectos, ibique pie defunctos, testantur documenta Societatis. P. Iosephus Ménétrey, *Taurinensis*, (1812-1836-1891) natus erat Friburgi, obiit Missoulae in U. S. A. — P. Lucas Caveng, *Germaniae* (1806-1830-1862), natus in Helvetia, obiit Buffalo. — P. Ioann. Bapt. Cattani, *Marylandiae*, (1805-1836-1865) natus in Bavaria, obiit in Pennsylvania.

(4) P. Antonius Goetz, *Germaniae* (1813-1835-1882), natus in Alsatia, obiit Sanctae Clarae in California.

(5) De initiis illarum missionum summatim agit Pfülf, pp. 220 et 506.

(6) Iam diximus de libro Patris F. Rothenflue eiusque vicissitudinibus (cf. supra, epist. CXCVIII. Singulatim, quae ad secundam editionem praesentibus litteris agitatam pertinet, narrantur et explicantur apud Pfülf, pp. 427-429.

quam aliorum de hac re sententiae maiori vel minori probabilitate sustineri possint; ubi vero auctor alias quaestiones ex hac sua doctrina solvit, tradatur etiam solita aliorum solutio.

Omnia prudenter et suaviter fiant.

6. — Haec omnia prudenter et suaviter fiant, ne discipuli perturbentur, et opus antequam iudicatum est, damnetur. Hoc enim si faciendum est, de remedio cogitabimus. Studeat Ra Va auctorem ita disponere, ut religioso et miti animo rem suscipiat. Si erraverit, humanum est; et agnitum errorem si ipse corrigere poterit, omnium optimum erit (7).

Cur nunc demum censura accuratior Romae instituatur.

7. — Fortasse Ra Va mirabitur, nunc demum hic opus illud accuratius examinari, cum probabiliter rescierit, antequam secunda editio fieret, Patrem Provincialem rogasse, ut notae, quas fecerint Romani Patres, auctori mitterentur. Sed quia de opere illo censores Provinciae omnes bene sentiebant, neque aliunde ad nos querela delata erat, ratio non adesse videbatur, cur censuram ex officio fieri iuberem. Quae autem unus alterve Pater privatim rogatus observaverat, auctori mittenda curavi; quibus, cum is vel corrigendo sua vel respondendo ad aliena satisfecisse videretur, nihil vetuit, ne secunda editio fieri permitteretur.

Societas nostra a Deo probatur, quo magis Deo soli confidat.

8. — Superest, ut Ram Vam horter, ne inter tot diversas difficultates muneris sui animo non dico cadat, sed ne vacillet quidem. Deus multis internis malis hanc Societatem probat, ut se sine eius auxilio vere minimam esse sentiat, et in infirmitatibus suis glorietur, ut in se sit virtus Christi.

Commendo me Rae Vae SS. SS. et orationibus.

Germ. Sup., 275.

(7) Consuetae Patris Roothaan mansuetudini et benignitati, quam iterum his verbis manifestatam videmus, respondit Patris Rothenflue humilitas et oboedentia (Cf. Pfülf, *ibid*).

SERIES QUARTA

EPISTOLAE AD PATRES ASSISTENTIAE GERMANIAE

PARS SECUNDA

SECTIO I.

AD PATRES PROVINCIAE BELGICAE (1)

(EPISTOLAE CCII - CXXVII)

SECTIO II.

AD PATRES PROVINCIAE NEERLANDICAE (2)

(EPISTOLAE CCXXVIII - CCXXXVIII)

Verso folio invenies notas.

(1) *Provincia Belgica* restitutae S. I. condita est anno 1832, a *Provincia Germaniae Superioris* disiuncta. Tunc vero non Belgium tantum sed et Neerlandiam complectebatur, usque ad annum 1849 (Vide notam proxime sequentem). Primus *Provinciae Belgicae* Praepositus exstitit R. P. PETRUS VAN LIL, a die 3 Decembris 1832 ad diem 16 Augusti 1839. De quo infra.

(2) Nova Societas Iesu in Neerlandia primum paucos habuit socios, licet in illa regione fama prioris Societatis maneret non mediocris, ut exemplo ipsius Patris Roothaan apparet. Iesuitarum agmen apud Batavos laborantium dicebatur *Missio Hollandica* et erat *Provinciae Germaniae Superioris* commissa. Iam vero ab anno 1832, simul cum Belgio, avulsa est illa *Missio* a *Provincia Germaniae Superioris,* ad *Provinciam Belgicam* constituendam. Sed anno 1849 erecta est *Vice-Provincia Neerlandica,* cuius primus Praepositus fuit R. P. ANTONIUS VAN DER LEEUW (1810-1831-1886). Denique facta est proprii nominis *Provincia Neerlandica,* Praepositum primum habens R. P. ANDREAM CONSEN, a die 3 Iunii 1850 ad diem 16 Aprilis 1854. De illo infra.

Sectio I.

AD PATRES PROVINCIAE BELGICAE

CCII.

Ad R. P. Vincentium Lemaitre [1],
Rectorem Collegii.

Alost.

1. *Collegio iam bene est; sed et melius erit deinceps.* — 2. *Studia sint solida et profunda; vanum apparatum vitemus; adversarios ne timeamus!* — 3. *Utinam operarius aliquis esset in Collegio!*

Roma, 4 Iulii 1833.

Collegio iam bene est; sed et melius erit deinceps.

1. — Respondeo ad carissimas suas litteras 7 Iunii, quas 24 eiusdem accepi. Iam antea P. Provincialis miserat elenchum visitati Collegii istius, quod, quae Dei gratia est, bene procedere intellexi [2]. Habebat sane, quod meliori aliqua dispositione indigebat, uti est in omni institutionum initio, maxime ubi tot difficiles circumstantiae concurrunt; cavendum autem, ne animus despondeatur. Longe facilius erit, quando nonnihil melius et diutius assuefacti erunt novo rerum ordini iuvenes nostri, per tot annos coelo usi tam diverso [3].

Studia sint solida et profunda; vanum apparatum vitemus; adversarios ne timeamus!

2. — Ad studia quod spectat, placet videre, quod eadem sentiat Ra Va, quae et P. Provincialis, quaeque et ipse non semel illi commendavi; ut omni scilicet modo procuret illorum soliditatem. Parum simus solliciti, vanum aemulari apparatum, cui adeo student novatores illi notissimi; sint apud nos studia ad sanam litteraturam exacta; sit philoso-

---

[1] P. Vincentius Lemaître (vel Le Maître), *Belgicae,* (1787-1815-1834), eadem die Rector Collegii Alostensis institutus est, qua erigebatur nova Provincia Belgica, ex Prov. Germ. Sup. distracta. Post paucos vero menses obiit P. Rector in eodem collegio, 6 Aprilis 1834.

[2] « Le pensionnat d'Alost fut le premier collège, que la Compagnie ouvrit en Belgique après son rétablissement. Il précéda même de près de deux ans la reconstitution de la Province Belge... L'inauguration eut lieu au mois de Mars 1831 ». A. Poncelet: *La Compagnie de Jésus en Belgique.* Aperçu historique, à l'occasion du 75ème anniversaire de l'érection de la Province Belge. 1 vol. in-4, de 215 pp. - Alost, pp. 49. 51.

[3] Incrementa Collegii Alostensis ab illis ad nostros usque dies exponit Poncelet, *op. cit.* p. 50.

phia tam metaphysica, quam physica et mathematica, quantum ferunt iuvenum vires, profunda; et non est quod timeamus novos nostros adversarios, etiamsi nos dicturi essent veteratores, *etc.* (4).

Utinam operarius aliquis esset in Collegio!

3. — Utile esset, proculdubio, si Collegium Patrem haberet operarium (5), quod certe usui antiquo et regulis esset conforme; sed et hoc fiet in tempore.

Commendo me SS. SS.

Belg. I., p. 13.

CCIII.

Ad R. P. Ioannem Baptistam Boone (1), Superiorem Residentiae.

Bruxelles.

1. *Gratias pro litteris.* — 2. *Quod Bruxellis pauperes evangelizentur, gaudet.* — 3. *Operarii nostri Deum solum quaerant.* — 4. *De rebus Yprensibus grates Deo agendae.* — 5. *Laudat tempus studiis et orationi servatum.* — 6. *Promissas exspectans litteras, Sociis omnibus benedicit.*

Roma, 5 Octobris 1833.

Gratias pro litteris.

1. — Accepi Rae, Vae. carissimas litteras 26 Aug. inscriptas *Soli;* cur autem *Soli* nescio, ac fortasse neque ipsa Ra. Va.? Nihil enim in illis, quod notam *Soli* requireret.

---

(4) In litteris ad Provinciam Germ. Sup. supra relatis vidimus, quanta cura P. Roothaan soliditatem et profunditatem studiorum in Collegiis nostris obtinendam prosequeretur, et quid de *novatoribus* censeret.

(5) Licet non fuerit missus ad Collegium Alostense Pater *operarius*, mox tamen in illa regione, sicut in toto fere Belgio, coeptae sunt dari missiones, de quibus Pirri, p. 215-216: « In una missione ad Alost furono necessari più di 25 sacerdoti per le confessioni ».

(1) P. Ioannes Baptista Boone, *Belgicae* (1794-1815-1871), magnum apud coaetaneos suos nomen habuit, ob eximiam animi virtutem, doctrinam, eloquentiam, apostolicam activitatem (Pulchram eius effigiem refert Pirri, p. 315). Is Flandricus erat et unus ex illis seminarii Gandavensis alumnis, qui Episcopi a Napoleone intrusi auctoritatem reiecerant, conclamantes: « Milites potius, quam schismatici! » ideoque militiae saeculari fuerant conscripti. In Societate primum socius fuit ipsius Patris Roothaan in missionibus Helveticis (Pirri, 110-113) et postea Patris Petri Van Lil (de quo infra, epist. CCIV) in restaurando Collegio Bollandistarum. Interdum vero fundaverat, ut praesentes ostendunt litterae, residentiam, seu Collegium inchoatum Bruxellense, cuius bis Rector exstitit. Sodalitatem Marianam virorum instituit adhuc florentem. Praedicator denique et scriptor indefessus fuit. Narrant primam Belgarum Reginam Ludovicam (filiam Ludovici Philippi, Regis Francorum) de illo dixisse: « J'aime mieux mon petit Flamand, que les beaux prédicateurs de Paris ». De multiplicibus eius libris, libellis et opusculis, Cf. Sommervogel, t. I, col. 1773-1783.

2. — De inchoata statione Bruxellensi [2] gaudeo et gratulor. Augeatur illa merito et *numero!* Nec enim potest in tali urbe deesse, quod agant viri apostolici, quales vos omnes esse desidero ac precor in Domino. Initium aliquod laborum factum fuisse ab infirmis, senibus, *pauperibus* (quantum intelligo), id vero valde probatur mihi. Quamquam enim *debitores sumus omnibus;* merito tamen, exemplo Patrum nostrorum, et praesertim Ducis nostri ac Regis Christi Iesu, pauperes, infirmi, et quacumque miseria pressi, primas partes a nobis dari sibi postulant, in praeclaris istis *operibus misericordiae,* quae propter Christum exercemus.

Quod Bruxellis pauperes evangelizentur, gaudet.

3. — Multa sane prudentia ac discretione vobis opus est in ista statione: ut labores nunquam deerunt, ita neque contradictiones; verum ita agite in omni verbo et in omni opere, ut intelligant omnes ac videant, vos non aliud quaerere nisi Christum. Quod si omnia reliqua *adicientur illis,* qui *primum quaerunt Regnum Dei, et iustitiam eius;* quanto magis iis, qui hoc *solum* quaerunt, aut si quid aliud, id *unice* propter illud? [3].

Operarii nostri Deum solum quaerant.

4. — Saepe iam de Rae Vae laboribus ac laborum fructibus sane copiosis laetissima nuntia accepimus; nuper etiam de rebus apud Yprenses gestis, PP. V. d. K. et Lud. G. socii [4]. Sit nomen Domini benedictum! Et tanta Eius in nos beneficia (Eius enim dona sunt et labores nostri, et laborum fructus) animos nobis addant, ut pro gratiarum actione ferventius semper ac fidelius Ei adhaerere, Ei soli servire studeamus.

De rebus Yprensibus grates Deo agendae.

5. — Valde etiam probo, idque me maximo solatio afficit, quod sciam Ram Vam non ita fructuosissimi laboris dulcedine abripi, ut non etiam cupiat quietis tempora habere, in qua, studiis et orationi liberius vacando, vires animi et corporis instauret, et arma paret ad nova et maiora. Ta-

Laudat tempus studiis et orationi servatum.

---

(2) « Le 20 Juillet 1833, les Pères Jean-Baptiste Boone et Louis Gilliodts venaient à Bruxelles, pour préparer les voies à la fondation d'un collège dans la capitale. Ils logèrent d'abord dans une maison de la rue de la Prévôté... Le 29 Août 1835, ils allaient occuper rue des Ursulines une antique demeure seigneuriale »... (PONCELET, *Aperçu...* pp. 60. 61). Haec domus est quae, restaurata et ampliata, hodie vocatur *Collegium Sti Ioannis Berchmans.*

(3) Benedictionum a Domino in Belgicam Provinciam effusarum, satis erit testimonium unum afferre: exeunte anno 1833, numerabantur in Belgio socii nostri 126; ineunte autem 1939, in duabus Belgicis Provinciis computantur 1.737.

(4) Diximus (Cf. epist. CCII, n. 5) missiones in Belgio circa annum 1833 maxime floruisse. Nomina operariorum duorum, qui Yprensem missionem praedicaverant, licet in apographo abbreviata appareant, facile est coniectare: ii erant P. ISIDORUS VAN DE KERCKHOVE (1790-1814-1871) et P. LUDOVICUS GILLIODTS (1798-1818-1863). De priore, qui tunc Residentiae Gandavensi adscriptus erat, scribit PIRRI, p. 216: « Le istruzioni a dialogo del P. Van de Kerckhove lasciarono sì profonda impressione, che dopo più di cinquant' anni v'erano dei vecchi a Courtrai, che le ricordavano con entusiasmo e citavano alcuni tratti delle prediche udite ». — P. Ludovicus Gilliodts, cuius frater natu minor inter scriptores S. I. annumeratur (SOMMERVOGEL, t. III, col. 1417-1419), Collegium Bruxellense fundaverat cum P. Boone, ut modo diximus; idem vero postea cum P. Petro Van der Storck Brugensem residentiam instituit, eiusque primus Superior fuit, a 1840 ad 1847 (PONCELET, p. 83).

les operarios utinam Dominus mittat plurimos, non solum apud vos, sed in omnem, qua late patet, orbem!

Promissas exspectans litteras, Sociis omnibus benedicit.

6. — Gratissimum erit, si Ra Va stet promissis, quae in extrema epistolae suae linea expressit: *ampliora, ut spero, in posterum scripturus.* Haec itaque exspecto, et interea Ram Vam Sociosque arctissime in Domino amplector, et uberiores semper gratias a benignissimo Domino vobis apprecans, SS. SS. me commendo.

Belg. I. 18.

CCIV.

Ad R. P. Petrum Van Lil (1), Provincialem.

[*Gand*]

1. *De gradu Patris Walle erraruut Consultores.* — 2. *Generalis posset professionem 4 votorum ei decernere.* — 3. *Sed errat, qui despicit gradum Coadiutorum spiritualium.* — 4. *In isto gradu habuit Societas et habet viros insignes.* — 5. *Dato, quod humiliatio insit, hanc fortasse Deus postulat, a qua cetera in posterum dependeant.* — 6. *Patri Generali oranti et cogitanti, sic visum est, Deo ipso suggerente.* — 7. *Haec Patri Walle significentur.*

Roma, 18 Octobris 1833.

De gradu Patris Walle errarunt Consultores.

1. — Gradus P. Walle (2), de quo Ra Va sententiam suam, una cum informatione et PP. Consultorum, suorum iudiciis misit, die 2 Sept., fuit mihi multae ac longae considerationis materia. Certe, PP. Consultores ignorarunt successum examinis *ex universa;* alioqui, non potuissent dictum Patrem proponere pro Professione 4 votorum. Necesse est autem, ut in informatione, quae cum Consultoribus legitur, exprimatur: «*Examen fecit ex universa, et suffragia tulit...*» Ita possunt Consultores proponere gradum convenientem.

(1) P. Petrus Van Lil, *Belgicae*, (1795-1816-1842) primus fuit Praepositus Provinciae Belgicae restitutae (3 Dec. 1832), quod munus exercuit usque ad diem 16 Dec. 1839. Simul vero praefuit residentiae Gandavensi a 20 Nov. 1830 ad 1 Oct. 1834. Is operam dedit (duce Patre Roothaan) restituendo *Sodalitio Bollandiano,* cuius primi socii fuerunt PP. Ioan. Bapt. Boone (de quo epist. CCIII), Iosephus van der Moere (1791-1816-1875) et Prosper Coppens (1801-1821-1870). De illis Cf. Sommervogel, t. IV, col. 1830. - *Liber saecul.*, p. 366.

(2) P. Petrus Walle, *Belgicae* (1793-1816-1877) in eo tunc erat, ut ad *gradum* admitteretur. Ut patet ex litteris, Consultores Gandavenses, cum ignorarent illi examen *ex universa* non bene successisse, proposuerant illum, alias optime meritum, ad professionem quattuor votorum. Sed P. Generalis eorum proposito renuerat assentire; unde P. Walle aliquem moerorem conceperat, mox generose superandum.

2. — Iam vero, fortasse *possem* equidem, bona conscientia, dicto Patri *per gratiam* Professionem decernere, seu potius *permittere.* Sed, multum considerata re coram Domino, eiusque invocato lumine, vere existimo me non facturum *gratiam,* id permittens, sed potius multarum gratiarum fontem dicto Patri per talem permissionem obstructurum. Dico: *permittens;* nam *iubere* ab ipso Professionem fieri, nullo modo possum; cum tamen gradus quicumque vere ex obedientia suscipi debeat, ac proinde non permitti, sed iuberi.

Generalis posset professionem 4 votorum ei decernere.

3. — En ergo quid sentiam: Pater W. in eo puncto versatur, a quo reliqua vitae eius series, series praesertim divinarum gratiarum in reliquam vitam, pendet. Ille existimat gradum Coadiutoris Spiritualis infra dignitatem suam. Hoc quidem praeiudicium est erroneum, et maxime Societati noxium.

Sed errat, qui despicit gradum Coadiutorum spiritualium.

4. — Habuit semper Societas in isto gradu viros insignes, et *habet etiamnunc;* ac tales quidem, ut ego valde bene actum iri cum Societate existimem, si multi Professi talibus Coadiutoribus Spiritualibus similes essent, seu opere, seu divina benedictione, seu meritis (ut nihil dubito) in vitam aeternam! In quibusdam vero ego mihi videor videre divinam manum ipsis *ob hoc ipsum* largissime benedicentem, quod gradum illum suum, natura etiam aliquantum repugnante, libenter et cum gratiarum actione susceperint.

In isto gradu habuit Societas et habet viros insignes.

5. — Sed, demus id naturae, et supponamus vere aliquid humiliationis Patri W. futurum, si gradum Coadiutoris Spiritualis suscipiat. Quid ergo? Si hoc ipsum fortasse Deus ab ipso postulat sacrificium, a quo vel oblato, vel recusato (quamvis recusare quidem nefas sit) sed vel oblato voluntarie et generose, vel oblato repugnanter et quasi ab invito, cetera in posterum dependeant omnia? Certe quidem, *nemo potest accipere quidquam, nisi datum ei fuerit a Deo.* Si quid facturus est boni Pater W., Deo dante, faciet; Deo non dante, nil faciet.

Dato, quod humiliatio insit, hanc fortasse Deus postulat, a qua cetera in posterum dependeant.

6. — Iam vero, is est sensus, quem mihi, in alteram potius partem inclinanti, scilicet ad obsecundandum eius desiderio imperfectiori, multum cogitanti et oranti, iniecisse Deus videtur (3): Si Pater W. *professionem fecerit, non speret ipse, non speret ab ipso Societas ea bona multa et magna, quae per ipsum et in ipso mea Bonitas operari decrevit, si gradum suum eo quo decet animo suscipiat, se suaque omnia mihi committens.* Ad haec quid ego iam dicam, vel quid faciam? Dubitare non possum, quin mihi, licet indignissimo, in hoc

Patri Generali oranti et cogitanti, sic visum est, Deo ipso suggerente.

(3) Tota haec epistola eximiam caritatem P. Roothaan manifestat, eiusque religiosam prudentiam. Etsi cor filii contristari refugit, ante omnia tamen futuris eius laboribus divinam impetrare gratiam satagit: ideoque supernaturales illas rationes, quibus ipse movetur, haesitanti Patri plane aperiri iubet, ut omnia coram Deo in sinceritate et caritate fiant. Et consilium probavit eventus.

tamen officio et munere, unice volenti cognoscere divinam voluntatem, et multum meditanti et oranti, divina Bonitas, non propter me, sed propter meorum bonum, ea tandem suggerat, quae ad ipsorum verum ac solidum bonum, et ad gloriam suam sint opportuniora.

Haec Patri Walle significentur.

7. — Ra Va haec omnia bono Patri significet; sibique ille persuadeat, non illum in eo gradu, aut nobis, aut Societati minus carum futurum, neque utilem minus gloriae divinae, suaeque aeternitati (4).

Quod si ita, quocumque die festo illum Ra Va ad gradum Coadiutoris Spiritualis admittat. O si sciret bonus Pater donum Dei! (5)

SS. SS. valde me commendo.

Belg. I. p. 19.

CCV.

Ad R. P. Petrum Van Lil,
Provincialem. *Gand.*

1. *Minervalia neque exigi, neque recipi possunt.* — 2. *Allatae contrariae rationes non sufficiunt.* — 3. *Collegium odiosis in adiunctis accepimus, non ea mente, ut in Constitutionum detrimentum cederet.* — 4. *Vanae opiniones B. Patrem Ignatium non moverunt, quominus sic statueret.* — 5. *Non timenda faex populi in scholis, si serventur leges admissionis et promotionis.* — 6. *Ipsi librorum et vestium sumptus plebem arcebunt.* — 7. *Experientia etiam hodierna docet.* — 8. *Nec timendus recursus ad S. Sedem.* — 9. *Ideo, ob apparentes difficultates non mutandae sunt Constitutiones.* — 10. *Hoc responsum, praeter Consultores, ii quoque audiant, qui quaestionem noverint.* — 11. *Quomodo ergo alendi erunt Nostri? Pensionibus ab Ordinario promissis concurrant Collegia Alostense et Namurcense.*

Roma, [*Octobri vel Novembri 1833*] (1).

Minervalia neque exigi, neque recipi possunt.

1. — Quaestio de minervalibus a Patribus Assistentibus examinata et in Consultatione discussa fuit; quodque illis visum, mea quoque sententia confirmavi et confirmo: nempe nec exigi, nec recipi posse minervalia, sed communem Societatis morem etiam istic sequendum (2).

(4) *Carus* utique *Societati* et *divinae gloriae utilissimus* exstitit P. Walle. Iam quidem fuerat ipse Rector Convictus Friburgensis secundus, ab Oct. 1828 ad Aug. 1831. Postea vero Superior exstitit Missionis Guatemalensis. Obiit Gandavi, die festo Sti Ignatii, 31 Iulii 1877.

(5) *Donum Dei* utique agnovit *bonus* ille *Pater* Walle; qui, paucis post acceptas has litteras diebus, ad gradum Coadiutorum spiritualium admissus, vota emisit, die festo Sti Stanislai, 13 Novembris 1833, et in eodem dimidium fere saeculum strenue laboravit.

(1) Etsi dies in regestis non indicatur, ex rebus contentis patet haec epistola exeunte Octobri vel ineunte Novembri fuisse scripta, anno 1833.

(2) Societas Iesu omnia ministeria exsequi debet « gratis omnino et nullo pro

2. — Mirum non videatur Rae Vae nos in hanc descendisse sententiam. Non enim tales nobis visae sunt rationes, — quin immo dubitare licet, an post iteratam meditationem vobis ipsis tales adhuc videantur, — quae movere nos debeant, ut in re gravissima a receptis Societatis moribus recedamus.

Allatae contrariae rationes non sufficiunt.

3. — Opponitur utique mens Episcopi, *etc.* Ast, si non obstantibus odiosis adiunctis in quibus Collegium oblatum fuit, summisque penuriae nostrae difficultatibus, grato animo illud acceptavimus (3), nec fuit nec esse potuit mens nostra, ut acceptatio illa in detrimentum cederet unius ex praecipuis capitibus nostrarum Constitutionum, in quo nec ipsa Generalis Congregatio dispensare posset. Cum tam pauci supersint, qui nostra Instituta cognoscunt, mirum non est, talia proponi.

Collegium odiosis in adiunctis accepimus, non ea mente, ut in Constitutionum detrimentum caderet.

4. — Opponitur opinio Cleri et amicorum; odiosa singularitas; suspicio, quasi vellemus omnes allicere, *etc.* Haec omnia et graviora S. P. Ignatium non moverunt, quominus sic statueret; quanti iam tunc clamores hic Romae, dein Patavii, Parisiis, etc! Potius tamen maluerunt non aperire scholas, quam illis subici conditionibus. Longe graviora timenda ab qualibet antiquorum Societatis usuum mutatione; nam minime desunt, qui lynceis oculis in nos intendunt. Sic enim quidam, occasione accepta ex revisione *Rationis Studiorum,* fere persuaserat uni ex summis Europae Imperantibus, quod Iesuitae suas Constitutiones mutassent; neque fuit res levis, sollicitudinem optimi Principis pacare.

Vanae opiniones B. Patrem Ignatium non moverunt, quominus sic statueret.

5. — Sed corruet ad scholas nostras faex populi? — Minime! serventur leges nostrae et usus; sicque non admittentur, nisi qui iam bene sint in legendo, scribendoque versati, atque prima grammaticae elementa hauserint; serventur annis singulis leges promotionum cum omni severitate; neque timenda erit promiscua turba.

Non timenda faex populi in scholis, si serventur leges admissionis et promotionis.

6. — Denique si, uti oportet, aequis passibus in latinis et graecis instruantur pueri et insuper accessoria tractanda habeant, vel ipsi libri exigunt sumptus, quibus ferendis nonnisi honestiores cives pares esse possunt. Accedit, quod non admittuntur nisi decenter vestiti, puta pallio uniformi induti et ad modestiam nitide compositi, *etc.*

Ipsi librorum et vestium sumptus plebem arcebunt.

---

suo in praedictis omnibus labore stipendio accepto ». Sic in Bulla Confirmationis Instituti S. I. a S. P. Iulio III, 21 Iulii 1550 (cf. *Institutum*, I. 23). — Mutatis autem rerum adiunctis et deficiente plerumque Collegiorum dotatione, haec nunc probata viget agendi ratio: « Si dotatio vel omnino vel ex parte deficiat, suppleri potest cum aliis mediis, tum maxime convictorum pensionibus et externorum scholarium minervalibus » (*Epit.* n. 516, § 3).

(3) Collegium Gandavense, duabus tantum scholis constans et saeculari clero commissum, statuerat Exc.mus Episcopus Ioannis Franciscus Van de Velde ad nostram transferre Societatem. Litteris datis 24 Aug. 1833 (de quibus infra, in praesenti epistola) munus acceptaverat R. P. Roothaan; de pensionibus autem ad Nostrorum sustentationem solvendis, ortae fuerant difficultates, quas P. Generalis in hac quoque epistola memorat. Collegium tamen mox apertum est: « Le 20 Octobre 1833, les cours s'ouvraient avec soixante élèves, répartis dans les trois premières classes d'humanités ». (Poncelet, p. 38).

Experientia etiam hodierna docet.

7. — Additum fuit, non aliter hodie fundari posse Collegia, *etc.*, quasi vero contrarium non suaderent, quae istic Societati hucusque obvenerunt variis ex fontibus. Praeterea, si nos fideliter institerimus Patrum nostrorum vestigiis, non deerit nobis divina providentia.

Nec timendus recursus ad S. Sedem.

8. — Esset fortassis nonnemo, qui ad S. Sedem pro dispensatione recurrendum putaret; eoque magis, quod simile quid iam fuerit impetratum alicubi in Missione inter infideles et haereticos stabilita ([4]). Verum, praeterquam quod aliae sint prorsus rationes scholae cuiusdam Missionis et aliae Collegii in regione catholica constituti; talesque ab ipsa Sede Apostolica adiectae fuerint dispensationi restrictiones, quae istic alium omnino ab eo qui intenditur, effectum producerent; non existimo reperiri posse sincerum Societatis amicum, qui sese apud S. Sedem interponeret, ad vulnus tam grave ipsi infligendum; nec ipsam Apostolicam Sedem, quod speramus, nobis non auditis illam facultatem largituram.

Ideo, ob apparentes difficultates non mutandae Constitutiones.

9. — Rationes allatas ideo singillatim attingere volui, quod occasionem praebent ostendendi periculum, in quo saepe versamur, ne ob apparentes difficultates et sub obtentu, quod plane alia sint tempora, Constitutiones nostrae detrimentum aliquod capiant.

Hoc responsum, praeter Consultores, ii quoque audiant, qui quaestionem noverint.

10. — Quamvis autem minime probare possim, quod alii quam Consultores negotia cognoscant, quae inter Superiores [aguntur]; si qui tamen praesentis tractationis cognitionem habuerunt et fortassis in ea fuerunt persuasione, quod mutatio haec obtineri posset, eo in casu non erit inutile illos, sive Nostros, sive externos amicos, prudenter dedocere.

Quomodo ergo alendi erunt Nostri? Pensionibus ab Ordinario promissis concurrant Collegia Alostense et Namurcense.

11. — Sed alia nunc oritur difficultas: nimirum, an igitur Collegio S. B. ([5]) renuntiandum? Si autem conservandum, quibus subsidiis alendi erunt Nostri? Non dicam erratum fuisse ab initio; ita enim tunc res urgere visa est, ut multis considerationibus non esset locus; sed meminerit R. V., me commendasse, cum 24 Aug. Collegii istius acceptationem approbarem, ut pro sua ageret prudentia circa annuam pensionem, neque nimis se difficilem Rmo (Episcopo) hac in re monstraret; ([6]) sic enim aequitas istic a nobis postulare videtur, ubi iam satis bene a benefactoribus provisum fuit, ne desint necessaria; maxime, si sumptus inutiles evitentur; si tam Al(ostense) quam Nam(urcense) Collegia pro rata concurrant ad tirocinium et Scholasticorum studium sustentandum. Videat igitur R. V. quo meliori modo res ista componi [possit], in verisimili hypothesi, quod Rmo. Ordinario non suppetat remedium.

Belg. I. p. 22.

([4]) Paucis ante mensibus, 13 Ianuarii 1833, a S. P. Gregorio XVI facultas fuerat concessa « accipiendi minervalia in Collegiis Americae, Angliae et Hiberniae »; ipsumque Rescriptum rationes dispensationis exhibebat. (Cf. *Institutum*, I. 359).

([5]) « Le collège de Gand occupe l'emplacement de l'ancien couvent des Augustines... fondé vers 1420, sous le titre de Sainte Barbe » (Poncelet, pp. 56-57).

([6]) Vide notam 3.

CCVI.

Ad R. P. IOSEPHUM VAN HECKE (1),

[*Bruxelles?*]

1. *Noli cito mori, sed patientiam habe!* — 2. *Lectiones Iuris Canonici Romam manda, quae Germanicis studentibus proderunt.* — 3. Delectare in Domino!

Rome, 5 Juin 1834.

1. — J'apprends avec grande peine que mon bon et bien cher P. Van Hecke ne se porte pas bien. Pour l'amour de Dieu, mon cher Père, et pour sa plus grande gloire, tâchez de tenir ensemble les pièces de la *carcasse*, comme disait le P. Godinot (2). Ne prétendez pas d'aller en Paradis avant le temps: Un peu de patience encore! D'ici à 50 ans, quand vous approcherez de l'âge du P. Cinotti, que vous avez connu, et qui, comme vous savez, ne voulait pas encore qu'on lui parlât de la *vecchiaia* (3), - mais, enfin d'ici à 50 ans - *per me licebit* (4).

Noli cito mori, sed patientiam habe!

2. — Toutefois, crainte que vous ne nous échappiez, mon cher Père, je vous prie de vous souvenir que vous aviez promis de laisser ici vos traités de *Ius canonicum*, pour les *Germaniques* (5); et puis... vous voilà parti - et avec vous vos traités aussi! Je vous prie donc de faire copier, à nos frais, bien entendu, ces traités. Le Collège Germanique en aura besoin l'année prochaine. P. Coppens (6), qui va partir, vous dira le reste.

Lectiones Iuris Canonici Romam manda, quae Germanicis studentibus proderunt.

---

(1) P. IOSEPHUS VAN HECKE, *Belgicae* (1795-1814-1874), ut delegatus Germaniae affuerat Consilio Romam convocato, circa finem anni 1830, ad accommodandam *Rationem Studiorum (Liber saecularis*, p. 326). Idem quartus accessit tribus primis Bollandistis, de quibus modo dicebamus (Cf. epist. CCIV, n. 1). Scripsit *Acta Sti Ioannis Capistrani* et *Sti Ignatii Constantinopolitani*, variaque opuscula, praesertim de Iure Regularium. De aliis insuper eius operibus et tractatibus circa Ius canonicum, vide SOMMERVOGEL, t. IV, col. 200-201.

(2) De P. NICOLAO GODINOT, fuse iam diximus (Cf. i. a. epist. CLXII, CLXIV, CLXV, *etc.*).

(3) P. IOSEPHUS CINOTTI, *Romanae* (1740-1756-1831), annos vixit 91. Is, die 9 Iulii 1829, annos iam natus 89, cum Romae esset Praepositus Domus professae, Summo Pontifici Pio VIII nuntiavit electionem R. P. Roothaan in Praep. Generalem S. I. (Cf. PIRRI, p. 159. SOMMERVOGEL, t. II, col. 1189).

(4) Vir obediens P. Van Hecke, etsi non 50 annos litteris praesentibus superstes finit neque annos aequavit Patris Cinotti, ipse tamen vixit usque ad 80um aetatis annum, a 6 Ian. 1795 ad 27 Iulii 1874.

(5) Intellige: alumnos Collegii Germanici, ubi P. Van Hecke professor exstiterat Iuris Canonici.

(6) P. PROSPER COPPENS, *Belgicae* (1801-1821-1870), docuit theologiam Romae primum, in Collegio Germanico; postea in Belgio, ubi etiam Praep. Prov. fuit a 4 Iunii 1857 ad 3 Iulii 1860. Unus fuit ex tribus primis Bollandistis (cf. epist. CCIV n. 1). De illo vide quoque SOMMERVOGEL, t. II, col. 1407.

Delectare in Domino!

3. — Adieu, mon cher Père. Soyez bien gai *in Domino,* puisque c'est ce *delectare* qui fait vivre! (7)
Je me recommande à vos SS. SS.

Belg. I. p. 36.

CCVII.

Ad R. P. Carolum Spillebout (1), Rectorem Collegii.

Alost.

1. *Gratias, gratulationes, incitamenta.* — 2. *Laudatur novi Rectoris docilitas.* — 3. *Nolit ipse omnia per semetipsum agere.* — 4. *Res gubernationis omnes cum Consultoribus communicet.* — 5. *Iuvenes impii vel pravi ne admittantur; in malo deprehensi dimittantur; nec promissis eorum fides habeatur.*

Roma, 3 *Martii* 1835.

Gratias, gratulationes, incitamenta.

1. — Respondeo ad Rae Vae carissimas, datas 5 Febr. - Gaudeo et gratulor, tum Rae Vae tum mihi ipsi, de sensis optimis in illis litteris expressis. Utique: *spera in Deo, et ora Eum, et Ipse faciet* (2).

Laudatur novi Rectoris docilitas.

2. — Gratissimum erit semper, omnem Collegii statum ita mihi ab Ra Va exponi, ut vestra cognoscere, ac si coram viderim, possim. Nihil enim ad rectam gubernationem utilius, nihil Instituto Societatis conformius. Quod Ra Va petit a me, ut ne monere, docere, excitare praetermittam: id faciam, equidem, pro officii mei munere; eoque faciam libentius, quod cum viro optime animato, quique sincere, ut par est, Deum quaerit Eiusque gloriam, agendum mihi erit.

Nolit ipse omnia per semetipsum agere.

3. — Atque ut meam bonam voluntatem hoc in genere probatam Rae Vae faciam, unum hodie non tam monere quam praemonere volo, ut Ra Va cavere conetur illum scopulum, in quem facilius impingunt Superiores novi: qui, scilicet,

(7) Iam scimus Patri Roothaan caram consuetamque fuisse illam Psalmorum exclamationem: « Delectare in Domino! » (Cf. i. a. epist. CLXVII).

(1) P. Carolus Spillebout, *Belgicae* (1800-1821-1860), Rector fuit Collegii Alostensis a die 1 Ianuarii 1835 ad 14 Octobris 1839. Pius et strenuus promotor fuit Sodalitatum B. M. V., de quibus etiam libellos scripsit (Sommervogel, t. VII., col. 1439-1440).

(2) Paululum intermiscet P. Roothaan versiculos illos Ps. XXXVI (4-7), quos adeo diligebat et saepe recitabat (cf. epist. immed. priorem). Sic enim in Psalmo legitur: *Delectare in Domino et dabit tibi petitiones cordis tui. Revela Domino viam tuam, et spera in eo, et ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam et iudicium tuum tamquam meridiem. Subditus esto Domino et ora eum.*

studio utique, ut ipsis videtur, maioris boni, prae nimia sollicitudine, omnia etiam minoris momenti agere per se, aut certe per se ipsi disponere volunt (3); quae res solet officialium industriam et alacritatem imminuere, et Superiorem ipsum ita obruere, ut ad propria Superioris officia vix ac ne vix quidem animum possit intendere! Hoc, ut dixi, praemonitionis potius, quam monitionis in modum accipi a Ra Va velim.

Res gubernationis omnes cum Consultoribus communicet.

4. — Iuvabitur porro Ra Va ad felicem gubernationem, plus quam vulgo credi a quibusdam Superioribus solet, si iuxta Instituti formam res omnes gubernationis cum Consultoribus communicet, eorum sententias libenter audiat, *etc.* Hoc enim ordine servato, solet Deus lumen suum uberius communicare, et simul redditur gubernatio suavior et efficacior (4).

Iuvenes impii vel pravi ne admittantur; in malo deprehensi dimittantur; nec promissis eorum fides habeatur.

5. — Quae Ra Va scribit, de quibusdam, immo *non paucis* alumnis, qui *ex aliis Collegiis* ad vos transmissi venerunt, non solum labe aliqua, sed etiam *impietate* infecti, gravissimam creant sollicitudinem. Per Dei amorem! eiusmodi qui sunt, sine mora dimittantur! Hoc ni fiat, certissime imminet domui universae ruina. Ut unum pomum marcidum cetera, quibus coniungitur, quamvis multa corrumpit; multa vero sana poma unum marcidum non sanant: ita fere inter adolescentes fieri solet (5). Lex esse deberet: *Ex aliis Collegiis venientes ne admittantur!* Testimoniis haberi fides vix umquam potest (6). Et illud Ra Va sibi persuadeat: si quis semel in malo deprehendatur, procul dubio plura commisit, quae deprehensa non fuerunt. Promissis de emendatione, ubi de morum honestate agitur, fidi non potest: nam quomodo constabit umquam de emendatione, in rerum genere tam abstruso et occulto? Per Dei amorem! In hac re nulli lenitati sit locus! Multorum salus praeferenda unius saluti, quae etiam dubia semper.

SS. SS. me commendo.

Belg. I. p. 61.

---

(3) Legimus monitiones his similes (Cf. *epist.* CLXXVII, n. 8) Patri Drach datas atque iteratas. Nec dissimiles dantur Patri Rosa, in sequenti epist. CCVIII.

(4) Idem monebitur paulo postea Rector Namurcensis; cf. epist. CCIX.

(5) Iam quoque novimus, quantum P. Roothaan cordi haberet, ne ullus in Collegiis nostris haberetur alumnus flagitiosus (Cf. inter alias plures: epist. CLX, n. 3; epist. CLXIX, n. 4).

(6) Quanti valerent litterae commendatitiae, plane sciebat P. Roothaan, qui tales ipse non semper sponte sua scribebat. (Cf. epist. CLXXXVIII, n. 2; et epist. CXC totam).

CCVIII.

Ad R. P. Ioannem Baptistam L'Hoir (1), Superiorem Residentiae.

Anvers.

1. *Grates agens, prospera apprecatur.* — 2. *Studeat Superior gubernare suaviter et fortiter.* — 3. *Adversa praeiudicia dissipemus, pauperes evangelizando.* — 4. *Quaeramus primo regnum Dei et cetera adicientur nobis.* — 5. *Fusius deinceps scribat.*

Roma, 15 Martii 1836.

Grates agens, prospera apprecatur.

1. — Respondeo ad carissimas litteras Rae Vae datas 19 Ian.; gratiasque ago in primis pro datis notitiis. Paucae quidem hae sunt, uti de parva hucusque familia; (2) spero autem fore ut cum tempore, Nostrorum crescente numero, opera quoque augeantur et fructus (3).

Studeat Superior gubernare suaviter et fortiter.

2. — Interim, quantum fert Sociorum paucitas, nihil non faciat Ra Va, quo regularis vitae forma in Residentia ista stabiliatur, accurateque servetur; sese quoque impense applicet studio nostrarum Constitutionum, quo rectam gubernandi rationem assequatur, quae in eo maxime consistit: ut tota *fiducialis* sit ac *paterna;* et quam accurata et exacta esse debet in regularum observantia promovenda, *tam suavis in modo* (4).

Adversa praeiudicia dissipemus, pauperes evangelizando.

3. — Quantum ad Cleri erga nos dispositionem et praeiudicia, quasi ditiorum nobiliorumque prae caeteris fiduciam et affectum captaremus; nihil erit efficacius, quam si ipsa nostra agendi ratione contrarium demonstremus. Quare multum Rae Vae commendo, ut iuxta Regulas ac maiorum exempla, praecipuam curam gerat pauperum et miserabilium: carceres et nosocomia visitando, plebeios pueros colligendo et catechizando, ad confessionem alliciendo, aliaque huiusmodi quae proculdubio in urbe magna non desunt (5).

(1) P. Ioannes-Baptista L'Hoir, *Belgicae*, (1793-1827-1871), primus Superior exstitit residentiae Antverpiensis, de qua vide sequentem notulam.

(2) « A Anvers... leur retour (des Jésuites) en 1835 fut bien accueilli. Les débuts furent modestes. Quelques Pères avaient pu s'installer dans une petite partie de l'ancienne maison professe, voisine de l'église paroissiale Saint-Charles, autrefois église Saint-Ignace. Là, vivant d'aumônes, ils s'adonnaient tout entiers aux travaux du saint ministère ». (Poncelet, p. 64).

(3) Quantum *aucta* sint *opera* et *aucti fructus* ex numeris potest intelligi. Hodie enim (ineunte 1939) in domibus Antverpiensibus tribus numerantur Patres 55; Scholastici 13; FF. Coadiutores 5; Universi 73.

(4) Paucis his lineis P. Roothaan gubernandi rationem videtur adamussim descripsisse, quam ipse tenebat. De suavitate insuper agit fusius et instantius in proxima epist. ad P. Rosa.

(5) Pauperes Bruxellenses evangelizari gaudebat similiter P. Generalis, ut modo vidimus (Epist. CCIII, § 2). - Curta sententia est, sed intellectu facilis.

4. — Placet prudentia, ne molestia creetur benefactoribus ([6]); *quaeramus* nobis et aliis *regnum Dei* religiosa humilitate, modestia et paupertate, effusaque in alios charitate; *adicientur nobis reliqua* omnia.

Quaeramus primo regnum Dei et cetera adicientur nobis.

5. — Proximo trimestri vellem, ut Ra Va paulo latius exponeret rerum statum, qualis nempe sit habitatio, quae relatio cum templo, quae in illo ministeria, quae extra illud, quae spes et modus ad amplius quid paulatim stabiliendum, *etc.* ([7]).

Fusius deinceps scribat.

Commendo me in SS. SS.

Belg. I. p. 104.

CCIX.

Ad R. P. HENRICUM ROSA ([1]),
Rectorem Collegii.

Namur ([2]).

1. *Gratias pro litteris.* — 2. *Ad aes alienum dissolvendum, parsimoniae consulatur; moderate tamen.* — 3. *Ratio gubernandi suavior sit, qualem commendant Bullae Pontificiae et Constitutiones, scriptoresque S. I.* — 4. *Ad suavem illam gubernationem iuvat, fiducialiter cum subditis agere, et iustam unicuique latitudinem concedere.* — 5. *Experientia plura docebit.*

Roma, 22 *Iunii* 1837.

1. — Ex quo ad Ram Vam ultimas litteras dedi, binas ab ipsa accepi, datas nempe 13a Martii et 2a huius, quibus me de rerum istic statu certiorem fecit.

Gratias pro litteris.

2. — Accepi etiam elenchum Visitationis, quam nuper in Collegio isto peregit P. Provincialis. Omnibus consideratis, duo sunt quae praecipue commendanda habeo: unum ad gravissimum aes alienum spectat; quo ut aliquando Collegium liberetur, severa opus est oeconomia, expensas resecando inu-

Ad aes alienum dissolvendum, parsimoniae consulatur; moderate tamen.

([6]) « In eleemosynis petendis modum haberi oportet, ne nimii aut importuni simus; alioquin fideles a nobis et a nostris ministeriis arcentur; unde fructus spiritualis peribit, immo et temporalis » *(Monita generalia*, n. 8. Cf. *Institutum*, t. III, p. 268). Reapse monitum illud non est ad verbum *de iure vigenti* hodie retinendum; nam displicuit nonnullis, et quidem non immerito, verbum illud: *immo.* Sed moderatio in petendis eleemosynis ad mentem Constitutionum semper commendatur. Cfr. *Epit.* n. 531.

([7]) Saepius audivimus P. Generalem optantem, ut sibi Rectores Superioresque fusius et minutius scriberent.

([1]) P. HENRICUS ROSA, *Belgicae,* (1800-1820-1857), docuit rhetoricam Friburgi, philosophiam Alosti, theologiam Lovanii. Rector fuit Collegii Namurcensis a die 5 Febr. 1836 ad 31 Dec. 1839; Collegii autem Lovaniensis Vice-Rector primum anno 1842, dein Rector a die 30 Nov. 1843 ad 10 Octobris 1850. Theses scripsit de philosophia et theologia (Cf. SOMMERVOGEL, t. VII, col. 128).

([2]) De Collegio Namurcensi, anno 1831 inchoato, cf. PONCELET, pp. 51-55.

tiles; quales tamen non voco illas quas Nostrorum necessitas, aut conveniens more nostro charitas exigit, ut alacriter ferant Socii onera quae ipsis ab obedientia imponuntur.

Ratio gubernandi suavior sit, qualem commendant Bullae Pontificiae et Constitutiones, scriptoresque S. I.

3. — Alterum ad gubernandi rationem pertinet, qua Ra Va uti perhibetur; certe laude digna est, cura qua Regularum observationem, diligentemque partium suarum a singulis adimpletionem, exigere solet; at modus quo haec fiunt, non ille est Societati nostrae proprius; caret enim suavitate, quae non modo in Romanorum Pontificum Bullis, in S. P. N. Ignatii Constitutionibus (3), verum etiam a tot domesticis scriptoribus (4), in Patrum nostrorum gestis tantopere commendatur. Non ignorat Ra Va, quae praecepta Societatis Superioribus tradant Lancisius, Scribani (5), aliique; videat Ra Va perpendatque, quam gravibus verbis suavis haec gubernandi ratio in ipsis Instituti nostri primaevis formulis Paulo III et Iulio III (6) oblatis fuerit intimata; quam impense humilitas, benignitas, mansuetudo et charitas Superioribus commendentur.

Ad suavem illam gubernationem iuvat, fiducialiter cum subditis agere, et iustam unicuique latitudinem concedere.

4. — Praeter haec, ad suavem efficiendam gubernationem plurimum iuvat, si Superior cum subditis agat *aperte* et *fiducialiter;* si res gerendas cum Consultoribus discutiat (7), ac dein per officiales exequatur, non autem per seipsum immediate; nihil enim aeque Superioris auctoritati nocet, ac *immediatus* ille cum minutissimis contactus (8); nihil etiam ipsius

(3) De Bullis Romanorum Pontificum, vide infra, notam 6. — In *Constitutionibus* autem saepe saepius commendatur suavitas in gubernatione cum efficacia coniungenda. Exempli tantum gratia, satis sit haec recitare: « Severitatem suo tempore cum benignitate misceat, suamque auctoritatem per solidas virtutes tueatur, ac dilectionem et curam suorum prae se ferendo, modeste et circumspecte praecipiendo, ita amabilem se reddat, ut omnes fidenter ad illum recurrere possint » *(Reg. Prov.* 4, in *Instituto*, III, 74).

(4) In *Industriis ad curandos animae morbos*, a P. Generali Claudio Aquaviva propositis, integrum caput II agit « de suavitate et efficacia in gubernatione coniungendis ». *(Institutum*, III, 401-405).

(5) P. Nicolaus Lancisius (vel Lancicius, ex proprio Polonico nomine Łęczycki) natus 1574 in Lituania, obiit 1652 in civitate Kaunas. Inter praecipuos S. I. asceticos scriptores computatur (Koch, c. 1071-1072. Sommervogel, t. IV, col. 1446-1455). Pater Scribani natus erat Bruxellis 1561; obiit Antverpiae 1629. Qui pluries Rector, insuper et Provincialis fuerat, libros duos monitorum (inter alia plura opera) reliquit: *Superior religiosus* (1619) et *Medicus religiosus animorum morbis et curationibus* (1618), quorum prior tantum, ut Superioribus destinatus, hic a P. Roothaan intenditur. - De illo cf. Koch col. 1634-1635; et Sommervogel, t. VII, col. 982-990. - Ne pluribus immoremur, pauca referemus verba Lancicii, ex opusculo eius ascetico *De conditionibus boni Superioris:* « Quinta res benevolentiam erga Superiores concilians, est paternus procedendi modus, in corrigendis et puniendis subditorum defectibus... Octavo solet et hac in re paternus apparere affectus, si quandoque dissimulando cedant iuri suo » *etc.* (V. P. Nicolai Lancicii, S. I.: *Opera omnia spiritualia XXI opusculis comprehensa.* - Vol. 9, Ingolstadii, Ioannis Andreae de la Haye, 1724. *Opusculum XII*, pp. 49, 71, *etc.*).

(6) In Bulla Pauli III, 27 Sept. 1540, dicitur de Praeposito Generali S. I.: « In praelatione autem sua, benignitatis ac mansuetudinis charitatisque Christi, ac Petri Paulique formulae semper sit memor ». *(Institutum*, t. I., p. 5). - Bulla autem Iulii III, 21 Iulii 1550, eadem verba adamussim iteravit *(Institutum*, t. I, p. 25).

(7) Audivimus consilium simile (res gerendas cum Consultoribus discutiendi) Rectori Alostensi datum, cum recens esset nominatus (Cf. epist. CCVII, n. 4).

(8) Solebat P. Roothaan id Rectoribus et Superioribus, praesertim iunioribus, inculcare, ut curam rerum minutarum subditis relinquerent. Cf., i. a., epist. CLXXXVII, n. 8; epist. CCVII, n. 3; epist. CCXIII (infra), n. 4, *etc.*

administrationem efficit duriorem; nam suspiciones ingerit, tollitque fiduciam, quae plerumque aut reciproca est, aut nulla. Accedit, denique, quod ni certa iustaque latitudo officialibus tribuatur, fieri non potest, ut in suis officiis formentur, perficianturve. *Errando discimus omnes;* at facilius officialium quam Superioris errores corriguntur.

Experientia plura docebit.

5. — Paulo latius his insisto, quae impraesentiarum Provinciae isti magis necessaria existimo; plura dabit experientia, quae nonnisi tempore maturatur.

Commendo me SS. SS.

Belg. I. p. 140.

CCX.

Ad R. P. Ioannem Baptistam Boone ([1]),

Bruxelles.

1. *De laboribus hagiographicis exspectat informationes.* — 2. *Ut Collegii ministeriis provideatur, amplianda erit domus.* — 3. *Patres Bollandistae communem vitae ordinem servent.* — 4. *Qui de Sanctis scribunt, sancti fiant!*

Roma, 6 Novembris 1837.

De laboribus hagiographicis exspectat informationes.

1. — Respondeo ad brevissimas litteras Rae Vae, datas 24 Octobris, quas iam aliquandiu desiderabam; et quidem ideo praesertim, quod scire aliquid cupio de inchoatis iam laboribus hagiographicis ([2]). Bene equidem intelligo, non multum hucusque fieri potuisse, cum nonnisi ad autumnales ferias operariorum pars accesserit. Sed tamen aliquid de rerum istarum conditione, ex plurium iam mensium experimento, valde gratum fuisset. Hoc itaque in suis proximis suppletum iri confido.

Ut Collegii ministeriis provideatur, amplianda erit domus.

2. — Cum Ra Va, cum praecipuis istius Collegii Patribus, toti fere sint in eruditis hisce laboribus, necessarium sane est, ut alii in sufficienti numero adsint, qui consuetis Collegii ministeriis vacent; ac proin ipsa etiam domus oeconomia ampliori subsidio instruatur; sed haud dubio de his cogitavit P. Provincialis ([3]).

([1]) De P. Ioanne Baptista Boone, cf. *epist.* CCIII.

([2]) Ut notavimus supra *(Epist.* CCIV, n. 1), curaverat P. Roothaan ut restitueretur Sodalitium Bollandianum, cui primi tres ascripti fuerunt Patres I. B. Boone, Iosephus Van der Moere et Prosper Coppens, accedente paulo postea P. Iosepho Van Hecke (Cf. Pirri, p. 313; Poncelet, pp. 171-176).

([3]) *Ampliationes* aedificio Collegii primum factas notat Poncelet, pp. 60. 61. Qui vero hodierna die aedificium novum aspicit, Collegium nunc dictum S. Ioannis Berchmans Bruxellense, vix quicquam reperire potest vetustarum, quae tunc erant, aedium.

Patres Bollandistae communem vitae ordinem servent.

3. — Quoad domesticam disciplinam, etsi nulla prorsus ad nos querela pervenerit, fortassis tamen non erit inutile, unum aliquod speciali attentioni commendare ad cautelam saltem, cum multum a bono principio dependeat, qua ratione dein res prosequantur. Inter praecipuas istius Provinciae occupationes, eminet haud dubie Bollandiani operis continuatio. Titulo autem conspicuae alicuius occupationis communia declinare, sectarique exemptiones et privilegia, res nimis humana est, ut, si iam alicui non venerit in mentem, certe venturum sit propediem. Patet insuper, ex vetustis epistolarum registris, olim etiam non semel opus fuisse recursu ad Superiorum auctoritatem, quo boni illi viri intra communis ordinis continerentur limites. Invigilet igitur Ra Va, ne iam ab initio irrepant abusus; quamvis enim cum viris adeo laboriosis praecipua quadam charitate sit utendum, considerandum tamen est alia esse plura ministeria, aeque atque magis quoque laboriosa, quorum obtentu non tolerantur tamen singularia.

Commendo me SS. SS.

Qui de Sanctis scribunt, sancti fiant!

4. — Scilicet, qui de Sanctis tractant et scribunt, *Sancti* etiam *fiant;* non sicut aliquando iis accidit, qui circa *Sanctorum* Beatificationem et Canonizationem occupati, non Deum, sed pecuniam et hanc solam pro fine habere videntur in suis laboribus! *Deus, et Sancti:* hos veros ac rectos fines Patres mei hagiographi spectant; aut, ut rectius dicam: *hunc unum finem!*

Belg. I., p. 147.

CCXI.

Ad R. P. Ioannem Baptistam Boone,

Bruxelles.

1. *Iterum Bollandianis scriptoribus summam commendat prudentiam et censurae severitatem.* — 2. *Ipse Pater Generalis, ut quondam P. Oliva, opus adiuvabit precibus et SS. Sacrificiis.* — 3. *Gratias et salutationes.* — 4. *Adhortationes et incitamenta.*

Roma, 30 *Ianuarii* 1838.

Iterum Bollandianis scriptoribus summam commendat prudentiam et censurae severitatem.

1. — Respondere citius quidem voluissem ad litteras Rae Vae d. 27 Decembris; sed negotiorum multitudo in hunc usque diem differre coegit responsum, eam praesertim ob causam, quod nonnihil attentius examinare cupiebam specimen illud prodromi, quem super reassumpto Bollandiano labore in or-

bem litterarium emittere statuistis (¹). Varia notavi in iam dicto specimine, notataque in folio separato hic includo, ex quibus constabit quanto maiori attentione vobis opus sit, ne censoribus, qui non deerunt, occasio praebeatur iustarum animadversionum; quam etiam necesse sit, ut nemo sibi ne in minimis quidem fidat, sed alter alterius opus examinet, castiget, corrigatque summa libertate, summa invicem sollicitudine.

2. — Quod a P. Oliva (²) decessores vestri petierunt, precum scilicet et SS. Sacrificiorum subsidium, id eo libentius, impensiusque vobis etiam concedo et porro concedam, quo plures, gravioresque sunt incipientium difficultates, paucioraque insuper humana adminicula (³).

Ipse Pater Generalis, ut quondam P. Oliva, opus adiuvabit precibus et SS. Sacrificiis.

3. — Accepi litteras Patrum Consultorum istius Collegii. Velit Ra Va illos certiores facere de grato animo meo; vere diligentes fuerunt. Collegas Rae Vae meis verbis ex animo salutatos volo, meque in Rae Vae illorumque SS. SS. commendo.

Gratias et salutationes.

4. — P. S. Quaeso vos, PP. dilectissimi, operis difficultate ne terreamini; sed utique summo studio adnitendum est, ut quod *primum* prodeat laborum vestorum specimen, id quantum fieri potest absolutissimum sit (⁴). Aderit, aderit Dominus, pro bona voluntate.

Adhortationes et incitamenta,

Belg. I. p. 152.

(¹) Mense Martio eiusdem anni 1838, in lucem editus est « Prodromus » ille: *De prosecutione operis Bollandiani;* qui conspectum operis ab antiquis Bollandistis perfecti proponebat, prospectumque ingentis adhuc perficiendi laboris; simul vero voluntarias expetebat omnium doctorum et eruditorum hominum collationes, ad bibliothecam hagiographicam constituendam. « Der Aufruf fand wirksamen Widerhall in der ganzen Welt » (KOCH, col. 228).

(²) P. IOANNES PAULUS OLIVA, Genuensis, fuit Vicarius Generalis Societatis, cum iure successionis, ab anno 1661 ad 1664, senescente et aegroto P. Generali Goswino Nickel; cui mortuo (31 iul. 1664), pleno iure successit, Praepositus Generalis XI (1664-1681).

(³) *Humana adminicula* non pauca antiquis Bollandianis subvenerant: « Les anciens Bollandistes trouvèrent, jusqu'à la fin du XVIIème siècle, de généreux Mécènes parmi les principaux prélats des églises et des monastères des Pays-Bas. Au XVIIIème siècle, ils sollicitèrent et obtinrent de la Cour d'Autriche un subside annuel de 1.995 florins ». (PONCELET, p. 173). Recentioribus autem Bollandistis res non ita prospere successit. Gubernium Belgicum illis 6.000 francorum in dotationem annuam decreverat, ea tamen conditione, ut unum volumen tribus quibusque annis ederetur; quod donum plus nocuit, ob impositam laboris festinationem, quam profuit; et anno 1867 ob politicas rationes suppressum est *(Id., ibid.)*.

(⁴) Primum recentiorum Bollandistarum volumen in lucem prodiit anno 1845. De toto opere Bollandiano videri potest eximius liber P. DELEHAYE: *A travers trois siècles. L'œuvre des Bollandistes*, 1615-1915. Vol. in-12 282 pp., - Bruxelles, Société des Bollandistes, 1920.

CCXII.

Ad R. P. N. ... N. ... (1),

Namur.

1. *Infortunium interceperunt litterae.* — 2. *Inviti in Societate non servantur; volentes abire dimittuntur, sed proprio periculo.* — 3. *Experientia vacillationis doceat fiduciam et animi candorem.* — 4. *De rebus autem futuris ne sit sollicitus.*

Rome, 8 Septembre 1838.

Infortunium interceperunt litterae.

1. — Votre lettre, mon cher Père, et la dernière du P. Provincial, sont arrivées fort à propos pour arrêter ce qui, je n'en doute pas, aurait mis le comble à vos malheurs.

Inviti in Societate non servantur; volentes abire dimittuntur, sed proprio periculo.

2. — Sachez donc, mon cher Père, que votre démission avait été décidée. Mais cette décision, sur quoi était-elle fondée? *Uniquement* sur votre demande, sur le désir bien déterminé, que vous en aviez manifesté. Maintenant, que vous me parlez de votre agitation, qui, bien entendu, ne m'étonne pas du tout, et que vous vous remettez à mon jugement: oh! mon cher Père, pouvez-vous penser que je veuille me charger la conscience d'une si terrible responsabilité? Garder quelqu'un dans la Compagnie *malgré lui,* ne nous convient guère. Mais, dans un tel cas, nous lui disons: *ipse videris!* Quant à vous, mon cher Père, d'après votre lettre, voici ce que je dois dire: « Quand vous avez été reçu dans la Compagnie, ç'a été parce que, à la demande: *Si vis,* vous disiez: oui, *volo!* Maintenant, après tant d'années de vie religieuse, après les voeux si souvent renouvelés devant les saints autels, que puis-je dire? *Si vis?* non, car vous n' êtes plus libre de vouloir ou de ne pas vouloir. Cependant, si vous étiez malheureusement dans la disposition de ne plus vouloir, je vous dirais sans doute: *allez;* mais la faute en serait à vous seul » (2).

Experientia vacillationis doceat fiduciam et animi candorem.

3. — J'ai donc été bien consolé par votre lettre; et bien loin de vous dire: *allez,* je dis, et je ne puis que dire: *restez! Esto fidelis usque ad mortem!* Et puisque vous avez senti par votre propre expérience que la défiance, tentation terrible! a été le principe de votre chancellement dans la vocation, et que l'ouverture de votre coeur au P. Provincial vous a donné d'autres pensées plus salutaires, gardez-vous à l'avenir de cette profondeur. Quel que soit le caractère d'un Supérieur,

---

(1) Litterae hae ad Patrem quendam mittebantur, qui tunc de vocatione sua dubitasse videtur; postea vero, verbis Patris Roothaan illuminatus et confortatus, annos 44 in Societate perseveravit atque in Bollandiano sodalitio nomen sibi fecit. Obiit meritis et annis onustus anno 1882.

(2) Plures iam epistolas Patris Roothaan legimus, ad Patres Societatis in vocatione sua vacillantes emissas. Inter eas notatu digna visa est epistola praesens, propter firmitatem sententiae simul et paternae caritatis affectum.

ouvrez-vous avec lui en esprit de foi, car *Iustus ex fide vivit;* et souvenez-vous de ce que N.S.P. dit si bien, dans sa Lettre *sur l'obéissance:* que *Domini fidelissima charitas* nous conduira infailliblement au terme bienheureux (3).

De rebus autem futuris ne sit sollicitus.

4. — Quant à ce que vous craignez, que *désormais vos jours seront investis de défiance et de raideur à votre égard de la part des Supérieurs,* c'est une pensée que vous devez rejeter comme une tentation. Quant à moi, c'est bien tout le contraire! La prudence pourra demander qu'on diffère quelque temps vos derniers voeux, jusqu'à ce qu'on voie votre calme parfaitement rétabli, votre fidélité, votre zèle réanimé; mais, pour que cette dilation même soit abrégée, cela dépendra encore de vous-même (4). Du reste, je dis: *mortuus erat,* presque, *et revixit; perierat,* presque, *et inventus est!...*

Je vous embrasse en N. S.

Belg. I. p. 170.

CCXIII.

Ad R. P. Henricum Rosa (1).
Rectorem Collegii.

Namur.

1. *Vehementer exprobratur Rectori parcitas epistolarum.* — 2. *Ut muneri post animae propriae curam praecipuo satisfacere possit, indicantur remedia.*

Roma, 15 Ianuarii 1839.

Vehementer exprobratur Rectori parcitas epistolarum.

1. — Ex quo Ra Va ultimas suas litteras per Provinciae Procuratorem transmisit, tres iam effluxere menses, quin promissas ampliores de Collegio notitias acceperim. Semel quidem et iterum non modo patienter, sed et libenter excusationes admitto (2); potest enim fieri, ut insolita occupationum moles ad tempus differre cogat scribendi officium; quando autem per tres fere annos vix semel aut iterum Rector aliquis

---

(3) « Nolite dubitare, quin pergat fidelissima Domini charitas, eorum ministerio, quos vobis praefecit, vos deinceps gubernare et rectis itineribus ducere » (*Epist. B. P. N. Ignatii de Virtute oboedientiae,* § 16. — *Institutum,* t. III, p. 32).

(4) Pater, de quo sermo est, professionem quattuor votorum emisit 2 Febr. 1841. Gallicum verbum *dilation* (latine: *dilatio*) cum in usu non sit, rectius diceres: *délai.*

(1) De P. Henrico Rosa, cf. epist. CCIX, n. 1.

(2) Tota haec epistola, vehementior et acrior solitis, exemplum praebet iustae illius severitatis et firmitatis, quibus P. Roothaan Superiores et Rectores carpere non dubitabat, ubi de observatione Constitutionum et recta Societatis gubernatione agebatur. Aliunde tamen scimus Patrem Rosa illi carissimum exstitisse.

administrationis suae rationem reddit; quando raras suas litteras non rerum suarum notitiis, sed iisdem morarum excusationibus, iteratis semper veniae deprecationibus, maiorisque diligentiae promissis implere solet, quin tamen unquam tot contestationum effectus conspiciatur; tunc demum dubitare incipio, num Rector iste rite cognoscat quantum momenti S. P. Ignatius posuerit in omnium membrorum cum Societatis capite coniunctione; quam necessarium sit accuratum litterarium commercium, ne coecus, inutilis immo noxius evadat membris influxus capitis; aut certe existimandum mihi est, dictum Rectorem commissum sibi Collegium non iuxta regulas, non quiete et ordinate gubernare, sed confuse et tumultuarie, ita ut nulli rei serenam applicare possit mentem, multo minus lucidae rerum omnium expositioni calamum admovere.

Ut muneri post animae propriae curam praecipuo satisfacere possit, indicantur remedia.

2. — Scio equidem, carissime Pater, plurimas esse occupationes, huiusmodi Collegia numquam tricis et difficultatibus carere; sed tantas illas esse, ut praecipuo post animae cum Deo per orationem coniunctionem officio suo satisfacere nequeat Rector (3), non existimo. Sunt alii plures, qui iisdem, si non gravioribus premantur curis, nec scribendi officium negligunt. Sit maior cum Deo unio spiritus; sit maior sui, minor aliorum diffidentia; sit utique impensa omnium agendorum sollicitudo, non vero immediatus ad omnia concursus (4); et omnibus expediendis sufficiet tempus.

Commendo me SS. SS.

Belg. I. p. 187.

CCXIV.

Ad R. P. Petrum Van Lil,
Provincialem. *Gand.*

1. *Cogitet de reformandis et confirmandis studiis apud Nostros.* — 2. *Lovanienses Professores sacris ministeriis ne indulgeant!* — 3. *Patres B. et D. tertiam probationem agant docendo.* — 4. *Provinciae Gallo-Belgicae restaurandae tempus nondum advenit.* — 5. *De exonerando ipso Provinciali.*

Rome, 13 Juillet 1839.

Je réponds aux deux lettres que vous m'avez écrites le 3 et le 22 Juin.

1. — Puisque nous sommes à l'époque des *dispositions*, je

---

(3) Quod saepe saepius dicebat P. Roothaan, de commercio litterarum inter Superiores et Generalem Societatis fovendo, verbis fortibus hic denuo inculcat, dum illud *officium* esse declarat, post animae cum Deo coniunctionem, *praecipuum*.

(4) Hoc monitum eidem Rectori (et aliis pluribus) iam dederat P. Generalis: cf. epist. CLXXVII, n. 8; item epist. CCIV, n. 7, *etc.*

vous recommande beaucoup l'organisation des études des Nôtres. Elles ont grand besoin d'être renforcées sous tous les rapports; littéraires, philosophiques et théologiques. Pour arriver à ce but, il faut des hommes spéciaux, qui ne se forment que par une longue et stable application à l'enseignement d'une branche spéciale. Tout consiste à trouver et à fixer à chaque branche des hommes qui y sont naturellement portés autant par goût que par leur talent. Ce que la pénurie n'a pas permis jusqu'à présent se pourra réaliser peu à peu.

Cogitet de reformandis et confirmandis studiis apud Nostros.

2. — La présence de l'Université exige qu'à Louvain se réunisse ce qu'il y a de plus fort et de plus zélé pour l'avancement des Nôtres. Soyez bien attentif, mon rév. Père, à ce qu'on n'y établisse point de Congrégation du sexe; que les Professeurs ne se livrent point au saint ministère; car ce sera au grand détriment des études (1). C'est une grande illusion de vouloir faire tout le bien possible simultanément.

Lovanienses Professores sacris ministeriis ne indulgeant!

3. — Que les PP. Bouvaert (2) et Devos (3) fassent leur troisième an en enseignant; mais qu'ils soient exercés et appliqués aux occupations humbles et le moins possible répandus au dehors.

Patres B. et D. tertiam probationem agant docendo.

4. — Le P. Provincial de France m'a écrit sur l'idée de ressusciter la Province Gallo-Belge (4). Je lui ai répondu que sans doute cette division se ferait un jour, la Belgique étant divisée, come elle est, en deux parties si distinctes; mais le temps ne me semble pas venu (5): les rêves politiques sur les limites prétendues naturelles, d'une part; d'autre part, une juste susceptibilité nationale, d'autant plus forte, qu'elle est jeune, commandent une grande circonspection.

Provinciae Gallo-Belgicae restaurandae tempus nondum advenit.

(1) P. Roothaan antiquum morem Societatis restituerat, ut professores studiorum superiorum applicarentur sacris ministeriis tempore vacationum annuarum (Cf. Pirri, p. 216). Prohibebat autem, ne tempore studiorum ipsorum, illis ministeriis se dedentes, a primo praecipuoque suo officio distraherentur. Vitanda praesertim existimabat ministeria sacra apud feminas, quod et tempus multum tererent et fructus saepe paucos vel parum solidos referrent,

(2) P. Alexander Bouvaert, *Belgicae* (1805-1823-1879), erat tunc *Praef. stud.* et *Lect. iur. can.* in *Collegio Scholasticorum Gandavensi*, ut refert *Catal. Prov. Belg.* 1839. Anno autem sequenti invenitur *agens tertiam probationem* in domo tertiae probationis Trunciniensi. Professionem quattuor votorum emisit 2 Febr. 1841. Scripsit *Synopsim Historiae Philosophiae* et *Elementa philosophiae*, lithographice edita Alosti, 1837. De illo vide Sommervogel, t. II. col. 54.

(3) P. Petrus Devos (vel De Vos), *Belgicae*, (1807-1829-1874), anno 1839 inscribitur *Catal. Prov. Belg.* ut *Doc. gram. supr. an. 3 mag.*, in Collegio Bruxellensi. Anno 1840, in eodem Collegio, *Doc. hum.*, sed et *Agit. ann. tert. prob. a die 25 Aug. 1839.* Vota Coadiutoris spiritualis emisit 2 Febr. 1841, eadem die, qua P. Bouvaert professionem. Bis deinde et diu praefuit Collegio Turnholtano: a die 22 Sept. 1845 ad 18 Sept. 1859, iterumque a 21 Sept. 1862 ad 19 Nov. 1868 (Cf. Poncelet, pp. 102-103).

(4) Antiqua Provincia Gallo-Belgica erecta est anno 1612 et floruit usque ad suppressam Societatem. Praepositos habuit 45, quorum primus fuit P. Ioannes Herennius (Maio 1612); ultimus P. Aegidius Richard a die 30 Aprilis 1770. Cf. *Synopsis historiae S. I.*, col. pp. 573-576. - Poncelet, pp. 14. 22.

(5) Neque cito venturum erat illius partitionis tempus. Integrum fere saeculum a praedictione Patris Roothaan erat elapsum, quando A. R. P. N. Wlodimirus Ledóchowski, Decreto dato 21 Aprilis 1935, Provinciam Belgicam in duas divisit, « Belgicam Septentrionalem et Belgicam Meridionalem nuncupandas ». Vide *Acta Romana S. I.* Vol. VIII, Fasc. I, anno 1935, pp. 146-149.

De exonerando ipso Provinciali.

5. — Je voudrais bien, mon rév. Père, vous décharger enfin du poids que vous portez depuis si longtemps (6). Veuillez me communiquer vos vues et celles des Consulteurs sur cette affaire.

Belg. I. p. 204.

CCXV.

Ad R. P. Petrum Van Lil, Rectorem Collegii.

Louvain (1).

1. *Cur Lovanium missus sit.* — 2. *Professores ne sacris ministeriis nimis applicentur; Scholastici autem catechismum doceant pauperes.* — 3. *Prudentia servetur circa Universitatis et Cleri saecularis socios.*

Rome, 16 Novembre 1839.

Cur Lovanium missus sit.

1. — Je réponds à vos deux lettres, du 29 Sept. et du 1 Novembre. C'était pour vous donner pendant quelques années le moyen de vous remettre de votre long et laborieux provincialat, que je m'étais proposé de vous placer à la tête des Missions de la Hollande. Mais le P. Fr(anckeville) (2) avec ses Consulteurs m'ayant représenté, que ce poste, même à cause du peu d'occupation, ne vous convenait pas, j'ai bien volontiers accédé à leur proposition de vous placer à Louvain. Cela m'a délivré d'un autre embarras, qui n'était pas petit. Dieu soit loué!

Professores ne sacris ministeriis nimis applicentur; Scholastici autem catechismum doceant pauperes.

2. — J'approuve beaucoup la réserve avec laquelle vous permettrez le saint ministère. Il est certain que les études ont beaucoup souffert de l'application des professeurs aux oeuvres de zèle, comme aussi de la multiplicité des visites; j'ai bien recommandé au P. Provincial de veiller aussi à ce que ces

---

(6) P. Petrus Van Lil Praepositus erat Prov. Belgicae iam ab eiusdem Provinciae erectione (3 Dec. 1832). *Votum Consultorum* eius exonerationi favisse liquet, nam brevi post scriptas has litteras successor illi datus est P. Carolus Franckeville (de quo mox fusius dicemus), qui officio potitus est 16 Augusti eiusdem anni 1839.

(1) Cur et quomodo P. Petrus Van Lil, deposito Provincialis officio, missus fuerit Lovanium, ipsa praesens epistola explicat. Collegium, cui praeerat, Lovaniense, hoc anno 1839-1840 computabat Patres 19; Schol. 8; Coad. 7; Univ. 34. - Rector exstitit P. Van Lil a 17 Sept. 1839, et successorem habuit Patrem Rosa.

(2) De P. Franckeville, qui post P. Van Lil Praepositus fuit Provinciae Belgicae, mox dicemus (cf. infra, *epist.* CCXVIII, n. 1).

abus ne se renouvellent pas à Louvain ([3]). Si le ministère des Pères se bornait à la confession des jeunes gens de l'Université, à les unir en quelque Congrégation les jours de fête ([4]), ce serait un temps bien employé. Pour les Scholastiques, il serait à désirer qu'ils eussent des catéchismes à faire dans quelques églises de campagne, ou dans les écoles de pauvres ([5]).

Prudentia servetur circa Universitatis et Cleri saecularis socios.

3. — Pour ce qui est des relations avec l'Université et avec le Clergé, je n'ai pas besoin, mon rév. Père, de vous dire combien il est nécessaire d'user de prudence, de ne rien faire ou dire de ce qui peut causer de l'ombrage; vous connaissez le terrain et cela suffit. Moins la Compagnie s'occupera de ces Messieurs et plus elle méritera leur confiance. Dans les exercices publics, qui sans doute devront avoir lieu, il faudra être bien sur ses gardes, afin que rien n'échappe qui ait l'air d'opposition ou de critique; il faut au contraire que, dans toutes les occasions, les Nôtres n'en parlent qu'avec estime et avec considération; si tout n'y est pas parfait, ce n'est pas moins admirable, qu'ils aient pu arriver au point où ils sont, à travers tant d'obstacles.

Je me recommande à vos SS. SS.

Belg. I. p. 218.

CCXVI.

Ad R. P. Petrum Van Lil,
Rectorem Collegii. *Louvain.*

1. *De Fratribus Coadiutoribus curam peculiarem habeat.* — 2. *Quid de venustiori supellectili agendum in domo nostra?* — 3. *De sacro ministerio a professoribus exercendo.* — 4. *De valetudine propria sollicitus, nolit de minimis rebus curare!*

Rome, 4 Avril 1840.

De Fratribus Coadiutoribus curam peculiarem habeat.

1. — J'ai reçu en son temps votre bonne lettre du 3 Février, ainsi que celles des PP. Consulteurs. Les détails que vous me donnez, sur la conduite et les progrès de nos jeunes

---

([3]) Circa sacri ministerii opera a Patribus professoribus exercenda, vide quod modo dicebamus (epist. CCXIV, n. 1 et epist. CLXXVII). De pauperibus autem evangelizandis, cf. epist. CCIII et CCVIII.

([4]) Suo adhuc tempore poterat Poncelet (*op. cit.*, p. 72) scribere: « La sodalité des étudiants (de Louvain), fondée le 31 Décembre 1840 avec une trentaine de membres, en compte aujourd'hui plus de six cents ». Fatemur tamen illam nostris diebus paululum languescere, ob nimietatem societatum similium.

([5]) Quem morem etiam suo tempore viguisse testatur Poncelet, (*ibid.*): « Chaque dimanche, quelques jeunes Pères se rendent dans différents patronages de garçons, pour y donner l'instruction religieuse et prêter leur concours aux maîtres »; et scimus eundem ad nostros usque dies non perstitisse tantum sed et crevisse.

PP. et FF. et des soins que leur donnent nos Professeurs, remplissent mon âme de joie et d'espérance. Je vous recommande aussi particulièrement les FF. Coadjuteurs (1), qui sont presque tous bien jeunes de religion, et quelques-uns encore Novices; ils ont grand besoin d'être maintenus dans la ferveur et formés à la pratique des vertus solides. Je doute fort que le P. Rosa soit l'homme qui leur convient, à moins qu'il ne fût tout différent de ce qu'il était à Namur (2). Ce doit être le soin particulier du Recteur, s'il veut que les FF. soient vraiement et *frères* et *coadjuteurs*.

Quid de venustiori supellectili agendum in domo nostra?

2. — Quant à la question sur les tapisseries et autres meubles élégants, que vous avez trouvés dans la maison: s'il n'y a rien qui blesse la gravité et modestie religieuse, vous pouvez les conserver dans la pièce qui sert de chapelle domestique, dans une salle d'exercices littéraires, ou de Congrégation, *etc.;* mais dans le réfectoire, ou autres endroits destinés à la communauté, ne vous faites aucun scrupule de les détruire, si vous ne pouvez pas les faire ôter (3); la pauvreté et la simplicité religieuses sont infiniment plus importantes que quelques papiers dorés. Vous avez vu à Rome le Gesù et le Collège Romain et Saint-André; voilà comme je désire voir les maisons de la Compagnie.

De sacro ministerio a professoribus exercendo.

3. — Pour ce qui regarde le saint ministère à exercer par nos PP., j'en ai écrit au P. Provincial, qui vous communiquera mes vues (4).

De valetudine propria sollicitus, nolit de minimis rebus curare!

4. — Ayez soin de votre santé, mon rév. Père; contentez-vous, en conséquence, de diriger vos offices, sans vous introduire immédiatement dans tous les détails (5).

Je suis en union de vos SS. SS.

Belg. I. p. 243.

---

(1) Iam novimus paternum amorem, quo P. Roothaan Fratres Coadiutores prosequeretur, iuxta genuinam Societatis mentem; de qua cf. v. g. *Institut.* III, 356.

(2) P. Henricus Rosa (de quo *epist.* CCIX, supra) tunc in ipso Collegio Lovaniensi *minister* erat, simul ac *lect. hist. eccl., etc.* Ei ergo videbatur competere cura FF. Coadiutorum. Vidimus autem rationem eius in gubernando dum Rector esset Namurci, non omnino placuisse Patri Generali (*epist.* CCIX, §. 3). Attamen vel *suaviorem* se praebuit, vel mutatum est iudicium Patris Generalis de illo; quia paulo post (anno 1842), in locum ipsius Patris Van Lil suffectus est, ut Vice-Rector primum, mox etiam ut Rector illius Collegii Lovaniensis. Quod munus obtinuit ad diem usque 10 Oct. 1850 (Cf. Poncelet p. 72). Tunc vero illum iterum improbavit P. Roothaan (cf. epist. CCXXIV). Quibus non obstantibus, nec Patris Rosa virtus defecit, nec Patris Generalis erga illum amicitia.

(3) Circa domus ornamenta, seu « Commoda, seu specialitatem suppellectilis, quae minus videtur statui paupertatis convenire », iam scimus, quid P. Roothaan sentiret (cf. *epist.* CLXXI, § 2, n. 2; *epist.* CLXXIII, n. 1).

(4) Immo ad ipsum P. Van Lil de eodem argumento nuper scripserat P. Generalis (cf. epist. priorem n. 3).

(5) Consuetam illam et familiarem Patri Roothaan esse monitionem, iam novimus: ne Rector omnia per semetipsum facere vellet (cf. supra, i. a., *epist.* CCIX, n. 7).

CCXVII.

Ad R. P. ANGELUM MATTHYS (¹),
Rectorem Collegii.

Alost.

1. *Vernaculis linguis,* sana (*h. e.* graeca *et* latina) litteratura *nobis est praeferenda.* — 2. *Musicae et artibus ne nimium indulgeatur; inde enim via patet ad theatrum, sed et ad vitium!*

Roma, 22 Septembris 1840.

1. — Respondeo ad litteras Rae Vae datas 31 Iulii. Gratulor in primis de valetudine sua in dies meliori, deque prospero statu Collegii. Melior is adhuc fiet et praesertim quoad linguam gallicam, quando plures aderunt istius linguae periti Socii, prout ex Leodiensi et Tornacensi Collegiis sperare licet. Haec interim accessoria sunt, respectu finis principalis, qui nobis ob oculos versari debet in studiis litterariis. Post sanctum Dei timorem, Societatis est ad sanam litteraturam novas generationes revocare, latinam proin et graecam linguam pristino istic honori restituere (²).

Vernaculis linguis, *sana,* (h. e. *graeca* et *latina) litteratura* nobis est praeferenda.

2. — Ra Va memorat, sex conclavia pro scholis musicis constructa et quidem civitatis sumptibus; gratulor equidem de bona civium in vos voluntate; nollem tamen nimium huiusmodi artibus iuvenes applicari. Praecipuum fortassis modernae educationis in optimis ceteroqui Collegiis vitium est, adeo delectabilibus artibus occupare alumnos, ut graviora studia detrimentum non leve patiantur. Mox enim cogitatio seu potius tentatio venit, specimen concertus exhibere, externos ad illud invitare, ut de iuvenum progressu iudicent, *etc.;* dein *theatrum,* et cum *theatro, mundus* cum suo comitatu, non vanitatis modo, sed et vitiorum!... quae nostris moribus ita contraria sunt, ut nihil magis (³).

Musicae et artibus ne nimium indulgeatur; inde enim via patet ad theatrum, sed et ad vitium!

Commendo me SS. SS.

Belg. I. p. 258.

(¹) P. ANGELUS MATTHYS, *Belgicae* (1804-1825-1879), docuerat physicam in Collegio Namurcensi et scripsit de materia physica: *Lustrage des épreuves photographiques au moyen du collodion,* in paginis *Précis historique,* 1864, pp. 224-225 (SOMMERVOGEL, t. V, col. 739). Rector fuit Collegii Alostensis tertius, a 14 Oct. 1839 ad 18 April. 1845, quando Praepositus fuit Provinciae, succedens Patri Franckeville, qui rursus illi successit 25 April. 1848. Obiit autem P. Matthys Superior Residentiae Bruxellensis, 9 Ianuarii 1879.

(²) Quoties similia monita audivimus, a P. Roothaan iterata, de studiis *classicis* (ut dicuntur) ante omnia colendis! Vide, e. g., quae ad primum eiusdem Collegii Alostensis Rectorem, eiusdem fere verbis, scribebat die 4 Iulii 1833: « sint apud nos studia ad *sanam litteraturam* exacta »... (*Epist.* CCII, supra).

(³) En novum illius fortis et tenacis odii specimen, quo P. Roothaan omnem theatri speciem deprecabatur, et a Collegiis nostris arcere conabatur. (Cf. de hac re, inter plures, *epist.* CXCVII et CXCIX).

CCXVIII.

Ad R. P. Carolum Franckeville [1],
Provincialem. *Gand.*

1. *Laudat impensam ab illo operam ad celebrandum tertium S. I. Centenarium.* — 2. *Miratur vero novam* Exercitiorum *editionem ipso inscio factam; eamque sperat Nostris tantum esse destinatam.* — 3. *De opusculo quodam Patris A. Gagliardi, iterum in lucem edendo a Belgicis typographis, accuratius quam Romae actum est.*

Rome, 2 Février 1841.

Laudat impensam ab illo operam ad celebrandum tertium S. I. Centenarium.

1. — Avant que nous puissions répondre officiellement à votre dernière lettre, bien longue et bien intéressante, je viens vous exprimer la grande consolation que j'ai éprouvée, en voyant le zèle que vous avez mis à faire pratiquer dans votre chère Province ce qui avait été recommandé pour l'année séculaire [2]. Que le Seigneur accorde sa bénédiction abondante à nos efforts! Nous faisons comme les serviteurs aux noces de Cana: nous ne portons que de *l'eau;* c'est au Seigneur de donner du *vin.*

Miratur vero novam *Exercitiorum* editionem ipso inscio factam; eamque sperat Nostris tantum esse destinatam.

2. — J'ai été un peu surpris, mon bon Père, de ce que vous avez fait faire une nouvelle édition des *Exercices* [3]. Vous ne saviez pas, sans doute, que j'avais recommandé que cela ne se fît pas sans mon avis? *Post factum, laudo!* Mais 1°. J'espère que cette édition ne soit (*sic*) que *pour les Nôtres,* et non pas *pour le public.* Ce livre n'est et ne doit être que *pour nous* [4]; seule exception possible, pour quelques personnes

---

[1] P. Carolus Franckeville, *Belgicae* (1800-1822-1877) Provinciam Belgicam bis rexit, a 16 Aug. 1839 (cum Professionem quattuor votorum emisisset 2 Febr. eiusdem anni) ad 4 April. 1845; et a 25 April. 1848 ad 13 Iun. 1854, tempus intermedium occupante (ut modo dicebamus) Patre Angelo Matthys (cf. epist. priorem).

[2] Cum prima *Instituti S. I.* approbatio a Paulo III per litteras Apostolicas *Regimini militantis* data sit 27 Sept. 1540, trecentesimus annus ab illa recurrebat 1840. Hanc P. Roothaan arripuerat occasionem, ut in omnibus sociis spiritum vocationis renovaret, ideoque scripsit *Epistolam ad PP.* et *FF. S. I. in annum saecularem* (27 Dec. 1839), cui accedebant *Instructiones* duae: prior, circa ea « quae praestanda *omnibus commendantur hoc anno saeculari* », et altera « pro solis Superioribus » (Cf. *Epistolae PP. Generalium,* t. II. pp. 385-422).

[3] Illam *Exercitiorum* editionem sic describunt *Monumenta Ignatiana ex authographis vel ex antiquioribus exemplis collecta.* Series secunda. *Exercitia Spiritualia Sti Ignatii de Loyola et eorum Directoria.* Matriti, Typis successorum Rivadeneyrae, 1919. Pag. 738, n. 4: « Exercitia spiritualia S. P. Ignatii de Loyola cum versione litterali ex autographo hispanico notis illustrata. Editio altera Namurci e typographia F. Douxfils, bibliopolae, 1840 ». Eadem vero pag. 738, n. 5, indicatur « editio altera » 1841, priori simillima, immo probabiliter identica.

[4] Plures iam recitavimus epistolas, sollicitudinem illam illustrantes, quibus P. Roothaan prosequeretur editionem genuinam, cultum assiduum, intellegentiam rectam atque profundam *Exercitiorum spiritualium* B. P. N., a Patribus praesertim S. I. Iuvabit, i. a., relegere *epist.* CXLIII (ad P. F. X. Weninger, 22 Febr. 1841); epist. CLXXVIII (ad P. N. Godinot, 10 Nov. 1836); item, epist. CLXXIV et CLXXV; ante omnia autem, ipsas Encyclicas litteras: *De spiritualium Exercitiorum S. P. N. studio et usu* (*Epist. Praep. Generalium...* t. II, pp. 365-384).

en petit nombre, qui eussent fait les *Exercices* elles-mêmes, et qui fussent y adonnées tout particulièrement aussi pour les donner; et en ce cas encore, je voudrais grande réserve. 2°. J'espère bien que nous en recevrons quelques exemplaires. Si j'avais été prévenu, j'aurais envoyé quelques notes de plus à ajouter (5).

De opusculo quodam Patris A. Gagliardi, iterum in lucem edendo a Belgicis typographis, accuratius quam Romae actum est.

3. — Puisqu'on imprime en Belgique si bien et à si bon marché, je vous prie de faire réimprimer un petit ouvrage, dont je viens de faire une édition ici pour les *Nôtres seuls: De plena Instituti cognitione, opusculum P. Achillis Gagliardi* (6). Cela vient si à propos, pour ce commencement du quatrième siècle de la Compagnie! J'en ai envoyé quelques exemplaires au P. Guidée (7); il vous en enverra un. Alors l'édition d'ici servira pour les Provinces d'Italie et d'Autriche; celle de Belgique servira pour France, Angleterre, Amérique. L'éxécution de notre édition romaine est assez bonne (8); mais pas encore parfaite; il n'y a pas une harmonie parfaite partout pour les majuscules, *etc.* de manière que, sous ce rapport, les dernières feuilles ne sont pas parfaitement d'accord avec les premières.

Que le Seigneur continue à vous bénir, mon cher Père, et toute la Province, et la préserve *ab omni malo!*

Je suis en union de vos SS. SS.

Belg. I. p. 266.

---

(5) *Notas* illas misit P. Roothaan, easque editioni iam factae subiunxit laudabiliter P. Franckeville. Sic explicatur, quod compilatores *Monumentorum* Ignatianorum accurate et acute notaverunt *(loc. cit.)*: Paginis 251-257 editionis Namurcensis, inveniri « Novas annotationes a R. P. Roothaan in Exercitia » atque « Errata corrige », quae « quod ad chartam et typorum formam attinet, a reliquo discrepant ». Typis enim fuerant posterius mandata.

(6) P. Achilles Gagliardi, *Patavinus* (1537-1559-1607), insignis fuit philosophiae professor, fidei catholicae praedicator, librorum praesertim asceticorum scriptor. *Catechismum*, suadente S. Carolo Borromaeo, publicavit Mediolani 1584. Scripsit quoque *Commentarium Exercitiorum*, qui usque ad saeculum XIX remansit ineditus; et *Tractatum de Christiana perfectione*, in plures mox sermones translatum, *etc.* De illo cf. Koch, col. 629-630; Sommervogel, t. III, col. 1093-1099. - Opusculum, de quo agitur in praesenti epistola, titulum praefert: *Ad Patres ac Fratres S. I. de plena cognitione Instituti;* id in domo nostra Romana ad St Eusebii servabatur manuscriptum, quando a P. Roothaan editum fuit, ut infra notatur sub n. 8.

(7) De P. Achilleo Guidée cf. inter epist. ad PP. Provinciae Galliae, praesertim epist. II et XV.

(8) De editionibus ambabus opusculi illius, una quidem Romae facta, altera vero Namurci, dicit Sommervogel (t. I, col. 1572, n. 4) curam habuisse Patrem Iosephum Boero, *Taurinensis* (1814-1830-1884), notissimum scriptorem, qui ex quattuor operis partibus duas tantummodo publicavit et *Prooemio* capitulum unum addidit. Editionem Romanam excudebat Alexander Monaldi, in 8°, pp. 110. Namurcensem vero F. Douxfils, gr. in 8°, pp. 100, utramque eodem anno 1841.

CCXIX.

Ad R. P. Paulum Hessels (1),
Rectorem Collegii.

Anvers.

1. *Iam diu non scripsit.* — 2. *Timetur, ne Rector ministeria nimia assumat.* — 3. *Qui ad Collegia mittuntur, ad alia opera dilabi non debent.* — 4. *Rectoris primum officium est, ut sociis sibi creditis attendat.* — 5. *Haec perpendat et operibus parcat externis!* — 6. *De Collegii aedibus delineationem mittat.*

Roma, 27 Aprilis 1843.

Iam diu non scripsit.

1. — Tam a longo tempore nullas a Ra va litteras accepi! Patres Consultores suo tempore scripserunt et quidem diligenter; quos de grato animo nostro per Ram Vam certiores fieri desidero.

Timetur, ne Rector ministeria nimia assumat.

2. — Quae de felici Sodalitiorum progressu ad nos referuntur, valde quidem grata, aedificationisque plena sunt; ast, inspecto Sociorum numero, laborum qui vel cum scholarum scholariumque curis connexi sunt multitudine, attenta denique sollicitudine, quam nostri quoque Patres Magistri Fratresque a Superioribus requirunt, magnus saepe timor subit, ne longe supra vires ministeria assumpta fuerint.

Qui ad Collegia mittuntur, ad alia opera dilabi non debent.

3. — Nulla fere ad nos perveniunt litterae, quae non querelis plena sint, de insufficienti formatione illorum qui ad Collegia destinantur; sed malum longe gravius esse existimo, quod qui ex officio illos iuvenes Socios dirigere, animare, insufficientiamque supplere deberent, ad alia a proprio munere aliena opera dilabuntur (2).

Rectoris primum officium est, ut sociis sibi creditis attendat.

4. — Iam cum Ra Va haud dubio P. Provincialis communicaverit, quae in hoc genere ad ipsam spectant. Ardens ille zelus, quo Rectores nonnulli ad exteriora ministeria feruntur, non satis ab illusionis periculo immunis videtur; primum namque illius officium est, ut concreditis sibi sociis semper praesto sit, illisque in omni domestico ordine veluti regula viva praecedat, alacritatem animet, foveatque (3). Durum e contra est, plenumque periculi, iunioribus praesertim religio-

(1) P. Paulus Hessels, *Belgicae* (1801-1832-1874). Fundator et Vice-Rector fuerat (1840-1842) Collegii Dominae Nostrae Antverpiensis, cuius Rector exstitit a die 13 Iul. 1842 ad 29 Ian. 1852. Idem postea fundavit Institutum Sti Ignatii Antverpiense, illudque rexit a 27 Sept. 1852 ad 26 Sept. 1859 (cf. Poncelet, p. 66; n. 103, *sqq.*).

(2) Simile quid notavimus in epist. CCXIV et CCXV, ne scilicet Patres Professores externis indulgerent: « Que les professeurs ne se livrent point au saint ministère; car ce sera au grand détriment des études ». Praesertim vero: « Qu'on n'y établisse point de Congrégation du sexe », - quod ultimis epistolae praesentis lineis plane consonat.

(3) Similia huic monita iam plura vidimus; vide etiam infra, epist. CCXXIII, n. 5.

sis, necdum in virtute solide formatis, Rectorem habere ad quem vix accessus patet, qui negotiis innumeris implicitus vix unquam patienter pacateque auscultare valeat subditos, *etc.* Nec refert quod Minister domi sit, Praefectum spiritus *etc.* habeant; iuvare hi possunt, sed supplere Rectorem non possunt.

5. — Haec Ra Va pro suo, quo erga Societatem fervet, amore perpendat. Vellem ut in alios deponere posset curarum partem, praesertim quae puellarum Sodalitia, curasque temporales spectant.

Haec perpendat et operibus parcat externis!

6. — De Collegii istius aedibus numquam delineationem accepimus [4]. Velit Ra Va curare, ut ad nos mittatur; sufficit folium chartae epistolaris, ne portorii sumptus inutiliter crescat.

De Collegii aedibus delineationem mittat.

Commendo me SS. SS.

Belg. II. p. 24.

CCXX.

Ad R. P. Eduardum Van der Hofstadt [1],
Superiorem Residentiae.

Liége.

1. *Placuerunt nuntii de bono operum exitu.* — 2. *Laudatur concordia cum Clero et magistratibus ; nominatim erga PP. Liguorianos commendatur charitas.* — 3. *Ad concordiam servandam, de proprio iure interdum cedatur.* — 4. *De Missionum exterarum desiderio.*

Roma, 5 Februarii 1844.

1. — Gratias ago Rae Vae pro litteris, quas d. 19 Ian. ad me dedit; et gratulor ex animo gaudeoque vobiscum de bono successu, quem divina Bonitas vestris laboribus largitur [2]. Utinam magis semper agnoscamus, quanta bona per nos facere parata sit, modo nos ei totos permiserimus, integra nostri abnegatione!

Placuerunt nuntii de bono operum exitu.

---

(4) Illae Collegii aedes humiles prorsus fuisse videntur, talesque ad annum usque 1875. « Les élèves ...étaient bien à l'étroit dans la vieille maison et plus à l'étroit encore leurs maîtres » (Poncelet, p. 64).

(1) P. Eduardus Van der Hofstadt, *Belgicae* (1809-1835-1886), Superior tunc erat residentiae Leodiensis (de qua infra), cui praefuit usque ad 15 Sept. 1845. Natus erat Brugis et sacerdotio iam auctus nomen Societati dedit, in qua annos 51 strenue laboravit. (Cf. *Précis historiques*, t. 35, anno 1886, pp. 262-263).

(2) Medium saeculum viguit et floruit residentia Leodiensis, ampliatis etiam aedibus et templo ; anno autem 1894, iuncta est Collegio Sancti Aloisii (Poncelet, pp. 90-91).

Laudatur concordia cum clero et magistratibus; nominatim erga PP. Liguorianos commendatur charitas.

2. — Gratum imprimis fuit cognoscere de concordia, in qua vivitis cum Clero et magistratibus; gratius etiam, hanc in modestia Sociorum causam habere. Valde ergo commendo, ut modeste et humiliter in omnibus ambuletis, ac praecipue Clero nullam praebeatis occasionem iustae offensae. Quoniam vero Ra Va scribit, multos ex PP. Liguorianis istic degere (3), cupio imprimis et Rae Vae enixe volo commendatum esse, ut hos singulari benevolentia amplectamini et vera fraterna charitate (4).

Ad concordiam servandam, de proprio iure interdum cedatur.

3. — Ut concordia inter Nostros et hos sive alios clericos servetur, praestat ipsa etiam iura non semper urgere et persequi; sed, quoad fieri potest, modeste cedere. Est enim haec concordia bonum magni momenti, cui merito minora interdum sacrificantur (5).

De Missionum exterarum desiderio.

4. — Quod ad desiderium attinet, quo Ra Va in missiones longinquas fertur, gaudeo, quod Deus pergit tam piam voluntatem in Ra Va fovere. Videbo, quid fieri possit et conveniat (6). Equidem, tot missiones operariis paene destitutas considerans, ad mittendum semper propendeo. Interea Ra Va pergat, se et sua desideria Deo sincero animo offerre, et se in munere, quo nunc fungitur, ad maiora et difficiliora praeparare.

Commendo me SS. SS.

Belg. II. p. 47.

---

(3) Residentia nostra Leodiensis annexa erat antiquissimo templo Sanctae Catharinae, quondam parochiali. Id ab Episcopo Leodiensi circa annum 1833 commissum fuerat Patribus, quos tunc saepius *Liguorianos* vocabant, hodie plerumque, ex eorum titulo officiali, potius *Redemptoristas* dicimus. Mox vero Patres illi se ad aliam domum transtulerunt; itaque Nostri, qui templum in Collegio nondum habebant, ecclesiam Sanctae Catharinae administrandam acceperunt, die 21 Dec. 1842 (Poncelet, *ibid.*).

(4) De fraternae inter *Liguorianos* et Iesuitas charitatis consuetudine, cf. Koch, col. 1108. Videri etiam potest epist. CXVIII, nn. 9 et 10.

(5) De concordia cum clero saeculari servanda, iam scimus quid sentiret P. Roothaan (Cf. v. g. *epist.* CLXXVII, § 8; *epist.* CCVIII, § 3).

(6) Exteras missiones anhelanti, id accidit, quod et pluribus aliis: munere apostolico functus est in propriae patriae civitatibus variis: Gandavi, Leodii, Tornaci, Bruxellis, Antverpiae, *etc.;* obiit in aedibus Dominae Nostrae Oostacker prope Gandavum, 15 Aprilis 1886, annos natus 77.

CCXXI.

Ad R. P. Carolum Franckeville,
Provincialem. *Gand.*

1. *Redire quidam cupiens ad S. I., probetur prius!* — 2. *Pro religiosis* Theresianis *non obtentae sunt indulgentiae.* — 3. *Ad opus Bollandianum quattuor Patres applicari debent, illique apti et ab aliis laboribus liberi.* — 4. *Amanuenses insuper caute seligendi.* — 5. *Onus quidem est grave, sed fidem nostram obligavimus.* — 6. *Gratias, monita, salutem!*

Roma, 17 Septembris 1844.

1. — Nuper P. Walle Parisiis ad me litteras dedit [1], in quibus de D. Meyffret retulit, qui in Societatem redire cupiens, se pro Missione Guatemalensi [2] obtulit. Si Ra Va *in Europa* tentamen aliquod facere voluerit, non repugnabo; sed ut in Americam mittatur, non possum permittere, nisi post longam et seriam probationem.

Redire quidam cupiens ad S. I., probetur prius!

2. — Patri Walle velit Ra Va meis verbis gratias pro litteris ipsius agere, eique significare me pro illis religiosis Theresianis [3] non potuisse obtinere a S. P. quod petebatur; difficilior nunc est Sancta Sedes in concedendis Indulgentiis.

Pro religiosis *Theresianis* non obtentae sunt indulgentiae.

3. — Res alia gravis momenti tractanda venit; opus scil. Bollandianum [4]. Non solum inter nos convenit, quattuor scriptores huic operi cum duobus amanuensibus esse destinandos; sed id, ni fallor, etiam Gubernio promissum est [5]. Itaque, cum aequitas, tum etiam ipsius operis ratio exigit, ut revera tot socii constanter laborent. Sed annis quidem praeterlapsis nec semper ille numerus completus erat, et nonnulli, qui destinati fuerant, aliis negotiis distinebantur. Sic fieri non potest, ut labor feliciter succedat. Nihil hic addam de operis gravitate, de exspectatione totius paene orbis, de fama rena-

Ad opus Bollandianum quattuor Patres applicari debent, illique apti et ab aliis laboribus liberi.

---

[1] De P. Franckeville vide supra, *epist.* CCXVIII, n. 1; de P. Walle, *epist.* CCIV, n. 2. - De D. Meyffret autem, non potuimus in *Catal. Prov. Belg.*, sive ante 1844, sive post, mentionem ullam reperire; unde patet eum per breve tempus in Societatis tirocinio versatum esse.

[2] Quae tunc flebant tractationes, ad missionem in republica Guatemalensi instaurandam, plures adhuc annos erant duraturae, antequam exitum consequerentur felicem: « Data l'influenza dei liberali nel Guatemala, non ostante vivissime istanze di molti cittadini e principalmente dell'Arcivescovo, Mons. Garcia Palaer, e dello stesso Presidente per avere i Gesuiti, il P. Roothaan non potè esaudire questi voti. L'entrata in questa repubblica rimase chiusa fino al 1851 ». Pirri, p. 242.

[3] Solent in Belgio usque nunc *Theresianae* vocari moniales Ordinis Carmelitarum Discalceatarum. Est in urbe Gandavo via quaedam dicta flandrice *Theresianenstraat*, gallice *Rue des Thérésiennes*.

[4] Ut notavimus antea (i. a., *epist.* CCVI, n. 1). *Sodalitium Bollandianum* restitutum erat mense Ianuario 1837, conventione inita cum Belgico Gubernio. Tribus primis scriptoribus: PP. I. B. Boone, Ios. Van der Moere, Prosp. Coppens, mox quartus accesserat P. Ios. Van Hecke.

[5] De conventione inter Bollandistas et Gubernium, vide Delehaye: *A travers trois siècles. L'œuvre des Bollandistes*, 1615-1915; Bruxelles, 1920; pp. 189-190. - *iber Saecularis*, p. 367. - Poncelet, p. 173.

scentis Societatis; satis haec Ra Va perspecta habet. Itaque, iam nihil restat, quam ut zelum Rae Vae provocem, eamque magnopere rogem, ut in annum proximum scriptores quattuor destinet, non aptos solum, sed etiam ab aliis negotiis, quae a labore retrahant, liberos (6).

Amanuenses insuper caute seligendi.

4. — Seligendi sunt amanuenses aptissimi, sed quibus haec occupatio periculosa non sit, qui cum donis naturalibus humilitatem coniunctam habeant, denique qui futuri sperentur apti scriptores (7). Excogitandae etiam sunt rationes, quibus omnes teneantur diligenter, constanter et totis viribus operi incumbere.

Onus quidem est grave, sed fidem nostram obligavimus.

5. — Ne, quaeso, Ra Va existimet, penuriam, qua novella laborat Provincia, a nobis non considerari. Hoc antea debuimus facere, et utique fecimus. Nihilominus opus suscepimus et aliquo modo fidem nostram coram toto orbe et nominatim coram Gubernio Belgico obligavimus; iam igitur non licebit difficultatibus cedere. Videat diligenter Ra Va, qua ratione res disponi possit, et ad nos referat (8).

Gratias, monita, salutem!

6. — Litteris die 2 Sept. datas accepi. Acceptissimus nobis erit R. P. Matthys (9). Gaudeo de *pace* et fructus eius exspecto laetos. Quo magis externa pax turbatur, eo diligentius interna fovenda. De cetero, *vincite in bono malum!*

Belg. II. p. 74.

---

(6) Eodem ipso anno 1844, in *Catal. Prov. Belgicae*, quattuor quidem Patres hagiographi inscribuntur Collegio Bruxellensi PP. I. B. Boone, Eduardus Mangiardi (de quo, cf. n. 8, infra), Ios. Van der Moere, Ios. Van Hecke. Cum autem P. Boone Rector esset Collegii (a die 17 Iun. 1837), non erat ille « ab aliis negotiis liber »... Audivimus enim ipsum Patrem Generalem iterum iterumque monentem Rectores, ut suo Rectoris officio ante omnia attenderent « subditos pacate audirent », et similia (Cf. i. a. *epist.* CCXIX).

(7) Amanuenses seu *Socii hagiogr.* (sic in *Catal. Prov. Belg.* 1844) duo tunc aderant Scholastici Fratres: Antonius Tinnebroek (1816-1836-1855), qui paulo post emissam professionem quattuor votorum (15 Aug. 1853) erat moriturus: et Victor De Buck (1817-1835-1876), qui unus e clarioribus inter Bollandistas erat evasurus. De eo vide Koch, col. 274. - Delehaye: *A travers trois siècles:* «... il se fit bientôt distinguer par ses talents hors ligne et une puissance de travail extraordinaire» (pp. 192) - Cf. etiam Sommervogel, t. II. col. 318-328.

(8) Diximus (n. 6 *supra)*, ineunte anno 1844, quattuor hagiographos inveniri in *Catalogo* Bollandistarum. Unus autem ex illis erat P. Eduardus Mangiardi, *Taurinensis* (1813-1833-1873), qui antea docebat *log. et math.* in Collegio Iriensi *(Voghera)*. Is paucos menses in Bollandiano sodalitio mansit et mox ad Iriense Collegium rediit. Insuper ipse P. Boone, decurrente anno 1845, a duplici rectoris et hagiographi munere fuit exoneratus; quod duplex munus assumpsit P. Prosper Coppens (cf. *epist.* CCIV, n. 1). Eodem fere tempore avocatus est *amanuensis* eximius Victor De Buck, ut studio *theol. dogm.* Lovanii incumberet. Sed duo Patres ascripti sunt inter Bollandistas, scil. P. Beniaminus Bossue (1804-1823-1882), de quo cf. Sommervogel, t. I, c. 1860-1861, et P. Carolus Van Cauwelaert (1809-1827-1880). Itaque in *Catal. Prov. Belg.*, ineunte anno 1846 inveniuntur, praeter ipsum Rectorem, quattuor hagiographi supra dicti, cum uno tantum amanuensi seu *Soc. hagiogr.* (Fr. Schol. Ant. Tinnebroek) et unus Frater Coad. Iosephus Nicolai (1806-1844-1886), qui notatur: *Ad obseq. hagiogr.* De hoc ultimo, qui in eodem munere annos ultra 40 permansit, narratur historia singularis apud Poncelet, p. 62.

(9) De P. Angelo Matthys iam egimus (Cf. *epist.* CCXVII, n. 1). Rector ille tunc erat Collegii Alostensis, a die 14 Oct. 1839; mox autem illum praeponere Provinciae Belgicae intendebat P. Generalis, - quod 18 Aprilis 1845 evenit. De eodem igitur fusius agetur in litteris sequentibus.

CCXXII.

Ad R. P. N..... N..... (1).

1. *Lapsum, sed lapsus poenitentem, consolatur Pater et roborat.* — 2. *Timorem Dei commendat, simulque vigilantiam et regularum observantiam.*

Rome, 26 Novembre 1844.

1. — Celui qui m'a écrit la *soli* que j'ai reçue hier (2), en réponse à ce que je vous avais demandé, mon bon Père, dans ma dernière lettre, n'aurait pas dû la souscrire en toutes lettres, puisque j'aurais assez reconnu sa main. Espérons toujours qu'elle n'aura pas été ouverte nulle part en route! Voici donc ce que vous lui direz de ma part: (3)

Lapsum, sed lapsus poenitentem, consolatur Pater et roborat.

« J'ai été touché de sa lettre, de ses aveux, de sa pénitence. Je désire bien que le tout puisse rester oublié devant les hommes, comme nous avons lieu d'espérer que c'est oublié devant Dieu. *Proiiciam in profundum maris.* Il s'en est ouvert au P. Provincial; c'est de celui-ci que j'attends qu'il me dise ce qu'il croit utile ou nécessaire. Mais, en écrivant de cela, *il ne doit pas exprimer le nom de celui dont il s'agit.* Que la miséricorde divine conserve dans cette âme les sentiments qu'elle vient de me manifester: cette horreur du péché, jointe surtout à une extrême défiance de soi-même, et à une grande confiance en la miséricorde du Seigneur et de Sa Sainte Mère!

2. — « Qu'il soit bien persuadé enfin, comme nous devons l'être tous, que nous n'avons de garantie contre ces sortes d'horribles misères, que la crainte de Dieu bien enracinée dans le coeur; et, pour les occasions extérieures, l'observance exacte, scrupuleuse même, autant qu'il se peut, de tout ce qui est prescrit dans l'Institut à ce sujet. Il n'y a là *rien de trop, pour qui que ce soit.* Le religieux, le prêtre, le profès, l'homme apostolique *etc. etc.;* tous ces titres ont pour base *l'homme,* et ce mot seul, cette qualité seule, dit tout, et rend possible et à craindre, toute, toute misère, *nisi misericordia Domini servet!* ».

Timorem Dei commendat, simulque vigilantiam et regularum observantiam.

Dites bien tout ceci à ce pauvre Père, que je plains bien de tout mon coeur et pour lequel je ne laisserai de prier (4).

Je me recommande à vos SS. SS.

Belg. II. p. 77.

(1) Propter obvias rationes, nomen sive Patris, sive loci, ad quos haec pertinebat epistola, in apographo non apparet.

(2) « Soli » inscribuntur exterius epistolae ad P. Generalem missae et ipsi *soli* destinatae, ut sunt res conscientiae vel personalis cum ipso consuetudinis (Cf. *Institutum,* III, 42, n. 7: « Si quid secreti scribendum », *etc.*).

(3) Paternum videtur artificium, quo prudens P. Generalis se fingit ad *tertium* aliquem scribere, ne fortasse intercepta epistola in manus alienas cadat, unde secretum conscientiae reveletur.

(4) Nullo putamus commentario indigere litteras has, quae adeo splendide manifestant teneram Patris charitatem, cautam Superioris prudentiam, sancta spiritualis ducis consilia.

CCXXIII.

Ad R. P. Ioannem De Staercke (1) Rectorem.

Tournai (2).

1. *Ad novas aedes construendas, alieno aere ne gravetur!* — 2. *Caveat ne rerum externarum curis distrahatur ab officio Superioris primario.*

Roma, 28 Martii 1845.

Accepi litteras Rae Vae die 9 Ian. datas, pro quibus gratias ago.

Ad novas aedes construendas, alieno aere ne gravetur!

1. — Iam nuper significavi Rae Vae, quam gratum mihi fuisset studium Rae Vae, necessaria aedificia (3) ita circumspecte construendi, ut debita non contraherentur; atque ideo auctor sum Rae Vae, ut eandem viam teneat in aedificanda habitatione Nostrorum, quae utut optabilis, differenda tamen potius paulisper, quam aere alieno perficienda (4).

Caveat ne rerum externarum curis distrahatur ab officio Superioris primario.

2. — Illud etiam hac occasione a me moneri Ra Va graviter non tulerit, ne scilicet his externarum rerum curis se sinat avocari a potiori muneris sui parte diligentissime administranda, caveatque multum, ne, animo aliis curis occupato et distracto, subditos non ea mansuetudine et pacifica quadam charitate tractet, quae est in Superiore Societatis summe necessaria (5).

Commendo me SS. SS.

P.S. - Velit Ra Va Patribus Consultoribus pro suis ad me litteris meis verbis gratias agere.

Belg. II, p. 83.

(1) P. Ioannes De Staercke, *Belgicae* (1802-1822-1871), primus *Rector* exstitit *Collegii Tornacensis* (1840-1845); postea vero *Procurator Prov. Belg. et Vice-Prov. Missour.;* dein Rector Collegii Lovaniensis (1852-1855). Obiit Bruxellis. De illo iterum infra, epist. CCXXV, n. 11.

(2) Collegium Tornacense commissum erat Nostris ab Exmo Episcopo DD. Labis, anno 1839, iam tunc eodem loco stans, ubi hodie manet, non vero in iisdem aedibus. Prima enim sedes eius fuit antiquus Monialium B. M. V. de Monte Carmelo conventus, adeo labens vetustate, ut paulo post novae domus aedificandae necessitas patuerit.

(3) « L'immeuble.. (ancien couvent des Carmélites, situé rue des Augustins, dans la partie haute de la ville)... vieux et délabré, n'était guère approprié au but de l'institution. Il fallait le rebâtir. Ce fut l'œuvre des deux premiers recteurs, les Pères De Staercke et Boeteman » (Poncelet, p. 79). Postea vero non semel auctae sunt et in melius mutatae aedes eiusdem Collegii.

(4) Scimus Patrem Roothaan ab aere alieno contrahendo semper abhorruisse (cf. etiam supra, epist. CCIX).

(5) Pluries etiam audivimus Patrem Generalem Superiores monentem, ne externis operibus distenti, debitae subditis curae obliviscerentur (Cf. v. g. epist. CLXXVII, n. 8 et 9; et paulo superius, epist. CCXIX, n. 3).

CCXXIV.

Ad R. P. Iosephum Broeckaert [1].

Tronchiennes.

1. *Quod sermonibus defuerat, suppleverunt litterae.* — 2. *Exhortatio ad indifferentiam Ignatianam.* — 3. *Superiorum fidem cupere licet; eam vero sibi parat bona voluntas.*

Brugelette, le 28 Septembre 1849.

Quod sermonibus defuerat, suppleverunt litterae.

1. — Votre petite lettre du 24, mon cher Père, m'a grandement consolé. Je ne pourrais pas dissimuler qu'il me paraissait toujours que quelque chose avait manqué, dans les entretiens que nous avons eus ensemble; je croyais voir ce même sentiment en vous-même; et cela me peinait. Je remercie le Seigneur, de ce qu'il vous a donné la pensée d'y suppléer par cette lettre.

Exhortatio ad indifferentiam Ignatianam.

2. — Il me semble que vous vous êtes tiré une épine du coeur, et par le même fait vous avez soulagé mon coeur. Oui, mon cher Père! Cherchons Dieu, Dieu seul, sa gloire. C'est-à-dire sa sainte volonté; tout le reste, *reliqua super terram,* à droite, à gauche, tout cela ne pourra jamais nous ravir notre contentement, c'est-à-dire notre bonheur; car être heureux, c'est être content. - Tenez-vous-en là, mon bon Père! Si cela coûte d'abord..., car, oui, nous n'y arrivons que par de généreux efforts, comme dit précisément notre saint Père: « *debemus facere nos indifferentes* » [2]; mais notre bonheur est au bout de cette lutte, de cette victoire.

---

[1] P. Iosephus Broeckaert, *Belgicae* (1807-1825-1880), eo tempore in Collegio Truncinensi Scholasticos rhetoricam docebat eratque *Praef. stud.* et *Consultor.* Is ingressus erat Societatem simul cum amico suo Angelo Matthys, de quo supra (epist. CCXVII). Plures annos, quibus temporibus Neerlandicum gubernium catholicos vexabat, degerat in Helvetia. In Belgio autem postea laboravit, ut *operarius,* contionator, scriptor, professor, indefesso gloriae Dei et salutis animarum zelo accensus. Inter eius opera, nota sunt praesertim *Le guide du jeune littérateur* et *Modêles Français,* innumeris fere editionibus pervulgata, non in Belgio tantum sed et in Gallia, multisque alumnorum milibus per quinquaginta saltem annos usitata. Cliens devotissimus Cordis Iesu SSmi fuisse dicitur. Cuius rei sufficiens sit testimonium Foedus pium, nomine *Union du Vendredi en l'honneur du Sacré Cœur* ab ipso fundatum anno 1867 et postea a sanctae memoriae P. Adolfo Petit, propagatum, ut videre est apud E. Laveille, S. I.: *Un semeur de joie, le P. Adolphe Petit, S. I.* (1822-1914). Bruxelles, 1935, p. 269. - Cf. Sommervogel, t. II, col. 197-200.

[2] In commentario suo de *Exercitiis spiritualibus* bene noto, iam animadverterat P. Roothaan Ignatiani autographi verba esse: « *facere* nos indifferentes », non: *habere*, ut vulgata versio ferebat. Et merito addebat: « *Habere nos indifferentes*, perfectio est, ad quam tendere docemur. Dum vero dicitur: *facere nos indifferentes*, conatus innuitur, quo opus est ad illam indifferentiam consequendam ». (*Cf. Opera Spiritualia I. Ph. Roothaan*, vol. II, p. 33, n. 5).

Superiorum fidem cupere licet; eam vero sibi parat bona voluntas.

3. — Quant à la confiance de vos Supérieurs, mon Père, quoique les marques de cette confiance rentrent aussi dans ce *reliqua super terram,* elle est cependant un objet de justes désirs, et elle vous sera acquise, n'en doutez pas, dès qu'ils verront ces excellentes dispositions.

Que le Seigneur les conserve en vous, mon Père, les confirme toujours et vous ferez du bien et grand bien, *ad maiorem Dei gloriam.*

En union de vos SS. SS.

Inter. C. 169.

CCXXV.

Ad R. P. Carolum Franckeville,
Provincialem.

Bruxelles.

1. *Spes erat restitutae Lovanii concordiae.* — 2. *Sed pergit acrior propriae gentis amor apud Belgas, Helvetiis offensos.* — 3. *Belgae tamen Helvetiis indigent.* — 4. *Quid agendum?* — 5. *Ante omnia Rector mutandus; sed quisnam ei sufficietur?* — 6. *Displicet, magni fieri ludos scenicos.* — 7. *Beatus homo pavidus!*

Rome, 7 Septembre 1850.

Spes erat restitutae Lovanii concordiae.

1. — A l'issue de la visite de Louvain, vous m'écrivîtes de manière à me faire croire que le mal n'était pas si grand [1]; qu'il y avait eu grande exagération de la part des Suisses [2]; que le P. Minoux en était convenu avec vous [3]. Je m'en consolai; et comme tout le monde convenait que la faute était principalement du Recteur, j'espérais; et quoique je voyais difficile de trouver un autre Recteur (puisque le Père

[1] *Malum* illud, quod nobis, elapso integro fere saeculo, *non* apparet revera fuisse *adeo magnum*, id erat: Cum deessent in Collegio Lovaniensi professores apti, missi fuerant ex Germania Superiore, qui Lovanii docerent; simulque advenerant Scholastici. Non tamen, ut videtur, omnimoda promptaque suavitate acceperunt Belgici Nostri illos, quos P. Generalis vocat *Helvetios*, quippe qui plurimi ex Helvetia venerant. Paulo tamen ante has litteras (18 Iulii 1850) scripserat ipse ad eumdem Provincialem: « Nos solantur ea, quae de pace et unione inter Nostros in Belgio fere vel omnino restituta, Ra Va narravit » (Belg. II, p. 173). Item in epistola, quam modo recitabimus.

[2] « Facile credimus (sic in epist. 18 Iulii supra laudata) et ipsi iam suspicati eramus ex notitia personarum, esse ex utraque parte aliquam exaggerationem » (Belg. II, p. 173).

[3] P. Antonius Minoux, de quo iam egimus (epist. CCI, n. 1), Praepositus erat Provinciae *Germ. Sup.*, a die 21 Iulii 1846; et propter civiles perturbationes degebat in residentia Argentinensi (*Catalog. Prov. Germ. Sup.* 1850).

qui conviendrait très bien, ne peut être mis à Louvain) ([4]), cependant, encore une fois j'espérai.

2. — Hélas! de nouveaux détails m'apprennent, que si les pauvres Suisses ont eu quelque tort, leur tort n'est pas comparable à celui des Scolastiques Belges qui, dès l'arrivée du P. Roh ([5]), ont montré constamment un mauvais esprit national. Quand je pense qu'il s'agissait de rendre à la Suisse l'hospitalité que les Belges y avaient reçue, cette conduite me navre d'autant plus. Et je me dis: Quelle espérance pour la Compagnie, d'un Scolasticat où l'esprit national, si contraire à l'esprit de la Compagnie et à la charité, domine?

Sed pergit acrior propriae gentis amor apud Belgas, Helvetiis offensos.

3. — Et si les Belges restent *seuls*, comme cela peut arriver facilement, espérerons-nous que les choses aillent mieux? Cet esprit national ne se fortifiera-t-il pas d'autant plus? Et quelle Compagnie aurons-nous? On demande des Professeurs du dehors, par nécessité ([6]); ils viennent, et de bon coeur, particulièrement le P. Roh ([7]); et tous sont traités à ne pouvoir rester !....

Belgae tamen Helvetiis indigent.

4. — Eh bien! qu'allez-vous donc faire? Pour moi, je croirais presque devoir suspendre les cours, et disséminer les Scolastiques, en attendant, en différentes maisons; et pour les principaux auteurs de ces troubles, ce serait: *aut, aut*... ([8]).

Quid agendum?

([4]) Rector Lovaniensis tunc erat P. Henricus Rosa, de quo supra, *epist.* CCIX, n. 1; *epist.* CCXVI, n. 2), qui Vice-Rector prius fuerat, anno 1842, Rector vero a 30 Nov. 1843 ad 10 Oct. 1850. Rationem, qua ille in gubernando utebatur, pluries improbaverat P. Generalis, ut iam notavimus. Ideo scribebat 18 Iulii 1850 ad Provincialem: « Mutationem Rectoris Lovaniensis etiam nos maxime desideramus, et dudum de ea facienda cogitamus ». Iterumque, 3 Septembris: « Rector Collegii Lovaniensis mutandus omnino videtur » (Belg. II, 173 et 175). Noluerat autem Patrem Beckx Lovanium mittere, cum diceret se illo alias indigere. Compulsus tamen necessitate fecit, die 10 Oct. eiusdem anni 1850.

([5]) Hic iam non agitur de P. Iacobo Roh (de quo supra epist. CLXXV, n. 8), qui die 1 Aprilis 1841 mortuus erat Seduni in Helvetia), sed de P. Petro Roh, *Germaniae* (1811-1829-1872), qui sibi famam aliquantulo maiorem in Germania fecit. Is theologiam in Helvetia prius docuerat, sed post brevem in Belgio mansionem, in Germaniam missus est ad praedicandum; quo munere per annos viginti functus est, magna cum audientium laude et animarum fructu (Cf. Koch, col. 1555-1557).

([6]) Iam die 29 Febr. 1848 scripserat P. Roothaan ad P. Matthys, tunc Provincialem Belgii: « Ineptus dicitur *lector theol. compend.*; nec satis peritus, qui docet linguam hebraicam » (Belg. II, p. 166).

([7]) Anno priore (1849), ex Prov. Germ. Sup., numerabantur in Collegio Lovaniensis: *Auditores theologiae* 10, quorum unus sacerdos; nullus autem professor. - Anno 1850, tres adsunt professores, scil. P. Petrus Roh, (de quo diximus, n. 5 supra), *lector. theol. matut.*; P. Fr. Xav. Friedrich (1814-1834-1884), *lector. theol. pom.*; et P. Gulielmus Wilmers (1817-1834-1899), *lector. S. Script. et ling. orient.*, de quo plura vide apud Koch, col. 1854-1855. Simul autem, ex eadem Provincia, *Auditores theologiae*, 15.

([8]) Non adeo graviter saeviturum se esse diceret P. Generalis, nisi omni discordia fratrum graviter et usque ad intima praecordia laesum se sentiret. Non tamen necesse fuit, ut ad extrema illa severitatis veniret; nec *dispersi* sunt alii alio Scholastici! Videmus in *Catalogo* anni sequentis (1851), Lovanii remansisse ex *Prov. Germ. Sup.* unum tantum *Lect. theol.* P. Friedrich; Scholasticos vero *audit. theol.* 17. Eodem quoque anno inveniuntur ex *Germ. Sup.* in Belgio Patres *tertiae probationis* 7 (inter quos P. Anderledy); Schol. *audit. phil.* 6; FF. Coad. 4. - Friburgum in Ducatu Badensi missus est P. Roh, *Oper. Mission.* P. Wilmers autem Monasterium in Westphalia, *Script.* et *Oper.*

Ante omnia Rector mutandus; sed quisnam ei sufficietur?

5. — Mais on pense assez généralement que le changement du Recteur *seul* remédierait. Moi, j'en doute, que ce remède *seul* puisse guérir tant de têtes malades; mais enfin, voici ce que nous pensions avec le P. Assistant Simmen (9): Si le P. Beckx ne devait pas aller à Vienne pour les Exercices, on pense assez que ce serait l'homme (10). Sinon, ou *P. Meganck*, ou *P. De Staercke* (11). Si vous en voyez d'autres, vous ou vos Consulteurs, proposez. Mais le P. Rosa *ne peut plus* rester. J'attends avec impatience quelque solution.

Displicet, magni fieri ludos scenicos.

6. — J'ai reçu sous bande une gazette (de Tournai ou de Namur). Je pense qu'elle m'ait été envoyée pour que je visse l'éloge du Collège, à l'occasion de la distribution des prix. C'est bien. Mais l'éloge portait presque uniquement sur l'exécution de la pièce!... Mon Dieu! me suis-je dit, est-ce que le résultat de nos Collèges est de former des acteurs? (12) Je conçois que cela a un côté avantageux: la prononciation, la tenue. Mais, qu'un tel éloge soit envoyé, jusqu'à Rome, pour la *consolation* du P. Général! C'est ce qui me fait soupçonner qu'on ne donne beaucoup trop d'importance à ce qui ne peut être que très secondaire dans l'instruction et l'éducation...

Beatus homo pavidus!

7. — *Beatus homo, qui semper est pavidus!* Cette *béatitude* semble m'appartenir; mais je ne vois que trop de motifs de *craindre* (13). Que le Seigneur nous ait miséricorde!

En union de vos SS. SS.

Belg. II., p. 176.

---

(9) P. Iosephus Simmen, *Germ. Super.* (1801-1817-1850), munus *Assistentis Germaniae* susceperat anno 1848; dum autem P. Generalis has litteras scribebat, erat P. Simmen iam proximus morti, quam obiit paulo post, 9 Octobris, in domo S. I. Gallorensi prope Romam.

(10) Ut modo dicebamus (supra, n. 4) debuit P. Roothaan, licet invitus, Rectorem Collegii Lovaniensis constituere Patrem Beckx, die 10 Octobris eiusdem anni 1850. Sed ineunte Septembri 1852 illum inde avocavit, ut Praepositum Provinciae Austriacae institueret. Tunc Lovaniensi Collegio iterum praefuit, titulo Vice-Rectores, P. Henricus Rosa; sed cum *ad pristinam suam gubernandi rationem* rediisset, quam P. Roothaan pluries improbaverat, scripsit ille ad Provincialem, die 30 Septembris: « Le Vice-Recteur, dont j' espérais quelque chose après l'exemple du P. Beckx, est retourné à son ancienne manière d'agir... Je ne puis le laisser Supérieur à Louvain »... (Belg. II, p. 232). Cur modus ille gubernandi adeo displiceret Patri Roothaan, iam vidimus (Cf. supra, *epist.* CCIX).

(11) P. Hermannus Meganck, *Belgicae* (1792-1814-1853), hoc anno indicatur in Collegio Bruxellensi: *Ad disp. Prov., Cons. Prov.* - Dum P. Ioannes De Staercke, *Belgicae* (de quo supra, epist. CCXXIII) in eodem Collegio notatur: *Proc. Prov. et Vice-Prov. Missour.* - Erat quoque Bruxellis eodem tempore P. Petrus Beckx: *Soc. Prov., Cons. Prov., Admon.* Postquam autem is Rector Collegii Lovaniensis fuit, ut diximus, a 10 Oct. 1850, per duos fere annos, renuntiatus est Praepositus Provinciae Austriacae. Et cum res Collegii interim Pater Rosa Vice-Rector minus ex sententia Patris Generalis gereret (n. 10, supra) paulo post Rector constitutus est P. Ioannes De Staercke, qui munere functus est a 14 Dec. 1852 ad 30 Dec. 1855.

(12) Quisnam esset sensus Patris Roothaan circa ludos scenicos in Collegiis nostris agendos, iam pluries vidimus (cf., i. a., epist. CXCVII, CXCIX, CCXVII).

(13) Ingenua haec est et sincera confessio, cuius ipsa secunda pars (« Je ne vois que trop de motifs de craindre ») priorem mire confirmat (« Cette béatitude semble m'appartenir »)!

CCXXVI.

Ad P. Petrum Beckx,
Rectorem. *Louvain.*

1. *Gaudet de pace et caritate inter Nostros.* — 2. *Non cogendi sunt professores ad unum auctorem sequendum.* — 3. *De Patre Perrone eiusque opere.* — 4. *Prius religiosi esse debent Nostri, deinde professores.*

Roma, 27 Novembris 1851.

1. — Redditae mihi sunt carissimae Rae Vae, datas 31 Oct.; acceperam etiam suo tempore datas 2 Aug. et pro utrisque gratias ago. Gavisus sum valde de pace et charitate inter Nostros. Confirmet Deus quod operatus est in vobis ([2]). Gaudet de pace et caritate inter Nostros.

2. — Quod ad difficultatem, quam P. Fr.... ([3]) suo docendi modo facit, attinet, non sunt quidem cogendi Professores altiorum scholarum ad unum aliquem auctorem sequendum; sed libertas illis relinquenda, ut, si malint, a se scripta dictent. Sed ad praepedienda mala, quae notavit Ra Va, Provincialis vel, hoc probante, Rector, praeter tractatus singulis annis docendos etiam praecipua doctrinae capita, quae illis continentur, explicanda praescribere poterit. Non cogendi sunt professores ad unum auctorem sequendum.

3. — Quamvis vero, ut dixi, cogendi lectores non sint, ut sive Perronium ([4]) sive alium Theologum praelegant, aut eius vestigia premant; intelligat tamen P. Fr....., ideo sibi licitum non esse, eiusmodi auctores deridere aut immodestius carpere, et ad idem faciendum Scholasticos provocare. Oh! si meminissemus praecepti communis: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris!* Cogitet P. Fr.... nec sua omnibus placitura, et sane dubitari posse, si sua ederentur in publicum, ita exceptum iri, De Patre Perrone eiusque opere.

([1]) In priore epistola, diximus cur et quomodo P. Beckx renuntiatus tunc fuerit Rector Collegii Lovaniensis, a 10 Octobris 1850.

([2]) Vidimus etiam, in epistola priore, querelam fuisse ad Patrem Generalem delatam, quasi Lovanienses Scholastici nostri non aequam praestarent caritatem Fratribus ex Helvetia vocatis; ipsum vero Patrem Rectorem in illa Helvetiorum querela aliquid immoderati denuntiasse. Et profecto non debuerunt *pax et charitas* graves sustinuisse offensiones, cum adeo perfectae agnoscantur, uno vix mense post novi Rectoris adventum.

([3]) Absque dubio agitur de P. Fr. Xav. Friedrich; de quo vide notas 4 et 5 ad priorem epistolam appositas.

([4]) P. Ioannes Perrone, *Romanae* (1794-1815-1876), celeberrimus fuit Lector Theologiae dogmaticae in Collegio Romano S. I., « celebrato (sic Pirri, p. 304) come il più grande teologo del suo tempo ». Strenue pugnavit contra falsas Hermesii doctrinas, de quibus egimus in notis ad epist. CXCI, CXCV, *etc.* Immo inter praecipuos auctores fuit sententiae in *Hermesianismum* latae per Litteras Apostolicas *Dum acerbissimus* (26 Sept. 1835). Idem censor exstitit, iussu Summi Pontificis, errorum eiusdem temporis variorum, v. g. *fideismi* (Pirri, p. 290); cumque magna esset auctoritate apud Gregorium XVI et Pium IX, plurimam operam contulit ad praeparandum Concilium Vaticanum, dogmataque ab illo definienda. Variis Romanae Ecclesiae Congregationibus Consultor habebatur; multa diversaque opera, praesertim dogmatica atque apologetica scripsit, de quibus vide notam sequentem. De P. Perrone insuper videri potest Koch, 1399-1400.

ut P. Perrone, ubique gentium et in tam multis Seminariis (5), cum ipse P. Perrone procul absit, ut perfectum esse suum opus existimet. Sed, mirum est ac dolendum, talem esse in Nostris spiritum, ut si quid ab aliquo Nostrorum elaboratum compareat in publico, laudetur ab externis, a Nostris fere vituperetur (6). Quo spiritu sic affecti ducantur, equidem non intelligo. Et de Perronio nominatim in schola et disputationibus loqui abstineat, ne pax et charitas turbentur.

Prius religiosi esse debent Nostri, deinde professores.

4. — Quod vero hic Pater declaret, se istic manere et docere non posse, nisi libertas quam postulat, sibi concedatur; sciat, nos prius Religiosos, deinde Professores quaerere; neque a se pendere, ubi maneat vel doceat (7). Ne toleret Ra Va hunc spiritum nimis a Societatis spiritu abhorrentem; sed, ut ab initio monui, libertas, quam sapienter Institutum concedit, illa quidem danda est.

De cetero Deum spero vobis semper propitium fore, et imprimis Ram Vam corroboraturum, ut pergat ad Eius gloriam domum istam tam magnam et caram nobis feliciter gubernare. — Commendo me SS. SS.

Belg. II, p. 201.

CCXXVII.

Ad R. P. Augustinum de Backer (1),

Liége.

1. *Accepit primam partem* Bibliothecae S. I. — 2. *Ante illam, non defuerunt aliae.* — 3. *Vitanda est laus Societatis nimia.* — 4. *Usus gallici sermonis forsitan offensivus?* — 5. *Singulares primitias affert Siculus quidam.* — 6. *Omittuntur quidam notatu digni.* — 7. *Opus tamen laudatur.* — 8. *Et viam perfectioribus pandet.*

Rome, 25 Novembre 1852.

Accepit primam partem *Bibliothecae S. I.*

1. — Oui, mon cher Père, j'ai reçu la première partie, ou le commencement de votre travail sur la *Bibliothèque de la Compagnie*, dont vous me parlez dans votre bonne lettre du

(5) Inter plurima Patris Perrone opera, de quibus modo dicebamus, eminent *Praelectiones theologicae*, novem constantes voluminibus, Romae primum editae, (1835-1842), posteaque ad varios sermones translatae. Hae per medium saltem saeculum in multis seminariis Italiae, Galliae, Belgii, *etc.* habitae sunt ut *Liber textus*. De illis atque ceteris eiusdem Patris operibus, cf. Sommervogel, t. VI, col. 558-571.

(6) Placuit illa verba Patris Generalis referre, licet aliqua non careant exaggeratione, propter paterni animi amaritudinem; ex illis enim apparet, quantum a veritate aberrent, qui putent Iesuitam Iesuitae cuiusvis dicta et opera omnia semperque laudibus cumulare!

(7) Mansit utique P. Friedrich in Collegio Lovaniensi anno illo scholastico 1851-1852. Sed in *Catalogis S. I.* inscribitur, anno 1853: *Lect. theol. dogm.* in Collegio Traiectensi ad Mosam *(Maastricht)*; anno 1854: *Lect. theol. dogm.* in Seminario Coloniensi; anno 1855: *Lect. ethic. et iur. nat.* in Seminario Paderbornensi. Obiit Aalbeck, in Neerlandia, 30 Martii 1884.

(1) In apographo nostro codice, inscribitur haec epistola « Ad P. A. de Backer ». Habebantur quidem eo tempore duo Patres de Backer, Augustinus et Aloisius, qui ambo *Bibliothecam S I.* conscripserunt. Praesens autem epistola profecto ad P. Augustinum mittebatur, quia Aloisius adhuc Scholasticus erat.

30 Oct. Je ne puis ne pas louer votre zèle [2]. Voici pourtant quelques observations:

2. — Vous dites dans votre lettre que les PP. Généraux, malgré leurs efforts, n'ont *jamais eu le bonheur de voir imprimer le fruit des travaux* [3]. Vous voudrez dire *dans ces derniers temps;* car, certes la *Bibliothèque* du P. Alegambe, sans parler de ses prédécesseurs, n'est pas peu de chose [4].

Ante illam, non defuerunt aliae.

3. — *La gloire de la Compagnie*. Oui, mais: 1° Ce motif de sa *gloire*, n'est pas le principal ni le plus intéressant motif. 2° En recueillant *tous* les écrivains, il n'y a que trop de fort médiocre, et où il y a matière à de justes critiques... Le *supplément* à la Bibliothèque de la Compagnie, imprimé à la renaissance de la Compagnie, en donne, lui-même, grande matière! [5] Justes critiques, dis-je: *excès* d'amour pour la Compagnie! [6].

Vitanda est laus Societatis nimia.

---

(2) P. Augustinus de Backer. *Belgicae* (1809-1835-1873), cum fratre suo P. Aloisio de Backer (1823-1841-1883) totam vitam impendit in erigendum illud scientiae et patientiae monumentum: *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus* (7 vol., Liége, 1853-1861), pluries editum emendatumque et auctum, ut modo dicemus.

(3) Recte dicit P. Generalis non omnes praevios labores periisse, sed inchoatum quondam opus a pluribus tunc annis imperfectum remansisse. Quod eximie exponit Poncelet (p. 176), dum scribit: « Au début du XVIIe siècle (1602 et 1608), Pierre de Ribadeneira, contemporain et disciple de St Ignace, avait tracé la route et posé les premiers jalons. Cet essai fut complété et plus ou moins perfectionné par André Schott (1612), Philippe Alegambe (1643) et Nathanaël Southwell (1675). Dans la suite, plusieurs jésuites continuèrent les recherches, mais presque tous leurs travaux sont demeurés manuscrits... Pour ne pas aboutir au même échec... les Pères de Backer se décidèrent à faire paraître par séries successives les résultats de léurs recherches ». Ideo scribit P. Generalis se *primam partem* accepisse (« la première partie ou le commencement de votre travail »). Id primum volumen in lucem prodiit Leodii, 1 Octobris 1853, sic superscriptum: *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus, ou Notices bibliographiques: 1° de tous les ouvrages publiés par les membres de la Compagnie de Jésus, depuis la fondation de l'Ordre jusqu'à nos jours; 2° des apologies, des controverses religieuses, des critiques littéraires et scientifiques suscitées à leurs sujet;* - par Augustin et Alois de Backer, de la même Compagnie. *Première Série.* « Cette première série comprenait à elle seule près de deux fois autant d'auteurs, que toute la *Bibliothèque* de Southwell... » Et sic deinceps: « De 1853 à 1861, ils publièrent (ainsi) sept séries, *parcourant chacune la suite entière de l'alphabet,* et complétant sans cesse les lacunes des parties précédentes » (Poncelet, p. 177).

(4) P. Philippus de Alegambe (1592-1613-1652) notus est praecipue ob suam *Bibliothecam Scriptorum S. I.*, quae Antverpiae prodiit 1643. Ut modo dicebamus (cf. supra, n. 3) supplementum seu complementum praebere intendebat *Catalogo illustrium Scriptorum S. I.*, quod ediderat P. Ribadeneira. De illo cf. Koch, 35. - Sommervogel, I, 151-153.

(5) Nimium et immoderatum Societatis amorem apud quosdam scriptores nostros exstitisse novimus quidem, et fatemur. De *Supplemento* autem bibliographico, quod hic nominatur. haec habet P. Victor van Tricht, in optimo suo libro: *La Bibliothèque des Ecrivains de la Compagnie de Jésus et le P. Augustin de Backer* (Louvain, 1876), ubi tentamina varia exponit, opere Backeriano priora: « En 1814, parut chez Boulié, à Rome, un *Bibliothecae Scriptorum S. I. supplementum primum* ». Additque, de illius auctore et de auctoribus duorum operum similium, eodem tempore editorum, voluisse illos « démontrer une thèse d'amour filial et faire voir combien d'hommes remarquables la suppression de la Compagnie avait frappés... Il y avait chez eux, pour la Compagnie éteinte, l'amour passionné d'un fils pour sa mère » (*Op. cit.*, p. 77-78).

(6) Ad gloriam Societatis manifestandam non requiri « excessum amoris », sed sufficere serenam operum eius enumerationem, ipsum opus Patrum de Backer aperto demonstrat exemplo. Etenim, ut refert Poncelet: « L'ouvrage, malgré ses imper-

Usus gallici sermonis forsitan offensivus?

4. — L'ouvrage, en Français? Cela aura du débit; mais, cela ne laisse pas de heurter (7).

Singulares primitias affert Siculus quidam.

5. — Vous commencez la lettre A, par un bon P. Sicilien du siècle *del seicento* (1600), un siècle du mauvais goût; les titres de ses ouvrages que vous rapportez, en font preuve (8). Ceci est d'autant plus à regretter, mon bon Père, que quelqu'un a observé qu'il y a bien *14* noms qui, en d'autres collections, précèdent celui-là que vous mettez le premier (9).

Omittuntur quidam notatu digni.

6. — On a aussi observé que vous avez omis des noms très respectables et universellement connus; p. ex. le P. Bartoli, écrivain si célèbre et classique (10).

Opus tamen laudatur.

7. — Tout cela cependant n'empêche pas que je ne vous encourage de tout mon coeur. Je vois que le P. Provincial vous encourage et vous soutient, ce qui me fait grand plaisir. — Quant au voyage de Rome, nous verrons *quand* cela se pourra (11).

Et viam perfectioribus pandet.

8. — Les travaux de plusieurs comme vous, et il y en a, pourront préparer la voie, pour venir à quelque chose de complet, quand le bon Dieu le voudra (12).

En union de vos SS. SS.

Belg. II, p. 233,

---

fections, reçut le plus chaleureux accueil du public savant; et Jules Petzholdt, un des plus célèbres bibliographes du XIXe siècle, le proclama une des plus fortes, des plus importantes et des plus impartiales apologies de la Compagnie de Jésus» (*Op. cit.*, p. 177).

(7) Experientia patuit, nullam *offensionis* causam inde oriri quod gallice scriptum prodiisset opus Backerianum. Bonus autem P. Roothaan tempus iuventutis suae respiciebat, cum latinae linguae usus adhuc universus et promptus doctis erat.

(8) *Siculus* ille *bonus* erat P. Fr. Xav. Acciarelli, *alias* Azzarelli, (1655-1671-1702), cuius libri nonnulli titulos proferunt curiose potius quam considerate sonantes, ut recte notabat P. Roothaan; v. g.: *Le delizie dell'amor Nazareno nel coltivare in terra le Primavere del Paradiso* (Catania 1698).

(9) In sequentibus *Bibliothecae* editionibus, triginta circiter scriptorum nomina occurrunt, nomini Acciarelli praeposita.

(10) Mirum sane est nomen Patris Bartoli omissum tunc fuisse; sed PP. de Backer deinde omissionem abunde suppleverunt: nam in altero volumine seu serie II (anno 1854) septem plenis paginis opera Patris Bartoli accurate recensentur. P. Daniel Bartoli (1608-1623-1685), litterarum humaniorum peritissimus et unus ex clarioribus italicis scriptoribus, historiam Societatis Iesu italice scripsit et vitam plurium Sanctorum S. I. eleganter narravit, i. a. SS. Ignatii, Francisci Xaverii, Francisci Borgia, Stanislai Kostka; itemque plura alia opera sive litteraria sive moralia composuit, quae pluries edita et nonnulla etiam in varios deinde sermones translata sunt. De illo cf. Koch, 656-157. Sommervogel, I, 965-985.

(11) Romam revera nunquam venit P. Augustinus de Backer; sed P. Aloisius, eo ipso anno 1852, Urbem petiit atque domorum S. I. bibliothecas sedulo perlustravit, ut narrat Van Tricht. *op. cit.*, pp. 95 *sqq.*

(12) Utrum « quelque chose de complet » factum fuerit, an fieri unquam possit, adhuc dubitare licet. Videmus tamen Bibliothecam Patrum de Backer optime ampliatam esse ab eorum socio P. Carolo Sommervogel, *Campaniae* (1834-1853-1902). Is enim « reprit un à un les dix mille articles de cet immense répertoire, chercha et demanda partout de nouveaux renseignements, fouilla les bibliothèques et les catalogues. En 1890, après cinq années d'un travail incessant, l'impression commença. Les volumes se succédèrent rapidement, et jusqu'en 1900 la collection n'a pas cessé de s'augmenter chaque année d'un nouveau tome, si bien qu'en dix années l'oeuvre était menée à terme. On devine aisément la somme de travail, de science et de persévérantes recherches qu'accusent ces 17. 500 colonnes, grand in-4° ». (Poncelet, p. 177). Vide etiam Koch, 1658-1659.

Sectio II.

AD PATRES PROVINCIAE NEERLANDICAE

CCXXVIII.

Ad R. P. Matthiam Wolff (1),
Superiorem Missionis Neerlandicae (2).

[*Culemborg*] (3).

1. *Queritur de commercio litterarum parum frequenti.* — 2. *Associationem B. V. a Carmelo institui probat, sed Sodalitates a Societate Iesu institutas commendat.* — 3. *Sollicitus est propter intermissum commercium litterarum, maxime cum Patres Neerlandici in tantis difficultatibus versentur.* — 4. *Videant vocationem suam.* — 5. *Zelus animarum in Nostris serio promovendus.* — 6. *Consueta ministeria quomodo peragenda.* — 7. *Exemplaria mittit duarum encyclicarum et quarundam imaginum.*

Roma, 23 Octobris 1831.

Queritur de commercio litterarum parum frequenti.

1. — Die 30 Iunii postremas dedi ad Ram Vam litteras, quibus comprobabam ea, quae P. I. B. G. (4) facere proposuerat circa rem suam familiarem, et de quibus Ra Va ad me scripserat. Spero illas meas ad manus vestras fuisse perlatas.

(1) P. Matthias Wolff, *Neerlandicae* (1779-1815-1857), Societatem sacerdos ingressus, Culemburgi diu vixit parochum etiam plures annos agens. Ab anno 1822 ad 1835 Superior fuit totius Missionis Hollandicae. Ab anno 1835 ad 1846 Neomagi degit, parochi munus gerens. Culemburgum reversus, ibidem pie obiit die 31 Octobris 1857, magna cum sanctitatis fama. Religiosam feminarum Congregationem instituit, quae etiam nunc in Neerlandia floret, cui nomen « Sorores a B. Virgine Maria » seu « Societas Iesu, Mariae, Ioseph ». Cf. *De Katholieke Encyclopaedie*, Amsterdam, 1938, vol. 24°, col. 320; itemque Isid Vogels S. I., *Menologium van de Sociëteit van Jezus voor de Nederlandsche Provincie*, 1912, vol. II, pp. 309-311.

(2) V. supra, pag. 348, n. 2.

(3) Locus non indicatur in regesto, sed R. P. Wolff tunc temporis Culemburgi residere solebat; quamquam epistola die 30 Iunii data, ad quam hic reicitur, Ultraiectum (*Utrecht*) ei missa erat (Cf. *Reg. Germ.* I, 96).

(4) Agi videtur de P. Ioanne Bapt. Goens, *Belgicae* (1798-1821-1861), qui ultima vota, quibus renuntiatio bonorum praemitti debet, die 31 Augusti illius anni 1831 emiserat. Etiam in epistola diei 30 Iunii (v. hic supra, notam 3am) eius nomen per solas litteras initiales exprimitur.

Vere nescio, quare vos isthinc tam raro, ac vix raro scribatis. Sunt tamen hic multi ex Hollandia, ad quos litterae frequentes nullo discrimine perferuntur ex patria. Si nostrum nomen periculum faceret, id quod facile crediderim, quidni sub alieno nomine, sub aliquo ex illis, qui hic nobiscum sunt... (5), vel etiam sub nomine saecularis viri, quod fratri meo pridem indicavi? (6) sub quo etiam nuper epistolam a fratre rite accepi. De Patris Fol (7) silentio iam alias conquestus sum, et iterum queror. Num semper ille ad querelas meas surdum aget?

Associationem B. V. a Carmelo institui probat, sed Sodalitates a Societate Iesu institutas commendat.

2. — Quae Ra Va petivit circa associationem B. V. de Carmelo, spero fore ut brevi in omni forma pro Ra Va obtineam. Equidem etiam illam devotionem magni facio. Sed videretur mihi opportunius, si devotiones Nostris propriae promoverentur a Nostris, ut Congregatio Bonae Mortis, Sodalitas B. V., pro qua utraque ego ipse diplomata expedio in omnes Orbis partes; item SS. Cordis Iesu, cuius *primaria* hic Romae est, olim ab homine Societatis instituta (8).

Sollicitus est propter intermissum commercium litterarum, cum Patres Neerlandici in tantis difficultatibus versentur.

3. — « Occasionem hanc nolo praetermittere, Patres mihi dilectissimi (9), ut pro meo munere, de quo Apostolus ait: *qui praeest, in sollicitudine* (10), curam vobis meam ac sollicitudinem de vobis rebusque vestris declarem. Etenim, licet in eadem spe vocationis nostrae coniuncti nobiscum, tamen raro nimis litterarum commercio magis quam locorum distantia a nobis seiuncti ac divisi degitis; id quod mihi quidem sollicitudinem auget, qui non ignorem, quantis in difficultatibus isthic versemini.

Videant vocationem suam.

4. — Quo vero plura sunt et maiora, quae vos circumdent impedimenta, Patres carissimi; quo, inquam, minus in

---

(5) Iam alias P. Roothaan hanc prudentiae industriam indicaverat: cf., i. a., epist. CLXII, CLXV, CLXX.

(6) Item alias nomen saecularis viri indicaverat, ad quem exterius litterae essent inscribendae: cf., i. a., epist. CLXX, n. 4.

(7) P. Franciscus Fol, *Neerlandicae* (1782-1814-1849), erat tunc Superior Residentiae Amstelodamensis. Cf. epist. CCXXX.

(8) Confraternitas SS. Cordis Iesu, instituta Paredii anno 1693, Bruxellis anno 1698, Romae demum anno 1729 in ecclesia S. Theodori a piis quibusdam Praelatis erecta, adiuvante etiam P. Iosepho de Galliffet S. I., anno 1732 Archiconfraternitas renuntiata est. Cf. A. Hamon, *Histoire de la dévotion au Sacré-Coeur*, Paris, Beauchesne, 1931, vol. IV, pp. 51-54. — Sed Pater Roothaan hic videtur potius innuere velle alii eique longe florentiori Confraternitati SS. Cordis Romae anno 1797 institutae a P. Aloisio Felici (1736-1756-1818), quo tempore Societas suppressa erat, et Piae Unioni S. Pauli, quam idem P. Felici collegerat pro Sacerdotibus Urbis, commissae. A Pio VII anno 1803 ad gradum Archiconfraternitatis Primariae evecta et quaquaversus diffusa, anno 1830 iam 2.768 Confraternitates sibi aggregatas numerabat. Nunc quoque floret et ab eadem Pia Unione Sacerdotali S. Pauli promovetur; sedem habet Romae in templo S. Mariae de Pace. Cf. Hamon, *op. cit.*, vol. IV, pp. 336 sq. — Hanc autem Confraternitatem SS. Cordis commendabat Pater Roothaan 13 annis ante conditam consociationem SS. Cordis Iesu, nunc latissime notam et vulgatam, Apostolatum (inquam) Orationis, cuius Director Generalis est ex officio ipse Praepositus Generalis Soc. Iesu pro tempore.

(9) Videatur infra, in fine paragraphi 6ae huius epistolae, cur hic et ibi ponantur signa « » et ad quos tota haec sat longa adhortatio dirigatur.

(10) *Rom.*, XII, 8.

ista vestra Missione iis gaudetis subsidiis, quae ceteris Nostris, qui in Collegiis domibusque Societatis vivunt, plurima sane atque efficacissima suppetunt; eo magis incitari me sentio, ut illis vos Apostoli verbis, quibus omnia continentur, adhorter atque obtester: *Videte*, Patres, *videte*, quaeso, considerate diligenter, et assidua memoria versate, *videte*, inquam, *vocationem vestram* ([11]). Videte, quid a vobis iure suo Deus, quid homines a vobis, Societatis Iesu filiis, huius vestrae vocationis nomine exspectent atque exigant. Duo haec vocatio complectitur, ut non ignoratis: propriam scilicet vestrarum animarum sanctificationem, et aliorum quamplurimorum salutem sacris vestris ministeriis procurandam. Videte, ergo, quaeso vos, quomodo duplex iste zelus in animis vestris vigeat.

Et in primis, quod ad zelum propriae sanctificationis vestrae attinet, quam sit vobis necessaria vigilantia, videte, ne scilicet, cum in exteriori forma vivendi nihil magnopere ab Sacerdotum saecularium cultu vita vestra differat, etiam interior vester homo communi quadam aut vix communi bonitate contentus sit. Vobis certe, qui Religiosi estis Societatis Iesu, id non posse satis esse, non ignoratis. Votis Deo factis, ad perfectionem, vestro statui convenientem, sectandam ac procurandam vos obstrinxistis. Ne ergo umquam huius sanctae obligationis vos capiat oblivio; et ut vigili cura grande hoc, quod erga Deum contraxistis, debitum persolvatis, oro vos atque obsecro, ut quae nobis ex Instituto praescripta sunt de meditationis et examinis conscientiae quotidiano usu, deque excolendo statis temporibus spiritu per spiritualia S. P. N. Exercitia, studiose ac fideliter usurpetis. Id si cordi vobis erit, si constanter his vocationis nostrae propriis adiumentis utemini, aderit haud dubio divina Bonitas, quae et sanctae illustrationis lumine intellectum perfundet, ut eius circa vos resque vestras voluntatem agnoscatis, et gratia sanctae inspirationis ad eandem exsequendam impellet, et orantibus vires addet, quibus et obstacula vestrae sanctificationis superare, et in via Domini alacriter non modo procedere, sed et currere, dilatato corde, possitis.

Zelus animarum in Nostris serio promovendus.

5. — Quantum porro studii et laboris in vestro profectu sectando ponetis, tantum etiam zeli vobis et efficaciae accedet ad procurandam alienam salutem. Haec enim duo ita sunt in hac nostra vocatione coniuncta, ut alterum ex altero vim suam et efficaciam mutuetur. Quis enim nostrum est, qui ubi serio de Deo rebusque divinis meditetur, non continuo sentiat se, pro suo gradu, non posse huic infinitae Bonitati famulatum praestare, quem debet, nisi bonum illud suum cum aliis etiam quamplurimis communicet? Quis est, qui cum intimo affectu placere Deo cupiat, non continuo stimulari se

([11]) *I Cor.*, I, 26.

sentiat ad animarum lucra procuranda? Atqui eo loco vos estis, Patres mei, ubi zeli huius exercendi copia vobis sane amplissima se offert. In concionibus habendis, in doctrina christiana explicanda; nisi tamen quis in istis ministeriis potius ut horulam illam suam quocumque modo expleat, cogitet, quam ut fructum, fructum inquam solidum efficiat. In sacramento poenitentiae administrando; si tamen quis in hoc divino exercitio nil nisi animarum cum Deo reconciliationem, nil nisi animarum salutem ac profectum quaerat, neminem ad se venientem repellat, et caritate sincera in Sanguinis Christi dispensatione ducatur. In tot aliis vobis consuetis ministeriis; nisi tamen consueta ista non ex mera consuetudine quis, velut sine gratia, sine spiritu interno exerceat. In ipsa adeo frequenti cum hominibus conversatione; si tamen prudenter ac discrete agatis, neque animo dissipato saeculariter cum saecularibus versemini; quod absit ab unoquoque vestrum, cum et statu religioso, et munere sacerdotali, et vocatione apostolica, eorum e numero sitis, quibus a Domino dicitur: *Vos estis sal terrae* (12). Ne ergo quis evanescat! *Videte, videte vocationem vestram!*

Consueta ministeria quomodo peragenda.

6. — Ceterum in sacris vestris ministeriis exercendis, ut ea cum fructu fiant, nec tamen ex fructu quantumvis magno quidquam vobis de sancta humilitate, omnis boni matre, nutrice, custode, decidat, illud Evangelicum memoria tenete: *Nemo potest facere quidquam, nisi datum ei fuerit de caelo* (13); et Dominum misisse illos suos discipulos binos *ante faciem suam*, et *quo erat ipse venturus* (14). Ut intelligamus scilicet, nisi in apostolico munere obeundo procedamus *ante faciem* eius, et nisi ille interna gratia sua *superveniens* operetur in animabus, nostram omnem operam vanam fore, fructuque salutis vacuam, fructu, inquam, illo de quo dixit: *Posui vos, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat* (15).

Hunc fructum, sane desideratissimum, ut in vobis et per vos in multis producat, augeat, conservet, perficiat Ille, cuius est totum, quod est optimum, precor, Patres carissimi, precaborque, dum vivam. Sanctisque vestris sacrificiis valde me commendo ».

Vides, Pater mi dilectissime, me tantisper, ab alloquenda Ra Va sola ad omnes vos, qui in Missione Hollandica versamini, fuisse conversum. Totam ergo partem (« ») huius epistolae R. V. omnibus, mei animi ac sollicitudinis testem qualemcumque, communicare non omittat.

(12) *Matth.*, V, 13.

(13) Ut alias saepe, P. Roothaan haec Sacrae Scripturae verba refert potius ad sensum quam ad litteram. En loci ad quos propius reici potest: « Nemo enim potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo » (Io., III, 2): - « Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de caelo » (Io., III, 27).

(14) Cf. *Luc.*, X, 1.

(15) *Io.*, XV, 16.

7. — Hac ipsa occasione mitto ad singulas istas domos vestras bina exemplaria duarum encyclicarum, quas ad universam Societatem scripsi, et nuper typis exprimendas curavi (16).

Exemplaria mittit duarum encyclicarum, et quarundam imaginum.

Acceperitis etiam, spero, effigies 10 primorum Patrum nostrorum (17), quas ante aliquot menses per aliam occasionem misi. Horum Patrum nostrorum, quorum videtis imagines, *imitamini fidem, zelum, virtutem* etc. (18).

Vale, carissime Pater, Deus adsit Rae Vae Sociisque omnibus. — SS. SS. impense me commendo, et sum ex animo...

Germ. I. p. 110.

CCXXIX.

Ad R. P. Matthiam Wolff (1), Superiorem Missionum in Hollandia (2).

[*Nijmegen*] (3).

1. *Nuntios a Nostris non profanos, sed de profectu spirituali et de labore apostolico exoptat.* — 2. *Aedificationes non aggrediendae, nisi sumptibus optime computatis.* — 3. *Aerumnae a Societate anno superiore (1834) toleratae.* — 4. *Novis Societatis incrementis gaudendum.* — 5. *Suaviter cum quodam Patre agendum.*

Roma, 13 Ianuarii 1835.

1. — Gratissimae fuere litterae d. d. 27 Sept. prox. elapsi. Deo gratias! Ra Va optaret frequentius aliquid litterarum a nobis, sed et nos frequentius a vobis eas desideramus. —

Nuntios a Nostris non profanos, sed de profectu spirituali et de labore apostolico exoptat.

(16) Videntur esse Litterae ad omnes Patres ac Fratres S. I. datae die 7 Iul. 1830 « De amore Societatis et Instituti » et die 24 Iul. 1831 « De tribulationibus praesentibus »: cf. *Epistolae PP. Generalium...*, Rollarii in Belgio, 1909, vol. II, pp. 307-346: item inter *Opera spiritualia Io. Phil. Roothaan*, Romae, 1936, vol. I, pp. 327-347.

(17) Videtur agi de quodam folio tunc excuso, cuius quaedam exemplaria etiam nunc exstant, quo imagines et autographae subscriptiones referebantur S. P. Ignatii eiusque primorum novem Sociorum, qui cum eo annis 1534-1540 condendae Societati operam dederunt.

(18) Cf. *Hebr.*, XIII, 7: « Mementote praepositorum vestrorum,... quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem ». — Notum autem est illos primos decem Patres Societatis Iesu eximios re vera fuisse verbi Dei praecones et animarum zelo fervidissimos, praesertim (praeter ipsum S. P. Ignatium) S. Franciscum Xaverium, B. Petrum Fabrum, Iacobum Laynez etc.

(1) Vide epist. praeced., n. 1.

(2) Ineunte hoc anno 1835, in Catalogo Prov. Belgicae, a qua sodales Societatis in Neerlandia degentes tunc dependebant, R. P. Matthias Wolff indicatur adhuc « Superior omnium Missionum [in Hollandia] a die 9 Iulii 1822 », sed non iam in domo Culemburgensi ut antea, at in domo Neomagensi. Die vero 5 Maii huius anni 1835 renuntiatus est Superior omnium Missionum R. P. Petrus De Hasque, qui Culemburgi degebat (cf. epist. CCXXXII), et Pater Wolff parvam tantum Missionem Neomagensem deinceps moderari coepit.

(3) In regestis non indicatur locus, sed tunc, ut in nota praecedenti dictum est, P. Wolff Neomagi residebat.

Saepius, hoc desiderium meum manifestavi ([4]), sed videor *surdis narrare fabulam;* vix est qui scribat, et qui aliquando, id est rarissime, aliquid dant litterarum, aridi sunt, ieiuni sunt, ac fere nuntiant *nihil.* Vana profecto nova, aut quae ad nos non pertinent, neque exspecto, nec desidero. Sed qua ratione agatis in spiritu; qua assiduitate, quo zelo, quo fructu sacra ministeria agantur; de his utique meo iure certior fieri cupio *A. M. D. G.* Itaque, quae Ra Va nuntiavit, fuere gratissima. Divina Bonitas sua in vobis omnibus dona conservet atque adaugeat!.

Aedificationes non aggrediendae, nisi sumptibus optime computatis.

2. — Circa aedificationem multiplicem, quam meditantur Socii, non dubito quin prudenter rem aggressuri sitis. *Sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum; ne forte... coepit... et non potuit consummare* ([5]). Auditur etiam hic de Episcopo futuro Sylvaeducis, et videtur haec res tractari ([6]): cedat illa ad Dei gloriam et animarum salutem!

Aerumnae a Societate anno superiore (1834) perlatae.

3. — Annus proxime elapsus gravissimus accidit Societati. Praeter 15 illas victimas Matriti crudelissime caesas ([7]), amisimus morte naturali ultra 50 Socios, plerosque in aetatis flore, etc. ([8]). *Dnus dedit, Dnus abstulit.* Clades praeterea Lusitanica ([9]), Hispaniae perturbatio, etc. etc. faciunt ut identidem S. P. Ignatium compellare liceat: *Pater Sancte! habes quod optasti, quod precari solebas!* ([10]) *Vexationes non desunt. Sit nomen Domini benedictum!*

([4]) Cf., v. g., epist. sequentem CCXXX.

([5]) Innuitur illi loco Evangelico, ubi de turri aedificanda: *Luc.*, XIV, 28-30.

([6]) Res tamen ad exitum tunc non pervenit: dioecesis *Buscoducensis*, quae dicitur in Annuario Pontificio, seu *Bois-le-Duc* (neerlandice 's-Hertogenbosch), tantummodo die 4 Martii 1863 restituta est.

([7]) Cum morbus asiaticus cholera dictus Matriti in Hispania grassaretur, die vero 16 Iulii 1834 plurimos cives sustulisset, Ecclesiae hostes occasionem nacti sunt viros religiosos accusandi, quod fontes publicos veneno infecissent. Igitur sequenti die concitatae turbae domos religiosas invaserunt plurimosque eius incolas morte mulctarunt. In his Patres Societatis 4, Scholasticos 8, Coadiutores 3. (Cf. Frías, *La Provincia de España de la Compañía de Jesús.* Madrid, 1914, pp. 49-52). — Etiam alibi Pater Roothaan de hac strage locutus est: cf. v. gr. in hoc ipso volumine, pag. 157 et sq.; item inter *epistolas ad externos* (vol. V huius collectionis, pp. 810 et seq.).

([8]) Si quis tabulas necrologicas S. I. inspiciat, quas diligentissime edidit P. Alexander Vivier (*Nomina Patrum ac Fratrum qui Soc. Iesu ingressi in ea supremum diem obierunt,* 7 Aug. 1814 - 7 Aug. 1894, Parisiis, Typ. Leroy, 1897), statim inveniet quam vere haec dicat P. Roothaan: toto ipsius generalatus tempore, numerus Defunctorum ter tantum attigit 70, id est annis 1834 (de quo hic est sermo), 1847 et 1853, quo ipse Pater Roothaan obiit; usque ad annum 1840, excepto 1834 rarissime 50 attigit. Pro exiguo itaque Sodalium numero qui tunc habebatur, quod anno 1834 Societas amiserit « morte naturali ultra 50 Socios » idque « praeter 15 illas victimas Matriti crudelissime caesas » gravissimum sane Societati accidisse dici poterat. Quod autem « plerique in aetatis flore » obiissent, vel hinc apparet, quod, victimis Matritensibus item non computatis, e 55 aliis defunctis illius anni, 34 nondum ultima vota emiserant, inter quos 7 adhuc Novicii erant.

([9]) In Lusitania anno 1834 habita sunt bellum civile, eiectio Regis Michaëlis (Don Miguel) et consequens « clades » Societatis in Lusitania, e qua Nostri omnes ad unum exire coacti sunt: v. supra, pag. 142 n. 4.

([10]) Dicere solebat S. Ignatius nullam se maiorem tempestatem Societati timere, quam nimiam tranquillitatem, nullam maiorem persecutionem, quam si nemo illam persequeretur. (Cf. Bartoli, *Della vita e dell' Istituto di S. Ignazio.* Libr. II, n. 18; in *Opere complete,* Torino, Marietti, 1825, vol. I, lib. II, pp. 75 et seqq.).

4. — Interea nova Sociorum accessio fit satis ampla et messis amplissima est. Anno elapso Calcuttam profecti sunt 5 PP. cum 2 FF. Coadi. Tertius etiam Pater cum Fratre missus est ad Montem Libanum. — Ubique ferme laboratur plurimum. Missiones apostolicae fiunt maximo populorum concursu et fructu, etiam in Galicia Austriaca. — Hic Romae quantum laboretur a Nostris, o si videres, mi Pater! — *Ergo gaudeamus in Domino et modestia nostra nota sit omnibus hominibus* ([11]). Novis Societatis incrementis gaudendum.

5. — Bene est quod suaviter cum P. Br. ([12]) procedatur. *Calamum quassatum non confringet, et linum fumigans non exstinguet* ([13]). Suaviter tamen simul et efficaciter. — Sed *paulatim.* Suaviter cum quodam Patre agendum.

Socios omnes saluto et amplector in Domino. — De indulgentiis obtinendis nondum perfecta res est; sed videbimus, quid impetrari possit.

SS. SS. me valde commendo.

Belg. I, p. 54.

CCXXX.

Ad R. P. Franciscum Fol ([1]),
Superiorem Domus ad Krijtberg ([2]).

Amsterdam.

1. *Aedificatio materialis divinae gloriae serviat.* — 2. *Frequentius litterarum commercium desiderat.*

Rome, 7 Juillet 1835.

1. — Je viens de recevoir votre lettre du 19 *Juillet* (!!!) ([3]). Que le Seigneur daigne bénir cette bâtisse! et que l'*aedificatio materialis* non seulement n'empêche pas l'édification Aedificatio materialis divinae gloriae serviat.

([11]) Cf. *Philipp.*, IV, 4: « Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete; modestia vestra nota sit omnibus hominibus ».

([12]) Videtur agi de P. Petro Brusseler, *Belgicae* (1775-1806-1842), qui cum Patre Wolff in parva Missione Neomagensi tunc degebat ut *Proc., Oper., Conf. NN.* Quod bonus ceteroquin Pater, iam senescens, aliquam difficultatem facesseret, vel inde apparet, quod ultima vota diutissime praeter morem ei dilata fuerint: gradum enim Coadiutoris spiritualis sexagenarius suscepit die 2 Februarii 1837. Anno 1834 erat Superior eiusdem illius parvae Missionis Neomagensis, dum Pater Wolff Culemburgi versabatur; sed ab anno 1836 Hollandiam reliquit et in Belgium rediit, in Collegium Alostanum primum ac dein Truncinium, ubi die 6 Sept. 1842 obiit.

([13]) Ut saepe alias, verba Sacrae Scripturae ad sensum referuntur: cf. *Isai.* XLII, 3 (« Calamum quassatum *non conteret...* ») et *Matth., XII,* 20 (« *Arundinem quassatam* non confringet... »); altera textus pars utrobique eadem, ut hic refertur, invenitur.

([1]) P. Franciscus Fol, *Neerlandicae* (1782-1814-1849), ab anno 1823 ad mortem usque fuit Superior Residentiae Amstelodamensis ad Krijtberg. Cf. Isid. Vogels S. I., *Menologium S. I. Prov. Neerland.*, vol. I, pp. 59 sq. (quod quidem opus deinceps brevius citabimus: Vogels, *Menologium, ...*).

([2]) Krijtberg etiam nunc vocatur Residentia Amstelodamensis ad S. Francisci Xaverii. Quam quidem domum et ecclesiam P. Roothaan puer et adolescens saepe frequentaverat, ut narratur in eius vita (Cf. Pirri, pp. 16 et seqq.).

([3]) Evidenter lapsum calami commiserat Pater Fol, 19 *Iulii* pro 19 *Iunii* scribens, ut apparet ex indicatione diei (7 Iulii), quo P. Roothaan respondet.

[spirituelle] dans ces mois de délogement, autant que possible, mais que surtout il en résulte par la suite cet accroissement de la gloire de Dieu et du salut des âmes qui est la fin à laquelle tout doit se rapporter uniquement. *Media ad finem.*

Frequentius litterarum commercium desiderat.

2. — Vous ne me parlez que de cette affaire qui vous occupe, je le conçois, mais qui ne doit pas cependant vous occuper tout entier. Comment faites-vous pour les saints offices, pour la prédication, pour l'administration des Sacrements? Vous n'en dites rien; comme non plus, si au milieu de tout ce bruit de maçons, etc., vous trouvez le moyen de conserver avec vos compagnons une vie réglée et religieuse. Auriez-vous déjà oublié vos bons propos? Aurais-je eu raison, lorsque dans ma dernière, je disais que je craignais un peu qu'ils ne fussent semblables à ceux que forment souvent les pécheurs qui ne viennent à confesse que vers Pâques? Vous ne dites pas même, si cette lettre du 19 Mars vous est arrivée (4). Comme j'ai pourtant des raisons pour être persuadé que vous l'avez reçue certainement, je me remets à cette même lettre, en vous priant de la relire. Et veuillez bien pour l'avenir exprimer toujours la date de la dernière lettre reçue d'ici, et voir aussi, s'il n'y a pas quelque chose à répondre sur ce que nous avions écrit. Quand je vous réponds, j'ai devant moi votre lettre. Faites de même, mon bon Père, en écrivant à nous. C'est si simple.

Adieu, mon cher Père. Si je vous gronde un peu, ne pensez pas pour cela que je vous aime moins, ou que j'estime moins ce que vous faites A. M. D. G. Je suis toujours de tout mon coeur en union de vos SS. SS.

Belg. I, p. 64.

---

(4) Alias audivimus Patrem Roothaan serio admonentem Superiores locales de eorum officio statis temporibus litteras Romam scribendi: cf. i. a. *epist.* CCXIII. — Haec autem scripserat P. Roothaan Patri Fol in epistola diei 19 Martii 1835, ad quam hic reicit: «... Vous aviez bien raison de n'être pas *sans remords* à raison de votre long silence. Vous vous excusez, mon bon Père, comme vous pouvez; j'admets donc l'excuse, mais *seulement* à raison des bonnes promesses pour l'avenir. Mais prenez garde à ne pas être comme ces pécheurs qui, seulement à Pâques, promettent, et puis... » (*Belg.* I, p. 64).

CCXXXI.

AD R. P. GERARDUM ELSEN (1),
Superiorem Residentiae.
La Haye seu *'s-Gravenhage.*

1. *Saepius et uberius scribendum.* — 2. *Gaudet de novo aedificio ecclesiae, sed delineationes Romam serius missas dolet.* — 3. *Aedificationem spiritualem a Nostris datam gratulatur.* — 4. *Societatis amicum salutat.*

Roma, 14 Ianuarii 1840.

1. — Accepi Rae Vae litteras d.d. 24 Oct. — Respondere tantisper distuli, quod nihil urgeret. Sed nolui differre *annum fere integrum,* ut fecit Ra Va. — Verum, cum ipsa se mihi accusaverit Ra Va, verbum non addam; solum adiungo, mihi gratissimum fore, si saltem identidem de rebus isthic nostris scribat, scribatque uberius (2). *Saepius et uberius scribendum.*

2. — Gaudeo et gratulor de incepta feliciter et iamiam ad finem vergente aedificatione ecclesiae! Ingens sane opus, cui benedicat Dominus, in cuius gloriam inceptum est. Respondeat illa votis, et quae in admirabili officio *Dedicationis Ecclesiae* [Ecclesia ipsa] (3) precatur, ea completa videatis vos, Patres mei, videant posteri, primum hic in terris, deinde in *Ierusalem coelesti,* cuius figura est materiale templum! Delineationem accepi ab egregio iuvene Dno Wilde. Quid de illa dicam, nescio. Videtur isthic parum cognosci architectonica. An ergo non habetis isthic delineationes ecclesiarum bene et *ex arte* factas? Nobis videtur nullus *ordo architectonicus* servatus esse, deesse omnino videtur *unitas.* Quaedam vero etiam sunt, quae, cuius *ordinis* sint, plane ignorant periti. Sed haec iam dixisse nil iuvat. Si delineatio fuisset missa antequam opus inchoaretur, potuisset facile emendari. Ceterum si vos et fideles contenti estis, nos facile acquiescimus. *Gaudet de novo aedificio ecclesiae, sed delineationes Romam serius missas dolet.*

3. — Quod omnium maxime cordi est, et esse debet, est *aedificatio* spiritualis, cui vos, Patres dilectissimi, strenuam operam navare gaudeo magnopere, Deoque O. M. gratias ago maximas. — Quod a visitationibus inutilibus abstineatis, omnino probo. Ita enim et tempori parcitis et auctoritati vestrae, et maiore cum fiducia fideles ad vos in necessitatibus suis spiritualibus recurrent. Adsit vobis Dnus Iesus, et *Aedificationem spiritualem a Nostris datam gratulatur.*

(1) P. GERARDUS ELSEN, *Neerlandicae* (1801-1830-1876), Sacerdos Societatem ingressus, post tirocinium Brigae in Helvetia peractum, Hagam Comitis venit ut Operarius; a die autem 5 Augusti 1836 ad mortem usque (16 Apr. 1876), id est per 40 annos, Superior fuit illius Residentiae Hagacomitanae; a die vero 13 Sept. 1843 ad 30 Aug. 1847 fuit quoque Superior omnium Missionum in Hollandia. Cf. VOGELS, *Menologium,* vol. I, pp. 181 sq.

(2) Vide etiam *epist.* CCXIII, CCXXIX, CCXXX.

(3) Haec duo verba inserenda censemus, cum sensus pericopes evidenter ea vel similia exigat. — P. Roothaan videtur innuere velle potissimum ad ea quae petuntur in pulcherrimo hymno « *Alto ex Olympi vertice* » in Laudibus illius « admirabilis officii *Dedicationis Ecclesiae* ».

benedicat laboribus vestris, detque omnibus spiritum fervoris, quem quidem augeri et accendi vehementer cupio hoc anno, qui est Societati *annus* saecularis (4).

SS. SS. me impense commendo...

Societatis amicum salutat.

4. — P.S. Mea humillima obsequia Clarissimo Dno Comiti de Senfft Pilsach, nostro, multis nominibus nostro (5).

Belg. I. p. 229.

CCXXXII.

Ad R. P. Petrum de Hasque (1),
Superiorem Missionum in Hollandia.
Culemborg.

1. *De anno saeculari Societatis.* — 2. *Conqueritur de novis templis male pictis.* — 3. *De quibusdam Nostris aegrotis vel mortuis.* — 4. *Gratus accepit dona aliaque ipse mittit.*

Rome, 7 Mars 1840.

De anno saeculari Societatis.

1. — Je vous remercie de votre petite lettre du 3 Janvier; elle est arrivée bien tard. — Merci des bons souhaits que je vous retourne de tout mon coeur. Oh! que cette année, qui est année *séculaire* pour la Compagnie, soit pour nous tous une année de renouvellement de ferveur! Avez-vous reçu *l'encyclique* pour cette année, et son *supplément?* (2).

Conqueritur de novis templis male pictis.

2. — Ici j'ai appris, par des témoins oculaires, que les bâtisses d'églises se sont faites avec bien peu de goût. —

(4) Litteris ad universam Societatem datis die 27 Decembris 1839, P. Roothaan tertium a Societate condita saeculum mox completum iri commemoraverat et quomodo a Nostris celebrandum esset edixerat: cf. *Opera spiritualia Io. Phil. Roothaan*, Romae, 1936, vol. I, pp. 367-386. Societas Iesu namque approbata est a Paulo III die 27 Septembris 1540 Litteris Apostolicis « Regimini militantis Ecclesiae ». — Dum haec adnotando commemoramus (Ianuario 1940), iam Societati adest novus annus saecularis quartus, revoluto iam pleno saeculo a die quo P. Roothaan hanc epistolam scribebat.

(5) Comes Fridericus de Senfft Pilsach (1776-1850 circ.), Societatis et Patris Roothaan amicissimus, erat tunc Legatus Imperatoris Austriae apud Aulam Regis Hollandiae. Cf. de eo in vol. IV huius collectionis Epistolarum Patris Roothaan pag. 13, notam: in eodem volumine et sequenti plures habentur litterae a P. Roothaan ad eum datae.

(1) P. Petrus de Hasque vel Dehasque, *Belgicae* (1776-1814-1846), Sacerdos Societatem ingressus, totam fere suam vitam religiosam, post tirocinium, Culemburgi in Hollandia transegit, bis Superior omnium Missionum in Hollandia (annis 1819-1822 et 1835-1843), Procurator earumdem Missionum et Operarius (1822-1835) et denique Superior illius stationis seu parvae Residentiae ultimis tribus annis (1843-1846), ibique obiit die 17 Aprilis 1846. Cf. Vogels, *Menologium*, vol. I, p. 184 sq.

(2) Vide epist. praeced. notam 3am. — *Supplementum*, quod hic dicitur, habetur in calce eiusdem encyclicae, et complectitur normas quasdam pro Superioribus ad annum saecularem rite pieque celebrandum: cf. *Opera spiritualia*, l. c. pp. 385 sq.

Surtout au *Zaayer* (3). où les *peintures* sont des *barbouilleries!* J'en ai vraiment honte pour ces Pères et pour la religion. Mieux attendre que de faire de telles horreurs. N'y a-t-on pas *laisser faire?* Ou bien le P. Loncke (4) ne prendrait-il conseil que de sa tête? Aurait-on exagéré, quand on m'en a fait une description si affreuse?

De quibusdam Nostris aegrotis vel mortuis.

3. — Espérons que *Lupus* (5) se modère; sans quoi il faudra le transporter ailleurs (6). — Voilà le bon P. Schulten mort! R. I. P. (7). — Du P. Peeters (8), je ne savais rien de sa chute; au moins je ne me souviens pas qu'on m'en ait jamais rien dit. — Et vous, mon bon Père, avec vos jambes? Quand les *fondements* commencent à céder dans l'édifice... Ayez soin de votre santé, et prions. En union de vos SS. SS.

Gratus accepit dona aliaque ipse mittit.

4. — P.S. Je vous avais écrit le 14 Janvier que les aubes étaient arrivées. *Dominus retribuat!* (9).

Avez-vous reçu un exemplaire d'un excellent petit ouvrage du P. Neumayer: *Idea Sanctitatis?* (10). — J'en ai expédié, il y a plusieurs mois, autant d'exemplaires qu'il y a de stations chez vous.

Belg. I, p. 234.

---

(3) Ita vocabatur altera statio seu parva Residentia Amstelodamensis, inde ab anno 1929 a Nostris derelicta. In Catalogo huius anni 1840 in illa domo recensetur cum tribus Patribus etiam unicus Frater Coad., CHRISTIANUS MEYERS (1805-1833-1850) addito unico officio *Pictor*. Num iste fuit qui fecerit illas « barbouilleries »?

(4) P. IOANNES LONCKE, *Neerlandicae* (1786-1814-1859), erat tunc Superior illius Residentiae ad Zaayer, vir ceteroquin egregius: cf. VOGELS, *Menologium*, vol. I, pp. 249-251.

(5) *Lupus* lepide, et forte etiam prudentiae causa ad nomen reticendum, idem est ac *P. Wolff*, cuius nomen latine redditum *Lupus* sonat. De P. MATTHIA WOLFF vide *epist.* CCXXIX.

(6) Videtur magnus zelus optimi Patris Wolff aliquam difficultatem Superioribus creasse; nam in epistola, ad quam mox reicietur, die 14 Ianuarii data ad eundem Patrem Dehasque, P. Roothaan haec dixerat: « Ce que vous dites de *Lupus* est l'ancienne plainte. Elle est juste; mais je crois le remède bien difficile. Quelle est la puissance qui puisse retenir un feu qui brûle? D'un autre côté il ne parait pas douteux qu'il ne fasse beaucoup de bien. Mais il est certain qu'après lui il n'y aura guère personne qui puisse en faire autant » (*Reg. Belg.* I, p. 228).

(7) P. PHILIPHUS SCHULTEN, *Belgicae* (1766-1807-1840), Dusseldorpii in Germania, Superior illius Missionis Borussicae, nuper vita functus erat, die 10 Februarii.

(8) P. PETRUS PEETERS, *Neerlandicae* (1778-1809-1862), erat tunc Amstelodami, ad Krijtberg, *Proc.*, *Oper.* etc. Cf. VOGELS, *Menologium*, vol. I, pp. 18 sq.

(9) In illa epistola P. Roothaan haec dicebat: « Les aubes et amicts sont enfin arrivés, et fort à propos. Recevez-en nos remerciements et faites-les agréer aux personnes qui ont eu part à cette bienfaisance » (*Reg. Belg.* I, p. 228).

(10) P. FRANCISCUS NEUMAYER (1679-1712-1765), insignis orator et scriptor germanicus, praeter alia multa opera ascetica libellum manuscriptum *Idea Sanctitatis* ineditum reliquit, quem P. Roothaan magni faciebat eumque imprimendum et per omnes Societatis Provincias distribuendum curavit. Id ipse commemorans, dum anno 1848 Exercitia spiritualia tradit Scholasticis Collegii Valsensis, ait se per hoc voluisse « essayer de guérir ce mal de l'imagination si commun dans ce siècle ». *(Opera spirit. Io. Phil. Roothaan*, Roma, 1936, vol. I, pag. 445).

CCXXXIII.

Ad R. P. Matthiam Wolff, Superiorem Residentiae [1].

Nijmegen.

1. *Gratias de bonis nuntiis.* — 2. *Mirum quid narratur de cubiculo Patris Canisii.* — 3. *Commendat ne nimio zelo abripiatur.*

Roma, 8 Martii 1840.

Gratias de bonis nuntiis.

1. — Gratias ago de bonis notitiis datis, nescio quo die, sed apparet ex exordio scriptas fuisse Octobri mense. — Divina Bonitas omne istud bonum ad maiorem gloriam suam conservet ac promoveat et perducat in finem, ad perpetuas aeternitates!

De vestra fabrica et statione in Ravenstein [2], caute et prudenter agendum, ne vel nummi dein, vel operarii desint. Ra Va omnia cum Superiore et cum P. Provinciali communicet.

Valde gaudeo de bono successu associationis contra blasphemiam. *Sit nomen Dni benedictum!*

De visitatione facta apud Nostros a Serenissimis Ducibus Mutinensibus [3] audiveram pridem a Nostris Mutinensis Collegii. *Deo gratias.*

Mirum quid narratur de cubiculo Patris Canisii.

2. — Quod Ra Va ut miraculum narrat de P. Canisii cubiculo [4], non intelligo. Materfamilias paritura ad illud cubiculum semper se recepit, omnes proles ibi feliciter edit, et postea omnes ante usum rationis moriuntur?! Hoc forte intelligendum de ea *quae nunc* ibi degit; nam si a saeculo id contingeret, familia esset exstincta.

Commendat ne nimio zelo abripiatur.

3. — *Lupe, Lupe!* [5] Vide ne, etiam vesperi dividens spolia, Lupus rapax censearis [6]. Audivi aliquid esse nimium, unde querelae fors non omnino iniustae. — Quo ardentior zelus est, eo magis freno indiget discretionis, aiebat S. P. Ignatius [7], et melius est *minus agere cum pace, quam*

---

(1) Erat tum P. Wolff Superior domus Neomagensis. Cf. *epist.* CCXXVIII.

(2) Ravenstein, oppidum Neerlandiae in Brabantia Septentrionali. Nova statio seu Missio ibi inchoata re vera est anno 1841 ac dein etiam ibi erecta Domus probationis, quae tamen anno 1865 ad Mariëndaal translata est, ubi adhuc floret, nemine de Societate Ravenstenii manente.

(3) Dux Mutinensis erat tunc Franciscus IV e Familia Atestina (1814-1846), matrimonio iunctus cum Maria Beatrice Victoria de Sabaudia, Societatis nostrae amicissimus et insignis benefactor.

(4) Agi videtur de domo et cubiculo, in quo die 8 maii 1521 natus est S. Petrus Canisius, magnus ille Germaniae Apostolus et Ecclesiae Doctor, qui (ut notum est) Neomagensis erat: illud cubiculum iam diu in sacellum conversum est.

(5) « Lupe, Lupe... ». Suaviter iocatur P. Roothaan cum venerando suo amico P. Wolff, cuius nomen neerlandicum latine valet « Lupum ». Sic etiam aliquando P. Wolff iocatus erat cum nomine ipsius Patris Generalis, quod latine verti poterat « Gallus ruber ». — De exuberanti zelo Patris Wolff, vide etiam *epist.* CCXXXII n. 5.

(6) Innuitur lepide ad illud Patriarchae Iacob: « Beniamin lupus rapax, mane comedet praedam et vespere dividet spolia » (*Gen.*, XLIX, 27).

(7) Id expressis verbis ubinam et quando dixerit S. Ignatius invenire non po-

plura cum aliorum offensa et cum discordiis. Ceterum, scio aliqua statuta esse a R. P. Provinciali [8], quae non dubito quin *Lupus* etiam, obediens more *canis* fidelis potius quam *lupi*, servare satagat.

SS. SS. me plurimum commendo.

Belg. I, p. 235.

CCXXXIV.

Ad R. P. Gerardum Elsen [1],
Superiorem Residentiae.
La Haye seu *'s-Gravenhage.*

De quodam libro neerlandice parum castigate conscripto typis non edendo.

Roma, 11 Februarii 1843.

Rumor ad nos usque perlatus est, P. Socium [2] parasse nescio quem librum pium seu vitam alicuius Servi Dei, quam elucubrationem typis edere velit. Scripta autem dicitur lingua minime correcta, ut exinde detrimentum famae Societatis merito timeatur. Detrimentum vero tanto gravius hoc tempore, cum Catwici et Culemburgi hollandica iuventus Nostrorum curae et institutioni commissa [3], nisi lingua etiam patria recte instituenda speraretur, nequaquam satis recte educari posse putabitur. Taceo malevolorum amaras irrisiones, bonorum vero catholicorum dolorem et pudorem.

De quodam libro neerlandice parum castigate conscripto typis non edendo.

Audivi equidem commendatum Rae Vae fuisse, ut dissuaderet Socio ne typis ederet, at dissuadere nisi sufficiat, *prohibere* necesse est. Quod quidem ego ita hisce meis facere intendo, ut si forte iam coepta esset impressio, suspensa maneat, si etiam absoluta, nullum exemplar in vulgus prodeat, sed exemplaria omnia in vestram potestatem redigantur, et a vobis retineantur, donec nos distinctius, quid sit rei, edoceamur et quid porro fieri possit statuamus [4]. Laude dignus est zelus, sed prudens sit ac discretus necesse est.

Responsum sollicitus exspecto, et SS. SS. me impense commendo.

Belg. II, p. 16.

tuimus: est tamen apprime consonum doctrinae asceticae Ignatianae et eius Constitutionum spiritui. Cf., v. gr., notissimum illud in *epist. de virt. oboedientiae* (n. 11): « ... eo maior ... cautio ... est necessaria, quo gravius est spiritualis viae periculum, cum sine frenis consilii discretionisve in ea decurritur ».

(8) A Praeposito Prov. Belgicae, cum qua tunc Hollandia iuncta erat; Provincialis autem tunc erat R. P. Carolus Franckeville, de quo vide *epist.* CCXVIII not. 1.

(1) Cf. *epist.* CCXXXI.

(2) Socius Praepositi Provincialis Provinciae Belgicae tunc erat P. Prosper Coppens (1801-1821-1870), eximius sane vir, qui tamen (ut hinc apparet) linguam neerlandicam non optime callebat. De eo vide *epist.* CCVI n. 6.

(3) Catwicense et Culemburgense Collegia nuper inchoata erant.

(4) Tempestiva et severa Patris Roothaan monitio plenum sum effectum sortita esse videtur: in Sommervogel (vol. II col. 1407) alia quaedam recensentur Patris Coppens opera latine vel gallice edita; nullum vero vestigium, ne inter manuscripta quidem, huius pii libelli neerlandice exarati.

CCXXXV.

Ad R. P. Andream Consen (1),
Vicerectorem Collegii et Convictus.
Culemborg.

1. *Dolet de querela Excmi Dni Ferrieri.* — 2. *Ostendit se causam non praebuisse.*

Rome, 22 Juillet 1843.

Dolet de querela Excmi Dni Ferrieri.

1. — C'est avec la plus grande peine que j'ai appris le sentiment que Mgr Ferrieri (2) vous a exprimé, quand il vous a dit: *Les Jésuites ne veulent pas de moi.* Cela m'a grandement surpris, et je voudrais bien savoir sur quel fondement Monseigneur a pu se former une persuasion si étrange. Je n'ignorais pas qu'il semblait à quelqu'un des Nôtres que Monseigneur n'était pas si affectionné à la Compagnie, comme son prédécesseur (3). Mais jamais je n'ai pu même soupçonner une telle contrariété, que qui que ce soit, ait pu s'imaginer, ou *que Monseigneur ne voulût pas des Jésuites,* ou *que les Jésuites ne voulussent pas de Monseigneur.* Or, je considère ces deux propositions comme corrélatives; et cependant, quand même la première serait vraie, ce que je suis loin de supposer, encore *ne pourrait...* (4). Je sais bien qu'*un* de nos Pères a déplu à Monseigneur, que ce Père y a donné occasion par des imprudences... Mais je ne crois pas qu'on puisse dire avec vérité, même de ce seul Père: *Ce Père ne veut pas de Monseigneur;* bien moins donc: *Les Jésuites n'en veulent pas.*

Ostendit se causam non praebuisse.

2. — Mais cette triste proposition de Monseigneur peut avoir un sens bien large; elle pourrait, dans l'esprit de Monseigneur, atteindre moi-même ici à Rome. Comme il y a des gens chez vous, qui jusque dans les feuilles publiques proclament leur idée, comme si c'était le terrible(!!) Général

---

(1) P. Andreas Consen (1803-1826-1870) erat tunc Vicerector Collegii et Convictus Culemburgensis; fuit dein Superior Residentiae Amstelodamensis ad « Krijtberg », et anno 1850 primus Praepositus Provinciae Neerlandicae, quam rexit usque ad 1854. Fuit deinde iterum Superior Residentiae Amstelodamensis et demum Residentiae Neomagensis, ubi pie obiit d. 11 Nov. 1870.

(2) Excmus Dnus Innocentius Ferrieri (1810-1887) erat tum Curator negotiorum Sanctae Sedis in urbe Haga-Comitana ab anno 1842, dum Exmus Dnus Ioachimus Pecci, futurus Leo XIII, Nuntius erat Apostolicus Bruxellensis. Mansit in eo munere usque ad annum 1847, quo missus est Nuntius Apostolicus Neapolim; dein fuit item Nuntius Apostolicus apud Aulam Regis Lusitaniae, ac demum anno 1868 creatus est Cardinalis.

(3) Praedecessor Dni Ferrieri Hagae Comitis fuerat Excmus DD. Benedictus Antonius Antonucci, qui anno 1841 factus erat Episcopus Feretranus ac dein Ferentinus, et anno 1844 missus est Nuntius Apostolicus Taurinum apud Regem Sardiniae. De hoc egregio Praelato vide quae scribebat P. Roothaan ad Theologum Guala die 21 Sept. 1844 (*Epist.*, vol. V, pag. 688).

(4) Hic desunt in regesto aliqua verba, quae fortasse ita suppleri possent: « *... ne pourrait-on pas en déduire nécessairement la seconde* ».

des Jésuites, qui est le *factotum* à Rome, il pourrait se faire que Monseigneur pensât que, dans mes relations avec la Propagande, je fusse là pour me plaindre de son administration en Hollande. Or: 1°, pour ce qui regarde la Compagnie, je ne saurais même de quoi me plaindre, car personne des Nôtres ne m'a jamais dit avoir reçu quelque tort de la part de Monseigneur. 2° Quant aux autres affaires de la Mission, je voudrais bien que Monseigneur connût exactement ma manière d'agir, et il saurait que je suis, par principe et par habitude, fort éloigné de me mêler de ce qui ne me regarde pas. Quand je suis interrogé, ce qui est bien rare, je dis ce que je sais, ou ce que je pense *in Domino*. Et pour ce qui est des affaires de la Hollande, on ne m'en parle guère; seulement j'ai ouï dire, dans le temps, que la déposition de Mr Vermeulen (5) avait paru ici bien précipitée, quoique du reste, personne ne s'étant plaint, et l'ecclésiastique qui a été nommé à sa place, paraissant réunir en lui les qualités requises, on n'ait pas eu à désapprouver la mesure prise par Monseigneur. Voilà tout ce que je sais des affaires de Monseigneur, et je n'ai pas dû entrer le moins du monde, ni dans cette question de l'Archiprêtre d'Utrecht, ni dans aucune autre de cette Mission; comme je n'entre, je le répète, dans aucune de celles qui ne me regardent pas, ou dans lesquelles je ne sois tiré, pour ainsi dire, de force et malgré moi.

Je désire donc bien que Mgr le Vicesupérieur (6) sache que le P. Général sait fort peu de ce qui se passe en Hollande, et que nos Pères eux-mêmes, dans leurs lettres, ne parlent guère au P. Général que de leurs propres besognes.

Je vous recommande, mon cher Père, comme aux autres Pères, de faire de votre côté tout ce qui dépend de vous pour donner de la satisfaction à Monseigneur. Il est là pour soigner les intérêts de la Religion et du Saint-Siège, et nous mêmes nous n'en avons point d'autres, en Hollande comme partout ailleurs.

En union de vos SS. SS.....

Belg. II, p. 32.

(5) Ut ex verbis mox sequentibus apparet, iste Rev. D. Vermeulen erat Archipresbyter Ultraiectensis, a RR. DD. Ferrieri munere privatus.

(6) Curator negotiorum Sanctae Sedis in Hollandia erat etiam Vicesuperior ecclesiasticus Missionis Hollandiae.

CCXXXVI.

Ad R. P. Arnoldum Frentrop (¹),
Amsterdam.

1. *Patrem nimiis laboribus apostolicis detentum solatur et paterne admonet.* — 2. *Efficax remedium indicat et urget.* — 3. *Paternam erga eum caritatem ostendit.*

Rome, 20 Mai 1851.

Patrem nimiis laboribus apostolicis detentum solatur et paterne admonet.

1. — J'ai reçu votre bonne lettre, mon cher Père. Je l'appelle *bonne*, parce qu'il est bon qu'on communique ses peines, et qu'on les verse dans le sein de son Supérieur. Vos peines m'ont inspiré une grande compassion, mon bon Père, — et pour y porter remède radical, il y a quelque chose à faire de ma part, aussi bien que de la vôtre.

Il me semble que deux causes sont les principales:

1° Vous êtes trop occupé, mon cher Père, — c'est *trop*, c'est *trop!* Vous êtes *tout* au dehors, c.-à-d. au bien des âmes d'autrui. Il en résulte que vous n'êtes pas du tout à vous même. Il ne vous reste pas assez de temps pour cultiver votre propre esprit et votre propre coeur. Votre zèle est louable, mais, comme dit N. S. P. [Ignace], *plus le zèle est ardent, et plus il y a besoin d'être modéré* (²). — Nous devons nous souvenir, que la fin de la Compagnie comprend deux parties: 1° le soin de notre propre salut et perfection; 2° le salut et la perfection du prochain. Ce n'est pas que je croie que vous négligiez absolument vos devoirs religieux, non certes, et personne ne vous en accuse; mais avec tant de besogne, il est impossible, moralement et physiquement, que vous puissiez faire assez pour vous même.

2° Suite de la première cause est cette seconde: Vous ne communiquez pas assez ce que vous faites, avec votre Supérieur. De là cette crainte, non pas soupçon, que vous ne compromettiez un jour la Compagnie, sans le vouloir, sans doute. On parle de grosses dettes de la belle oeuvre de cette *association*, et on craint, c'est tout naturel, que cela ne retombe un jour sur la Compagnie, puisque vous y êtes le *factotum*. Mon cher Père, croyez-moi, ce ne serait pas la première fois de la part d'un *excellent* ouvrier.

(¹) P. Arnoldus Frentrop, *Neerlandicae* (1802-1826-1866), natus Amstelodami, in ea ipsa civitate *Associationem caritatis* seu, ut neerlandice dicitur, *Vereeniging van Weldadigheid*, condidit, quae adhuc floret; huius Associationis causa fortasse aes alienum contraxerat, de quo hic loquitur P. Roothaan. Cum Hagam-Comitis anno 1855 tandem venisset, ibi strenuum apostolicum laborem indefessus continuavit ibique pie decessit die 19 Iunii 1866. Multas contiones et orationes panegyricas reliquit typis expressas, aliosque nonnullos edidit pios libellos: Cf. Sommervogel, vol. III, col. 963 et sq. — P. Isidorus Vogels in suo *Menologio Prov. Neerlandicae* (vol. I, pp. 293 sqq.) Patrem Frentrop magnis laudibus extollit utpote qui « een der pionniers is geweest van het in de negentiende eeuw weder oplevende Katholicisme in Nederland ».

(²) Cf. *epist.* CCXXXIII, not. 7.

2. — Voici donc le remède. — C'est le premier des trois remèdes que vous proposez vous-même. C'est un sacrifice, pour moi aussi bien que pour vous, mais je le crois nécessaire. *Vous quitterez Amsterdam, et vous irez à La Haye.* Si Amsterdam y perd, La Haye y gagnera. Et sur ce nouveau théâtre il vous sera possible de modérer votre zèle, ce qui vous est désormais impossible à Amsterdam. Quoique Amsterdam soit ma ville natale, et que je me félicite du grand bien que vous y faisiez; vous-même, mon Père, et votre conservation, et votre paix m'est, et me doit être plus chère que tout cela. A La Haye vous trouverez un Supérieur qui est la bonté et la douceur personnifiée (3).

Efficax remedium indicat et urget.

3. — Ne croyez pas que vous m'ayez été dépeint en noir par le P. Provincial comme vous semblez le soupçonner. Non, mon cher Père, n'admettez pas cette supposition; chassez-la comme une tentation du diable, qui veut vous tracasser, vous ôter la joie du coeur, si nécessaire pour travailler à sa propre perfection et au salut des âmes. *Delectare in Domino.* — Plus tôt vous arrangerez vos affaires pour ce changement, et plus tôt vous serez soulagé, et vous serez content. Faites de votre part, ce que vous pouvez, pour que ce changement se fasse avec le moins de bruit possible au dehors (4).

Paternam erga eum caritatem ostendit.

En union etc.

Neerl., I, p. 17.

CCXXXVII.

Ad R. P. Andream Consen (1),
Provincialem (2). *Amsterdam.*

1. *Cum multi ex Provincia Missiones petant, sit Provincialis generosus.* — 2. *Quinam mitti possint.* — 3. *Prima quaedam veluti probatio a P. Steins facienda.*

Roma, 4 Februarii 1852.

1. — Litterae, quibus ad carissimas Rae Vae d. 8 Decembris datas d. 24 eiusdem mensis respondi, in manus eius pervenerint. Interea plures Socii istius Provinciae ad me de Missionibus exteris, quas desiderant, scripserunt, meumque

Cum multi ex Provincia Missiones petant, sit Provincialis generosus.

(3) Superior Residentiae Haga-Comitanae, cuius tam eximias laudes hic praedicat P. Generalis, erat ab anno 1836 P. Gerardus Elsen: cf. *epist.* CCXXXI.

(4) Vide in epistola CCXXXVIII quam aliter res evenerit ac Pater Roothaan sperabat. — Die 10 Iunii 1851 Pater Roothaan haec Patri Frentrop rescribebat: « Lectis, quas Ra Va die 27 [Maii] ad me litteras dedit, consentio ut Ra Va nunc saltem stationem, in qua est, non relinquat » (*Reg. Neerl.* I, p. 19). Interea idem P. Frentrop etiam *Consultor Provinciae* nominatus est, sed deinde, eadem ratio, quae antea, id est optimi Patris zelus intempestivus et a Superioribus parum dependens, Patrem Generalem induxit ad eius translationem iterum urgendam.

(1) Cf. *epist.* CCXXXV.

(2) Vide supra, pag. 348, n. 2.

esse duxi, super hac re Rae Vae quid sentiam aperire. Neque vero aliud, nisi quod saepius dixi Provinciarum Praepositis, Rae Vae dicere possum: *Date et dabitur vobis* (3). Quoniam enim haec fere unica est ratio, cur Praepositi difficiliores se praebent, penuria scilicet hominum, aliud respondere equidem non possum, nisi verbum Domini, quod proculdubio magis etiam in spiritualibus quam in temporalibus verum est. Qui hac fide egerunt, veritatem experientia compertam habent. Nulla Provincia erga Missiones tam liberalis exstitit, quam Lugdunensis; et ecce tirocinia eius a multis annis omnium numerosissima (4). Quare etiam Ra Va hanc in se fiduciam excitet, et in verbo Domini laxet rete. — Accedit, quod humana quoque ratio idem persuadet: nihil enim ita solet amorem vitae religiosae inspirare piis iuvenibus, quam vitae apostolicae exempla, et spes ad eandem fore ut destinentur.

Quinam mitti possint.

2. — Inter vos, qui Missiones desiderant, est P. Steins (5), qui iam ante multos annos idem hoc desiderium nobis exposuerat; nunc vero, ut videtur, mente tranquilla et re diutius coram Deo considerata, petitionem suam renovat. Cupit ipse vincula, quibus nonnihil irretitum se sentit, rumpere, ut se divino servitio plenius consecret; vincula [sunt] duo: occasiones et consuetudines, quae spiritus fervorem debilitant. — Alter, qui petiit, I. B. Palinkx (6), modo ad hoc vitae genus idoneus sit, sine magno Provinciae incommodo concedi posse videtur. — Etiam P. Henriet (7) ad idem opus

(3) *Luc.*, VI, 38.

(4) Hoc anno 1852 catalogus Prov. Lugdunensis, qui refert statum Provinciae ut erat sub finem anni 1851 et initio sequentis, haec de Missionibus exhibet: ***Missio in Africa***, socii 67; ***M. in insulis Bourbon et Madagascar***, 26: ***M. Madurensis***, 63; ***M. Neo-Aurelianensis in America***, 66; ***M. in Syria***, 20 = ***Socii in Missionibus***: 242; qui numerus profecto, pro illius temporis ratione, ingens dici potest pro una Provincia. In eodem catalogo binae Domus probationis Provinciae Lugdunensis recensent simul 74 Novicios scholasticos, id est 42 in Domo Avenionensi, in Tolosana vero 32.

(5) P. Walterus Steins-Bisschop, *Neerlandicae* (1810-1832-1881), erat eo tempore Rector Collegii Catwicensis, videturque suos subditos amore Missionum inflammasse; omnes enim earum candidati, de quibus hic agit P. Roothaan, in illo Collegio simul versabantur. P. Steins, in Indias missus, etsi Missioni Madurensi adscriptus, mansit tamen in Missione Bombayensi ab anno 1852 ad 1861. Tum creatus est Episcopus tit. Nilopolitanus et Vicarius Apostolicus Bombayensis; anno vero 1867, factus est Archiepiscopus tit. Bostrensis et Vicarius Apostolicus Calcuttensis nominatus. Sed anno 1877 ob adversam valetudinem munere abdicare debuit et in Europam venit. At post duos annos Leo XIII eum rogavit ut in Novam Zelandiam traiceret ad sedem episcopalem Aucopolitanam (vulgo *Auckland*) regendam, quam optimus Episcopus zelantissime administravit per 20 menses, donec gravi morbo correptus et Sydneyum in Australia translatus, ibi pie obiit die 7 Sept. 1881. — Cf. *De Katholieke Encyclopaedie*, Amsterdam, 1938, vol. XXII, col. 131; — item Vogels, *Menologium*, vol. II, pp. 167-170.

(6) P. Ioannes Bapt. Palinkx, *Neerlandicae* (1824-1848-1900), erat tunc adhuc Scholasticus, *Subpraef. conv.* in Collegio Catwicensi. In Missionem Iavensem, post sacerdotium, missus est anno 1859, ibique strenue laboravit per amplius 40 annos. Obiit Bataviae die 1 Maii 1900. — Cf. Vogels, *Menologium*, vol. I, pp. 204-206.

(7) P. Augustinus Henriet, *Neerlandicae* (1817-1835-1897), erat *Praef. stud.* in eodem Collegio sub Rectore P. Steins; sed dum P. Roothaan haec scribebat, P. Henriet iam successerat eidem Patri Steins in Collegio moderando, Rector a die 18 Ianuarii 1852. Fuit deinde Praepositus Provincialis (1859-1866), iterum Rector

apostolicum se offert; sed hic quidem excludendus est, ut qui Provinciae necessarius. De reliquis igitur duobus Ra Va quid sentiat ad me referat, meque Deo SS. SS. et orationibus commendet.

Prima quaedam veluti probatio a P. Steins facienda.

3. — *P. S.* Nondum P. Steins erat mutatus ab officio Rectoris Collegii Catwicensis (8), ut ex litteris Rae Vae modo acceptis, d. d. 21 Ianuarii intelligo. — Placeret, si P. Steins per aliquod tempus, puta, uno vel altero anno, philosophiae vel theologiae docendae applicaretur (9); esset haec quasi prima probatio ad Missionem Madurensem. Hoc Ra Va ei meo nomine insinuare posset, dum nos ad ipsum rescribamus.

Probo ideam de P. Van Gulick, Socio futuro Provincialis (10).

Neerl. I, p. 26.

CCXXXVIII.

Ad R. P. Arnoldum Frentrop (1),

Amsterdam.

1. *Dolet de difficultatibus eius translationi ab ipso creatis.* — 2. *Cur causa translationis debuerit quibusdam externis aperiri.* — 3. *Perperam ipse se defendere conatur.* — 4. *Sit ipse magis indifferens, et pacem habebit.*

Rome, 21 Septembre 1852.

J'ai reçu votre lettre écrite de Haarlem.

Dolet de difficultatibus eius translationi ab ipso creatis.

1. — S. François Xavier, au milieu de ses conquêtes dans les Indes, se montre tout disposé à interrompre ses courses apostoliques, et revenir à Rome sur un seul mot, sur une seule lettre I. de son Supérieur (2). Et certainement, il ne prétendait pas de demander le *pourquoi*. C'était un parfait Jésuite. — Voyez, mon cher Père, ce qui arrive dans votre cas. Où en serions nous, si à chaque translation de quelque sujet il nous fallait voir se faire de cela comme une affaire d'Etat ? Véritablement, c'est bien humiliant.

Cur causa translationis debuerit quibusdam externis aperiri.

2. — Vous avez d'abord communiqué vous-même votre changement; des Messieurs qui m'ont écrit, m'ont dit l'avoir su de vous en *secret*. Mais, le secret a été gardé, comme à l'ordinaire en de telles affaires. On s'est vu dans la nécessité

Catwicensis etc. Hinc apparet cur P. Roothaan eum dicat « Provinciae necessarium ». — Cf. Vogels, *Menologium*, vol. I, pp. 226 sq.

(8) Revera iam mutatus erat die 18 Ianuarii: cf. notam praecedentem.

(9) Non videtur id factum esse; nam ineunte anno 1853, in catalogis tam Prov. Neerlandicae quam Tolosanae (cui iam tum Missio Madurensis subiciebatur), indicatur in Missione Bombayensi iam adesse.

(10) P. Ludovicus Van Gulick, *Neerlandicae* (1813-1835-1877), fuit quidem Socius Provincialis, deinde eius successor in regenda tota Provincia (1854-1859), cuius iterum fuit Praepositus Provincialis annis 1866-1874, etc. — Cf. Vogels, *Menologium*, vol. I, pp. 154 sq.

(1) Cf. *epist.* CCXXXVI. — Utramque epistolam ad Patrem Frentrop datam si quis conferat et perpendat, facile deprehendet quam recte regimen Patris Roothaan dicatur fuisse hac duplici nota insignitum: *fortiter et suaviter*.

(2) Illud I, littera initialis nominis S. Ignatii, Sancto Indiarum Apostolo signum sufficiens fuisset voluntatis sui Superioris, ut narratur in eius vita: cf. v. gr. Tursellinus, *De Vita Francisci Xaverii*, lib. VI, c. 8.

de répondre à quelqu'un de ces Messieurs, qui avaient écrit, on a dit une raison, la vraie raison, fondée sur des plaintes de tous vos Supérieurs depuis de longues années, et confirmées par tant d'autres Pères; raison du reste qui n'a rien d'infamant, puisqu' il ne s'agit que d'un zèle trop ardent, qui se charge d'affaires matérielles, entreprises sans connaissance des Supérieurs. Car, dire un demi-mot à un Supérieur, sans expliquer la part que vous allez prendre dans l'affaire, n'est pas en donner connaissance au Supérieur.

Perperam ipse se defendere conatur.

3. — Et vous vous offensez, et vous *jurez* même que l'accusation est fausse! Et vous dites que vous voulez vous défendre, par tous les moyens que l'*Institut vous permet.*

Quels sont ces moyens?!! — Souvenez-vous, mon cher Père, que lorsque je vous ai parlé de ce *défaut*, qu'on vous reprochait, quand je vous vis à La Haye, il y a trois ans (3), vous m'assurâtes bien que vous n'aviez aucune responsabilité dans les affaires temporelles de ces pieuses institutions (ce qui ne me suffisait pas), mais je demandai que vous n'y fissiez rien sans tout communiquer auparavant aux Supérieurs, et vous me le promîtes... Vous ne me niâtes pas l'existence de ce défaut dont je parlais.

Sit ipse magis indifferens, et pacem habebit.

4. — Ce que vous me demandez, d'empêcher qu'on ne divulgue plus les accusations (il n'y en a qu'*une*, et qui n'a rien pour vous de déshonorant) je le fais volontiers en recommandant au P. Provincial et par lui à tous les autres Pères, de ne parler de votre affaire qu'avec la plus grande modération, non seulement, mais d'éviter d'en parler sans nécessité. Or cette nécessité, mon Père, n'est provoquée que parce que vous parlez, et beaucoup trop, et cela parce que vous êtes beaucoup trop peiné, parce que vous étiez trop attaché à votre position à Amsterdam. Croyez-moi, un peu plus d'esprit de cette indifférence qui nous est tant recommandée dès notre entrée dans la Compagnie, vous aurait épargné bien des peines, et c'est encore dans cette sainte indifférence que vous retrouverez la véritable paix de l'âme. Il faut enfin que tout ce bruit qui s'est soulevé à Amsterdam tombe. Et cela dépend de vous, mon Père, plus que de qui que ce soit (4). Pour moi, j'en suis las, au delà de ce que je saurais vous dire. Adieu.

En union de vos SS. SS.

Neerl. I, p. 46.

(3) P. Roothaan Hagam Comitis venerat, tempore sui exilii ab Urbe, mense Iulio anni 1849: cf. Pirri, pag. 445.

(4) Optimus ceteroquin Pater Frentrop ad haec Patris Generalis fortia monita videtur tandem acquievisse. Die 3 Novembris eiusdem anni 1852 Pater Roothaan ei rescripsit Traiectum ad Mosam (Maastricht), quo Pater missus erat *Lect. theol. mor.*: «... Vous êtes à Maastricht, et, à ma consolation, vous faites très bien la classe, on est très content, et vous êtes bien et gai en récréation. Oh! oui, c'est l'ordre de la Providence envers les siens, que la croix soit suivie de la consolation...» (*Reg. Neerl.* I, p. 48). — Anno autem 1855, Hagam Comitis missus est, ut dictum est supra (*epist.* CCXXXVI n. 1).

SERIES QUINTA

EPISTOLAE AD PATRES ASSISTENTIAE GERMANIAE

PARS TERTIA

SECTIO I.

AD PATRES PROVINCIAE ANGLIAE (1)

(EPISTOLAE CCXXXIX - CCLIX)

SECTIO II.

AD PATRES VICEPROVINCIAE HIBERNIAE (2)

(EPISTOLAE CCLX - CCLXXVII)

APPENDIX (3)

(EPISTOLAE CCLXXVIII ET CCLXXIX)

Verso folio invenies notas.

(1) *Assistentia Angliae* erecta est post mortem P. Roothaan, anno 1853. Antea vero Patres in Anglia versantes pertinebant ad *Assistentiam Germaniae,* quae anno 1829 instituta erat, et loco *Assistentiae Poloniae* suffecta (Cfr. SCHMITT, *Synopsis Historiae S. I.*, col. 448 et 415). Ad eandem *Assistentiam Germaniae* igitur, tempore P. Roothaan, pertinebant non modo (ut nuper vidimus) Galicia, Austria, Germania, Belgium, Neerlandia, sed etiam Anglia et Hibernia (de quibus nunc agimus), immo Marylandia et Missouria (de quibus vide vol. II, inter Missiones, quales tunc erant illae regiones).

(2) Redivivae Societatis in Hibernia initia concinne narrat KOCH, col. 889-890. Ab anno 1829 (quo tempore P. Roothaan Societatem regere coepit) potiebatur *Viceprovincia Hiberniae* variis domibus et Collegiis, quorum primum aetate meritisque et fama habendum est *Cluenense Coll. Sti Aloisii* (« Clongowes Wood College ») nostris adhuc diebus optime florens. *Viceprovincia* autem in *Provinciam Hiberniae* non erecta est, nisi anno 1860.

(3) Cur binae hae litterae extra seriem ponantur, vide pag. 471, NOTA.

Sectio I.

AD PATRES PROVINCIAE ANGLIAE

CCXXXIX.

Ad R. P. Carolum Brooke [1],
(Provincialem). [*Anglia*] [2].

1. *Dolet de eius anxietate et animi depressione, cum multa prospere illi successerint.* — 2. *Si viros non habet aptissimos, ad munera gerenda, eligat minus ineptos.* — 3. *Caveat ne propter suam animi depressionem aliorum defectus nimis exaggeret eosque similiter deprimat.* — 4. *P. West promoveatur quamprimum, nisi obstent Consultores.* — 5. *Non differenda aliorum tertia probatio et promotio, post debitas informationes.* — 6. Socius *eligendus, qui aptus futurus sit ad regendam Provinciam.* — 7. *Habendae Consultationes et audiendi Consultores: id auget auctoritatem Superioris.* — 8. *Visitationes Provinciae quantae utilitatis sint; sed fiant cum* Socio.

Rome, 6 Août 1831.

Dolet de eius anxietate et animi depressione, cum multa prospere illi successerint.

1. — Votre lettre du 5 Juillet m'est parvenue le 21 du même mois et peu de jours après j'ai reçu le *Catalogue*. Je vous suis bien reconnaissant des peines que vous vous donnez pour le bien de cette chère Province. Certes, mon rév. Père, il y reste encore beaucoup à faire; cependant je ne peux approuver cette pente au découragement, cette pusillanimité, à laquelle vous vous abandonnez si facilement. Je regarde cette disposition comme n'étant pas le moindre des maux que cette Province souffre, parce qu'elle vous fait perdre le temps à gémir et à [vous] lamenter, et puis à poursuivre un système d'optimisme [3], qui n'est pas de saison; temps qui serait bien mieux employé à procurer non un bien absolu, mais un bien relatif, ou, si vous voulez, un moindre mal. Vous êtes parvenu, mon rév. Père, dans peu d'années, à ouvrir un noviciat, à organiser une maison d'études, à faire dans la disci-

(1) P. Carolus Brooke, *Angliae* (1777-1803-1852), natus in civitate Exeter et in eadem post annos 75 moriturus, ingressus erat Societatem sacerdotio iam ab uno anno auctus. Docuit primum in Collegio Stonyhurstensi; *Provinciae Angliae Praepositus* fuit ab anno 1826 ad 1832; postea vero *Visitator Hiberniae* et *Rector Coll. Sti Aloisii* Prestoniensis. Nonnulla scripsit de S. I. vel in eius defensionem, de quibus vide Sommervogel, t. II, col. 202-203.

(2) In codice nostro apographo non indicatur locus destinationis huius epistolae; in pluribus autem, inter sequentes ad eundem Provincialem Angliae missas, inscribitur sic: *Anglia*, dum in indice alphabetico eidem codici apposito legitur: R. P. Brooke, *Stonyhurst*. Prudenter ergo conicimus Provincialem Angliae illis temporibus saepe a domo una in alteram transiisse, ordinariam autem mansionem habuisse in domo Stonyhurstensi. De hac in Prov. Angliae celeberrima domo, vide infra, epist. CCXLI, n. 2.

(3) Rectius diceres: *une chimère d'optimisme.*

pline religieuse du Collège un changement frappant, etc. Tout cela, n'est-ce donc rien à vos yeux?

Si viros non habet aptissimos, ad munera gerenda, eligat minus ineptos.

2. — Mais vous ne trouvez pas de sujets capables de faire de bons Recteurs, Pères Spirituels, Consulteurs, etc. — Je le crois sans peine et vous n'êtes pas seul dans ce cas (3), Or, voici ce qu'il faut faire en pareil cas: parmi les aveugles, choisir les borgnes (4); parmi les boiteux, prendre ceux qui ne boitent que d'un côté. Vous vous tromperiez fort, mon cher Père, si vous croyiez que l'on fasse autre chose ailleurs. Ce serait une erreur, que de laisser les charges vacantes, parce qu'on ne trouve pas de quoi les remplir parfaitement.

Caveat ne propter suam animi depressionem aliorum defectus nimis exaggeret eosque similiter deprimat.

3. — Il y a encore un autre effet du découragement, auquel je vous prie d'être attentif: c'est qu'on s'exagère facilement les défauts, *etc.*, d'autrui; puis, par une conséquence très naturelle, on outrepasse la mesure dans les corrections et réprimandes qu'il faut faire quelquefois, ce qui non seulement peut diminuer la confiance des sujets, mais les abattre entièrement. En voilà assez sur cette matière; j'aurais encore pu ajouter combien cette triste disposition doit influer sur votre santé, mais vous le savez assez par expérience. Venons à autre chose:

P. West promoveatur quamprimum, nisi obstent Consultores.

4. — *Des promotions.* Je désire que le P. West (5) soit promu au plutôt, à moins qu'il y eût des défauts tels, que de l'avis des Consulteurs, la dilation fût jugée nécessaire. Je suppose que c'est après avoir entendu les Consulteurs, que vous l'avez différé jusqu'à présent; autrement, ce ne serait pas en règle (6).

Non differenda aliorum tertia probatio et promotio, post debitas informationes.

5. — Je vous recommande singulièrement d'avancer l'affaire des *grades* (7). Les jeunes Pères qui ont eu noviciat et études en règle, doivent nécessairement faire la troisième Pro-

---

(3) Non semel audivimus Patrem Generalem conquerentem, quod Rectores aliqui Superioresve domorum nostrarum a matre adhuc iuveni, Societate scilicet recenter restaurata, filios iam maturos exposcerent. Vide, inter alias, epist. CLXV not. 6.

(4) Proverbium est in Anglia, sicut pluribus in regionibus usitatum: « In the land of the blind, the one-eyed are kings », quod latine dici solet: « Beati monoculi in terra caecorum ».

(5) P. Franciscus West, *Angliae* (1782-1803-1852), operosam suam vitam totam degisse videtur in regionis suae natalis Lancastrensis urbibus praecipuis: Liverpool et Preston. *Superior* fuit *Coll. Sti Aloisii Prestoniensis* a die 30 Iulii 1834 ad 14 Sept. 1841, simulque *Mission. Apost.* eodem loco. Postea *Proc. Coll. Sti Fr. Xav.* in Liverpool et *Oper.* in eadem urbe vixit, ubi pie obiit.

(6) Absque mora monito obtemperavit P. Provincialis; etenim P. West vota Coadiutoris Spiritualis emisit die 8 Dec. eiusdem anni 1831. — Ut notavimus supra, verbum *dilation*, quo P. Roothaan utitur, potius latine sonat quam gallice et rectius verteretur in *délai*. — Quid vero sibi velit verbum *Promotio* in S. I. apparet ex verbis sequentibus, ubi agitur de *gradibus* in S. I. exsistentibus, et de *informationibus ad gradum.*

(7) Agitur de diversis *gradibus* in Societate Iesu ab ipso Patre Ignatio constitutis, de quibus *Litt. Apost. Greg. XIII*, datae 1 Febr. 1583, haec habent: « Quapropter Societatis corpus in sua membra, ordinem et gradus idem Ignatius, divino instinctu, ita duxit disponendum »... *etc.* (Cf. *Institutum*, t. I, p. 88, et t. III pp. 627-629). — Sunt autem hi *gradus:* Professus 4 votorum sollemnium, Professus trium votorum sollemnium (raro), Coadiutor spiritualis, Coadiutor temporalis formatus.

bation. Plus vous la différez, plus il sera difficile de la faire faire, et moindre sera le fruit qu'ils en tireront. Faites donc l'impossible pour y en mettre, ne fût-ce qu'un ou deux chaque année. Si, parmi les jeunes, il en est qui eussent tout ce que est requis pour la promotion, il serait contraire à l'Institut de les faire attendre pour ne pas devancer les plus anciens, qui n'ont pas tout ce qu'il faut. Vous me parlez de la difficulté de faire des informations sur les Pères que personne ne connaît (8). Certes, s'il en est ainsi, c'est inutile de penser à leur grade. Mais si on avait fait ce que j'ai tant recommandé, il me semble que personne ne serait inconnu au point de ne pas trouver quatre informateurs; par exemple si, chaque année, les missionnaires allaient ou au Collège, ou à quelque autre résidence plus rapprochée, pour faire la retraite annuelle; si le Provincial avec son *Socius* faisait régulièrement chaque année la visite de toutes les missions; si de chacune il écrivait l'*elenchus visitationis*, le communiquait à ses Consulteurs et l'envoyait ensuite à Rome; assurément qu'il n'y aurait personne tellement inconnue, à n'en pouvoir rien savoir. Il y a des missions en Amérique, il y en a en Galicie, en Hollande, etc.; et l'on sait passablement bien ce qu'on y fait et comment on y vit.

6. — *Du Socius* (9). Je suis bien aise que vous y pensiez sérieusement. Je suis assuré que cela contribuera beaucoup à faire marcher les choses en ordre. Présentez-moi celui que vous croyez convenir à cet emploi important. Il serait à souhaiter que ce fût un qui pût un jour être Provincial; car c'est là le chemin qu'il faut prendre, pour former des hommes aptes, de même que l'on fait Ministres ceux qu'on espère pouvoir faire Recteurs. Au reste, si vous n'en trouvez pas un tel, présentez-en un autre (10).

Socius eligendus, qui aptus futurus sit ad regendam Provinciam.

7. — *Des Consultes* (11). Je les recommande de nouveau. C'est là que l'expérience s'acquiert; puis les Supérieurs qui

Habendae Consultationes et audiendi Consultores : id auget auctoritatem Superioris.

(8) Habetur inter *Ordinationes Patrum Generalium* caput XVIII integrum. sub hoc titulo positum ; « De promovendis ad gradus Societatis, quomodo de iis confici et in Urbem mitti debeant informationes » (Cf. *Institutum*, vol. III, pp. 299, 308). Ab initio illius capitis manifestatur, quantam Superiores Societatis curam adhibere debeant *informationibus ad gradum* exquirendis : « In primis Provinciales, ad quorum officium haec informatio pertinet, persuadere sibi debent, magna fide, diligentia et circumspectione procedendum esse in hoc negotio, cum scilicet tanti momenti sit ad ordinem firmitatemque Societatis » *etc.* (*Op. cit.* p. 299).

(9) De *Socio* Provincialis eiusque munere vide *Institutum*, t. III, pp. 89-93, 258, 330, *etc.*

(10) Ex catalogis illius temporis, qui pro Prov. Angliae manuscripti tantum habentur in Arch. Rom. S. I., eruitur non tam facile fuisse invenire aptum Socium : per paucos menses (Ian. - Mai. 1832) fuit P. Franciscus West (de quo hic supra, not. 5); sed dein, mutato Provinciali, a die 28 Maii 1832 nominatus est Socius ipse Provincialis qui munus deposuerat, P. Carolus Brooke (de quo hic supra, not. 1), quod quidem fieri non solet.

(11) In apographo verbum invenimus scriptum : *Consultations*. Mos autem invaluit alius verbi adhibendi, quod ideo restituimus : *Consultes*. De illis videri potest *Institutum*, t. III, pp. 75, 90, 91 (de *Consult. Prov.*) ; et pp. 108, 260, *etc.* (de *Consult. Rectoris*).

font tout après avoir consulté, sont bien plus forts; les Consulteurs sont les premiers à aider à l'exécution, usant de toute leur influence sur les autres. Le Supérieur qui fait seul tout, se trouve seul en tout et partout, et trouve souvent le plus d'opposition dans les Consulteurs, qui n'ont pas été interrogés, ni écoutés ([12]).

Visitationes Provinciae quantae utilitatis sint; sed fiant cum *Socio*.

8. — *Des Visites.* De grâce, mon rév. Père, ne les omettez pas ! Si vous ne ferez *(sic)* pas tout ce que vous voudriez, vous le ferez certainement chez quelques-uns; et cela suffit pour ne pas l'omettre. Vous empêcherez aussi que certains abus n'aillent pas du moins en croissant, ce qui est déjà beaucoup pour le moment. Mais faites-les avec le *Socius* et, autant que possible, selon toute la forme de l'Institut.

Enfin, mon rév. Père, je le répète encore, ne vous abandonnez pas au découragement; il n'y a pas de sujet de le faire. Si je vous ai parlé avec peut-être trop de franchise sur ce point, c'est que la sincérité avec laquelle vous m'exposez le fort et le faible de ce qui vous regarde, m'a provoqué.

Je me recommande bien à vos SS. SS.

Angl. I, p. 13.

CCXL.

Ad R. P. Thomam Brownbill ([1]), (Magistrum Noviciorum).

Anglia.

1. *Gaudet de tironum profectu.* — 2. *Caveat, ne de rebus politicis agant, neve folia publica legant tirones, sicut inter Scholasticos fieri dicitur.*

Roma, 3 Martii 1832.

Gaudet de tironum profectu.

1. — Binas suas litteras, 24 Dec. et 14 Ian., rite accepi. Grata est Rae Vae diligentia et accuratio; gratulor etiam de bono tironum profectu ([2]); utinam eorum numerus esset maior! Interim melius certe est paucos et bene in solida

([12]) Familiaris erat Patri Roothaan monitio illa, ut supra notavimus. Consonat insuper litterae et spiritui *Instituti* nostri, ut videri potest, v. g. t. II, 73, 134, 141, 309; t. III, 261, *etc.*

([1]) P. Thomas Brownbill, *Angliae* (1788-1806-1844), erat tunc a die 3 Dec. 1829 *Rector* et *Mag. Nov.* in domo Hodderana (Hodder) prope Stonyhurst. Ab anno 1842 *Pro-Rector* exstitit *Seminarii Stonyhurstensis.* — Una eademque civitas Gillmoss (Lancashire) viros tres ediderat nomine Brownbill, in S. I. fratres, quos vix non audemus sanguine quoque fratres appellare: Thomam, scilicet, de quo hic agitur; Franciscum (1793-1813-1875), Iacobum (1798-1815-1880), quorum etiam duo primi in eadem domo Stonyhurstensi mortui sunt. De P. Francisco vide epist. proxime seq., n. 5.

([2]) Iam ante quam S. I. in Anglia restitueretur, iuvenes qui ad illam contenderent congregaverat in praedio Stonyhurstensi pius quidam sacerdos, ipsi Societati quondam ascriptus, nomine Calloghan (Cf. Pirri, *P. G. F. Roothaan,* p. 245). Inde ortus est primus redivivae S. I. in Anglia noviciatus, qui non in propriis Sto-

virtute fundatos habeat Provincia, quam plures sed minus probatos.

2. — Audio istic inter Scholasticos non parum de rebus disseri saecularibus et politicis, folia quoque ab illis legi (3), quod mihi valde displicet et a spiritu Societatis valde alienum est. Spero sane istud non habere locum inter Novicios; bonum tamen erit, mature illos ad hoc disponere, ut libenter abstineant ab huiusmodi. Sufficit enim et aequum est, ut Superiores illis narrent, si quid ad eorum aedificationem conferre possit.

Caveat, ne de rebus politicis agant, neve folia publica legant tirones, sicut inter Scholasticos fieri dicitur.

Saluto tirones carissimos et me commendo SS. SS.

Angl. I, p. 21.

CCXLI.

Ad R. P. Gulielmum Cotham (1), (Praefectum Spiritualem).

[*Stonyhurst*] (2).

1. *Ei gratulatur de bono spiritu iuvenum nostrorum.* — 2. *Spem fovent duae domus formationis iam exsistentes.*

Roma, 5 Maii 1832.

Suas carissimas 14 Apr. accepi 3 huius.

1. — Cum magna mea consolatione video bonos nostros iuvenes in exacta regularum observatione perseverare, atque

Ei gratulatur de bono spiritu iuvenum nostrorum.

nyhurstensibus aedibus consistebat, sed in propinqua domo, loco dicto Hodder. De illo et de ipso Seminario atque Collegio Stonyhurstensi, vide epist. proxime seq., n. 2. Hoc anno 1832, quattuor tantum habebantur ibi Novicii scholastici.

(3) De lectione ephemeridum, Nostris non indiscriminatim permittenda, Decretum menti Patris Roothaan hic expositae plane consonum erat editura, statim post eius mortem, *Congregatio Generalis XXII* (1853): « Nonnullis Provinciis postulantibus, ut termini statuerentur, quatenus Nostris praesertim iunioribus, liceat ephemerides, folia publica, similesque libellos legere; Congregatio, adhaerens PP. Deputatorum sententiae, censuit: ephemeridum similiumque libellorum lectionem, sive integram, sive aliqua ex parte, iis solum permittendam, quibus nihil inde detrimenti obventurum esse constat; commendavitque R. Patri Nostro, ut una cum Provincialibus dispiceret, quid hac super re facto opus sit ». (*Institutum*, t. II, p. 487).

(1) P. Gulielmus Cotham, *Angliae* (1791-1809-1860), *in Semin. Stonyhurst.* per aliquot annos curam spiritualem habuit iuvenum Scholasticorum S. I. Ab anno autem 1837 Superior fuit Missionis Iamaicensis, quod munus adhuc anno 1852 retinebat. In urbe illius Missionis principe *(Kingston)* mortuus est annos natus 69. - Vicariatui Apostolico Iamaicensi (qui etiam anno 1837 erectus est) ipse P. Cotham fuisset praepositus, nisi P. Roothaan constanter obstitisset, quia munus Vicarii Apostolici, etiam sine dignitate episcopali, Iesuitis non congruere censebat et profitebatur. Fuit ergo P. Cotham *Missionis Superior* declaratus, quae duobus tantum membris constabat: ipso scilicet et itineris socio P. Iacobo Dupeyron, *Lugdunensis* (1804-1833-1872). Is vero postea munus Vicarii Apostolici obtinuit (Cf. Otto, 488, 511. Koch, 899-900).

(2) Collegium Stonyhurstense (de quo vide Koch, col. 1703-1704) initium habuit anno 1794, in aedibus, quas anglicus quidam catholicus, nomine Thomas Weld,

etiam Patres illos iam veteranos ferventes ad vocationis spiritum renovandum incumbere. Utinam ita paulatim et successive omnes istic tempus aliquod transigere possent! Non parum id conferret ad spiritum illum resuscitandum, quo tot olim praeclari istius Provinciae viri erant animati.

Spem fovent duae domus formationis iam exsistentes.

2. — Equidem multum confido; habet enim Provincia duo iam praecipua domicilia: Tirocinium et Scholasticatum (3), quorum bonus odor non potest non utiliter in universales Missiones influere. Pergat igitur Ra Va apud illos iuvenes zelum suum exercere; non dubio quin et in P. Norris (4) reperturus sit qui conatus suos secundet.

Commendo me SS. SS.

P. S. Ne nimium crescat hodiernus litterarum fasciculus, rogo Ram Vam ut meis verbis salutet PP. Thomam et Franciscum Brownbill (5), illisque gratias agat pro suis ad me litteris.

Angl. I, 24.

---

antiquis suis magistris (et quondam Iesuitis) in Brugensi Collegio dilectis, obtulerat occupandas simul cum praediis adiacentibus. Restituta deinde Societas in Anglia primum ibidem Noviciatum instituit, in domo *Hodder* (ubi hodie *Schola praeparatoria* exsistit) prope ipsas Stonyhurstenses aedes. Collegium autem illud, unde nomen Stonyhurst inclaruit, ad hodiernos usque dies non cessavit animos iuvenum ad virtutes litterasque et scientias informare. Ipse postea P. Roothaan illud visitaturus erat, exsul et viator, mense Octobri 1849 (Pirri, p. 448). Distinctum vero erat *Collegium* a *Seminario Stonyhurstensi* Scholasticis nostris destinatum; in hoc ultimo agebat tunc P. Cotham munus *Praef. spirit.*, ut supra dicebamus, n. 1.

(3) « Duo domicilia praecipua... quorum bonus odor » confidendi rationem praebebant Patri Generali diximus modo fuisse tirocinium Hodderanum et Seminarium seu Scholasticatum Stonyhurstensem. De iis vide epistolam proxime priorem.

(4) De P. Richardo Norris vide epist. proxime sequentem. In eo tunc erat ut Praepositi Provincialis munus assumeret.

(5) P. Franciscus Brownbill, *Angliae* (1793-1813-1875), frater fuit, ut supra dicebamus, PP. Thomae et Iacobi Brownbill. (Vide epist. CCXL). Is aliquamdiu praefuit *Resid. S. Ioan. Evang.* et postea *Coll. S. Francisci Xaverii* Liverpolitano. Magnam vero longae suae vitae partem transegit Stonyhursti, ubi etiam mortuus est, « rite munitus... plenus fide et diebus.... die 13 Maii 1875... vita utilissima et in collegiis et in missionibus acta », sicut narrant *Litt. ann. Prov. Angliae S. I.*, 1868-1877, p. 9.

CCXLII.

Ad R. P. Richardum Norris (1),
Provincialem.

Stonyhurst.

1. *Promovendus spiritus supernaturalis in Provincia.* — 2. *Gaudet de recta institutione Noviciorum* (2).

Roma, 11 Martii 1834.

1. — Paulatim, Rde Pater, spero res istius Provinciae fore meliores, *spirituales* praesertim, in quibus eam defecisse per temporum locorumque adiuncta mirum non est. Magna opus est vigilantia, et fere dixerim *duplici spiritu,* ut in regione, ubi totum hominis bonum in *divitiarum* copia et *vitae commodis* reponitur, animus *religiosus,* qui sine vero et efficaci *paupertatis* affectu, sine *mortificatione, non potest* vel acquiri, vel conservari, in tuto sit. Quod praecipue cordi esse nobis debet, est, ut iuniores saltem, quique *novae plantationes* sunt (3), vero *Iesu Christi spiritu* imbuantur, spiritu, inquam, illo qui *mundano* spiritui e diametro opponitur. Quod si omnes Christiani, multo maxime nos *debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus... Qui spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei* (4).

Promovendus spiritus supernaturalis in Provincia.

2. — Scio, et gaudeo, recte institui Novicios ab optimo P. Thoma (5). Curandum, ut haec eorum institutio conservetur deinceps, et quae theoretice discunt et comprehendunt, ea practice exerceant, praesertim quae *ad carnis, sensuum, et mundani affectus* abnegationem spectant; cum haec *abnegatio* sit vitae nostrae spiritualis fundamentum, et sine illa *aedificaremus domum nostram super arenam* (6).

Gaudet de recta institutione Noviciorum.

... Commendo me SS. SS.

Angl. I, p. 43.

(1) P. Richardus Norris, *Angliae* (1792-1809-1846), fuerat Rector Collegii Stonyhurstensis; hoc tempore, a die 28 Maii 1832 ad diem 25 Iunii 1838, erat Praepositus Provincialis; deinde rexit Seminarium Stonyhurstense et iterum Collegium, quo durante munere Worcestriae pie obiit die 5 Maii 1846. Pauca quaedam typis edidit: cf. Sommervogel, vol. V, col. 1808.

(2) Longissima est haec epistola in regestis; sed, cum pleraque in ea sint minutissima quaeque negotia haud magni momenti ad rem nostram, haec tantum pars visa est huc inserenda, utpote quae principia universaliora contineat.

(3) Cf. *Ps.* CXLIII, 12: «... sicut novellae plantationes in iuventute sua».

(4) Cf. *Rom.*, VIII, 12-14.

(5) De P. Thoma Brownbill, Magistro Noviciorum, vide epist. CCXL.

(6) Cf. *Matth.*, VII, 26.

CCXLIII.

AD R. P. IOANNEM POUTY (1),
Ministrum.

[*Hodder*].

1. *Laudat desiderium Missionum.* — 2. *Ne nimis severe iudicet defectus aliorum.* — 3. *Displicet animi turbatio in quaerendis externis mortificationibus.* — 4. *Etiam in his oboedientia maxime necessaria est.* — 5. *Principia nostrae perfectionis ex nostris Constitutionibus depromenda sunt.*

Rome, 11 Mars 1834.

J'ai reçu votre lettre *soli* (2) du 20 Février.

Laudat desiderium Missionum.

1. — Quant à vos dispositions pour les Missions étrangères, c'est fort bien. Conservez-les: qui sait ce que le Seigneur voudra faire par la suite? En attendant, *age quod agis.*

Le reste de votre lettre, mon bon Père, demanderait une réponse plus longue, et dès qu'il s'agit de l'application des règles de discernement bien souvent des dissertations bien longues ne sauraient encore suffire.

Ne nimis severe iudicet defectus aliorum.

2. — Votre manière de voir, par rapport à la mortification, est juste. Quant à l'application de ces principes à vous en particulier, c'est là où se trouve la difficulté. Je ne m'étonne pas du tout que dans le pays où vous êtes, vous trouviez bien des choses qui ne sont guères selon l'esprit de notre vocation. Mais prenez garde à en porter des jugements trop sévères; ces jugements pourraient déplaire beaucoup plus au Seigneur, que ces défauts mêmes qui, avec raison, ne vous plaisent pas, et que certes vous ne devez pas prendre pour règle de conduite.

Displicet animi turbatio in quaerendis externis mortificationibus.

3. — Ce qui ne me plaît pas c'est que vous vous *inquiétez* de ce qu'on vous contrarie dans vos pénitences ou mortifications. Toutes ces pénitences ne valent pas tant que la mortification de la propre volonté et du jugement propre. Il fallait prendre tout cela comme une épreuve, et vous tenir bien assuré que vous ne pouviez y perdre, en vous abandonnant aveuglément à la *fidelissima caritas* du Seigneur (3). Vous

(1) P. IOANNES POUTY, *Franciae* (1791-1825-1858), qui aliquot annos fuerat in Lusitania (cf. *epist.* CXXI, not. 24), versabatur hoc anno 1834 in Prov. Angliae, ubi munere fungebatur Ministri et Socii Magistri Noviciorum in Domo probationis Hodderana, fortasse ut se pararet ad munus Magistri Noviciorum; nam anno sequenti, in suam Provinciam reversus, hoc munere fungebatur in Domo probationis Melanensi in Sabaudia. Fuit deinde Exercitiis spiritualibus tradendis addictus, *Superior* Residentiae Bituricensis (1845-1850), ac demum *Praef. spir.* in Coll. Pictaviensi usque ad mortem.

(2) *Soli*, id est *uni Praeposito Generali reservata*, quod indicatur per verbum *Soli*, vel etiam per litteram *S.* involucro interiori appositam.

(3) Innuitur verbis S. P. Ignatii in *Epistola de virtute oboedientiae:* «... nolite dubitare quin pergat fidelissima Domini caritas, eorum ministerio quos vobis praefecit, vos deinceps gubernare et rectis itineribus ducere» (n. 16).

voyez que déjà le bon Dieu a remédié à une partie de ces misères, je dis, par rapport à la nourriture. Il remédiera aussi au reste. Votre Supérieur peut se tromper, mais vous ne risquez rien en obéissant. D'après ce que vous me dites sur vos *réponses*, sur vos *inquiétudes*, quand on vous refuse quelque mortification, je dois vraiment croire que vous aviez besoin de ces refus, et tous les raisonnements que vous faites là-dessus, tout justes qu'ils sont en principe, ne le sont plus dans l'application à votre cas particulier. Le désir de mortifications, tout saint qu'il est, devient, avec raison, suspect, quand il va au point où il semple vous conduire.

4. — Croyez-moi, mon bon Père, on ne perd rien de la sainteté, lorsque, en conservant le désir de faire des pénitences, on s'en abstient par l'obéissance; et le plus souvent cette soumission fait en peu de temps changer le Supérieur dans sa direction, tandis que la difficulté de se soumettre dans l'inférieur porte nécessairement le Supérieur à continuer son refus, pour un plus grand avantage de l'inférieur. — S'il s'agissait de *conseils d'égaux*, vous auriez raison de vous en défier, de les refuser même nettement; mais le Supérieur... *Foi vive!* mon cher Père. Dieu le conduit et il vous conduit par son organe. — Quant aux trois permissions que vous me demandez, je les accorderais volontiers, si je ne voyais pas cette *inquiétude*. Celle-ci me porte à croire qu'il vaut *beaucoup mieux* vous remettre à votre Supérieur immédiat. Ce qui est dit dans le *Directoire* c. 10 § 12 (4), est très applicable dans la matière dont il s'agit; mais *in genere;* ici *in specie* pour vous, je ne le pense pas.

Etiam in his oboedientia maxime necessaria est.

5. — Quant à l'autre demande que vous fites dans votre lettre au P. Delvaux (5). Il est bien certain que nous devons prendre nos principes de perfection dans nos Constitutions, et dans nos Pères, qui y sont plus attachés; que les règles de perfection que S. François de Sales prescrit pour des personnes du monde (6) ne sont pas tout ce qu'il faut pour nous. *Ne rien demander, ne rien refuser,* peut être une bonne maxime même pour un Jésuite. Vous savez ce que St Ignace

Principia nostrae perfectionis ex nostris Constitutionibus depromenda sunt.

---

(4) *Directorium in Exercitia Spiritualia S. P. N. Ignatii* est commentarium de modo tradendi Exercitia, a peritis Patribus accurate paratum, a Congregatione Generali V revisum et a Praeposito Generali Claudio Acquaviva editum, quod etiam nunc summae auctoritatis est in Societate: cf. *Instit. S. I.*, vol. III, pp. 503-552. - Locus autem, ad quem hic reicitur, agit de maiore libertate in seligenda materia meditationum, relinquenda iis « qui sunt iam provectiores in rebus spiritualibus et in meditando magis exercitati » (*ibid.*, pag. 521). Pater Roothaan hic evidenter anologice applicat principia *Directorii*, quae tractant de materia orationis, ad materiam mortificationis.

(5) P. PHILIPPUS DELVAUX, *Franciae* (1787-1819-1865), Superior fuerat ab anno 1829 ad 1834 Missionis Lusitanae, cui etiam P. Pouty per aliquot annos applicatus erat: fuit deinde Superior Residentiae Nannetensis et Rector Collegii Brugelettensis, quod pluries gubernavit. De eo plura dicuntur in hoc eodem volumine, ubi de Missione Lusitana, pp. 187-216.

(6) In celeberrimo ac notissimo libro *Introduction à la Vie dévote*.

répondit au P. Laynez, quand celui-ci lui disait qu'il avait un ardent désir d'aller aux Indes (7). Tout dépend encore ici de l'application. Certes si l'on entend que *donc toute commodité* qui se présente *ne doit être refusée;* où en seraient les règles 11 et 12 du Sommaire (8) qui sont des plus nécessaires et *essentielles,* pour nous, tirées de *l'examen* même des candidats? Ce serait pitoyable.

Adieu, mon cher Père, gardez, nourrissez vos bons désirs, mais sans *inquiétude.* En union de vos SS. SS. je suis etc.

Angl. I, p. 44.

CCXLIV.

Ad R. P. Thomam Brownbill (1),
Rectorem.

[*Hodder*].

1. *Gaudet de incremento noviciatus.* — 2. *Docet nostram perfectionem potissimum e nostris Sanctis et Scriptoribus esse addiscendam.*

Roma, 17 Ianuarii 1835.

Gaudet de incremento noviciatus.

1. — Iam ab aliquanto tempore non scripsi Rae Vae; ipsa interim pro officio suo binas ad me litteras dedit 24 Sept. et 24 Dec.. Pro utrisque gratum meum animum exhibeo, gratulorque de tirocinii satis felici incremento, sed adhuc magis de rerum ordine in dies meliori.

Inter alia autem illud consolationi mihi est quod identidem ex Missionibus istuc sese conferant Patres ad spiritualibus vacandum Exercitiis; non dubito quin plurimum id conducat ad vitae normam magis religiosam in Residentiis illis conservandam (2).

Docet nostram perfectionem potissimum e nostris Sanctis et Scriptoribus esse addiscendam.

2. — Quoad opuscula S. Francisci Salesii, quae a P. Provinciali (3) tironibus prohibita fuisse Ra Va memorat, existimo equidem per hanc suam prohibitionem nihil detractum vo-

---

(7) P. Didacus Laynez, unus fuit e primis et praecipuis sociis S. Ignatii eiusque primus successor in universali regimine Societatis (1558-1565). Propositae quaestioni S. Ignatius respondit malle se servare indifferentem ad quamcumque oboedientiam, ut legitur passim in eius biographiis: cf., v. gr., Ribadeneira, lib. V, c. 4; Bartoli, lib. 4, num. 6.

(8) Hae regulae agunt de abnegatione sui et continua in rebus omnibus mortificatione.

(1) De P. Thoma Brownbill, tunc Rectore et Magistro Noviciorum, cf. supra, *epist.* CCXL.

(2) Sat multae tunc erant in Anglia parvae Residentiae seu Missiones, ubi perpauci Patres degebant; nec facile erat in iis servare plenam religiosae vitae formam et consuetudines.

(3) Is erat R. P. Richardus Norris, de quo cf. *epist.* CCXLII, et etiam infra, *epist.* CCXLV et CCXLVI.

luisse proprio merito et utilitati dictorum opusculorum. Sed cum tot tractatus librique a viris nostrae Societatis non minus sanctitate quam doctrina conspicuis ad usum nostrum exarati fuerint atque etiamnum praesto sint, melius fore proculdubio censuit prudens Pater, ut Nostri ad propriam vocationis suae sanctitatem assequendam domesticos potius quam extraneos adhiberent magistros; quam sententiam non possum non probare nec commendare satis. Quantumvis enim unus idemque sit perfectionis spiritus in Sanctis omnibus quoad substantiam; est tamen idem ille multiplex et varius quoad modum uniuscuiusque status et vocationis; longe autem facilius, tutiusque pro Nostris et praesertim pro iuvenibus, si id quod legunt sibi continuo et sine periculo errandi applicari posse intelligant; quam si opus illis esset discretione saepe difficili etiam apud provectiores. Id vero nunc maxime, cum adhuc adeo tenera sit recens renata Societas, Superioribus, Nostrisque omnibus cordi esse debet ut pro viribus promoveant lectionem praecipuorum operum spiritualium, vitarum etiam tot nostrorum Patrum Fratrumque, quo in praesenti generatione genuinus ille Societatis nostrae spiritus reviviscat et conservetur.

Commendo me SS. SS.

Angl. I, 52.

CCXLV.

Ad R. P. Richardum Norris (1),
Provincialem.

Stonyhurst.

1. *Magni momenti est in Societate communicatio cum Superioribus.* — 2. *Varia de variis nuntiis et personis.* — 3. *De itinere ad Missiones exteras.* — 4. *Paterna adhortatio.*

Roma, 21 Martii 1835.

1. — Accepi Rae Vae gratissimae litteras d. d. 1 huius. Alteras d. d. 10 Ianuarii etiam acceperam suo tempore. Elenchi visitationum, et Litterae annuae, itemque Informationes ad gubernandum de quattuor Patribus pervenerunt (2). *Cata-* Magni momenti est in Societate communicatio cum Superioribus.

(1) De P. Richardo Norris. cf. supra, *epist.* CCXLII.

(2) Haec omnia sunt documenta, quae a Provinciis Romam statis temporibus mitti debent ad referendum Patri Generali sive de visitatione domorum a Provinciali quotannis peracta (*Elenchi visitationum*), sive de eventibus maioris momenti ad historiam Provinciae vel domorum conscribendam (*Litterae annuae*) sive ad futuros novos Superiores seligendos (*Informationes ad gubernandum*).

logus tamen huius anni, quem Ra Va iamdudum ante 10 Ianuarii expediverat, *nondum* perlatus est ad nos ([3]).

Gratias ago Rae Vae maximas de omnibus notitiis et informationibus. Mihi ita persuasum est, quoniam ita constituit S. Pater et Fundator noster, quo accuratius in quaque Provincia servetur commercium cum Capite, eo res melius processuras ad maiorem Dei gloriam; eo vero rariori existente aut neglecto, brevi languere omnia, ut in corpore accidere solet iis membris, in quibus impedita sit communicatio, seu circulatio sanguinis et humorum.

Varia de variis nuntiis et personis.

2. — Valde grata fuit accuratissima illa notitia de sacro corpore S. Gordiani M. ([4]). Tam multa mirabilia sparsa hic fuerant!

Gavisus sum valde et gratulatus sum Rae Vae, et Provinciae et mihi, de tot novellis Sacerdotibus ([5]), quos spero et confido strenuos futuros in Domini vinea operarios. Omnibus enixe precor, ut sacrosancto munere sacerdotali ad propriam in primis sanctificationem utantur, benedicente Domino et intima pectoris quotidie magis magisque occupante.

De PP. P.... et L.... ([6]): quoniam differendos etiamnum censent Consultores, differamus. Animandi tamen sunt, et excitandi, ut in suscepto iam emendationis defectuum studio pergant, ut aliquando terminum in Societate militante attingant. Non dubito, quin utrumque Ra Va de dilationis causis *distincte* et scripto monuerit. Ita enim fieri debet in eiusmodi casibus. Frater Idle ([7]), quando ita censet Ra Va cum PP. Consultoribus, formari poterit d. 15 Aug., paterna adhortatione ad pergendum in bono non praetermissa.

De Rmo Baines ([8]) quid exspectari possit, nescio. Scio,

([3]) Catalogus annuus Provinciae Angliae anni 1835 advenit tandem : nam habetur manuscriptus in Archivo Rom. S. I.

([4]) De mira inventione et translatione huius sacri corporis S. Gordiani Martyris, cf. quae ipse P. Roothaan referebat insigni Societatis benefactrici, Ducissae Iuliae de Anhalt-Coethen, litteris d. 13 Decembris 1834 datis (*Epist. Io. Phil. Roothaan,* vol. V, pp. 812 sq.). - Cum illae litterae scriberentur antequam « accuratissima illa notitia » a Patre Provinciali confecta Romam pervenisset, fortasse in eas quaedam « mirabilia » ex tam multis quae « sparsa hic fuerant » (ut dicit P. Roothaan) irrepserunt; at etiam tunc idem Pater Roothaan prudenter haec notaverat « Elle [cette nouvelle] nous est venue de bonne source, mais pas directement à nous, de manière que nous ne pouvons pas la garantir pour tous les détails; mais cependant il n'est guère possible de douter sur le fond de l'histoire » *(Ibid.).*

([5]) Catalogos annorum 1834 et 1835 comparanti, apparet decem saltem Scholasticos sacerdotio fuisse initiatos eo temporis spatio, qui numerus pro minima adhuc illa Provincia ingens sane dici poterat.

([6]) In regesto hi duo Patres non quidem plenis nominibus, sed satis clare indicantur per primam nominum syllabam, quam nos ad solam primam litteram, caritativae reticentiae ergo, contrahendam duximus. Agitur de dilatione ab ultimis votis, seu a gradu, ut dici solet, qui est ille « terminus in Societate militante attingendus » de quo loquitur hic Pater Roothaan. — Uterque Pater, ita dilatus, anno sequenti ultima vota nuncupavit; sed primus deinde e Societate dimissus est, quam tamen postea iterum est ingressus, in eaque ad mortem usque perseveravit.

([7]) Fr. Coad. Timotheus Idle, *Angliae* (1771-1816-1855), re vera « formatus » est, id est ultima vota Coadiutoris temporalis formati nuncupavit, die 15 Augusti 1835.

([8]) Hoc nomen nullibi invenire potuimus.

eum Leodii etiam, ut antea hic Romae, multa questum esse de Nostris, a quibus se persecutionem pati dictitabat, etc.

P. Franciscus Brownbill (9), optandum sane, si fieri possit, ut Parisiis in Nostrorum Domo hospitetur. — Eiusmodi itinera, nisi quis valde spiritualis sit, solent multum nocere religioso.

De itinere ad Missiones exteras.

3. — Acceperam et ego a P. Roberto St-Léger (10) litteras ex Madras. Prosperrima usi erant navigatione. — Mihi commoda tanta et tantae lautitiae illius navigationis sollicitudinem creant. Nam *scire abundare*, ut Apostolus de se profitetur (11), difficilius est, quam scire *deficere;* quia scilicet ipsum illud *deficere* potentissimum est medium acquirendae huius *scientiae;* cum contra *scire abundare* supponit scientiam acquisitam, nempe, spiritum apostolicae *mortificationis*, sine qua, quales, quaeso, apostoli? Sed spero in Domino et confido.

Paterna adhortatio.

4. — Et quoniam hoc de argumento incidit sermo, saepe mihi in mentem venit timere, ne forte, propter ipsius regionis usum et circumstantias, minor istic usus paupertatis et mortificationis grande sit impedimentum spiritui, et ne forte propter hanc causam tanta Deus impedimenta poni permittat, Londini v. g. — Dominus enim nostra opera ad gloriam suam non indiget; sed ante omnia vult nos esse, quales ex Instituto nostro profitemur. — Verum haec ego cum dico, noli, Pater optime, contristari. Si qua adhuc deesse mihi in ista Provincia videntur, non ideo non agnosco notabilem ad meliora tendentiam et profectum. Quodsi consideremus annorum multorum calamitates, et religiosae institutionis in multis defectum, quid mirum, non omnia esse perfecta? Paulatim, paulatim, *speremus, et oremus et confidamus in Domino, et Ipse faciet* (12). Ra Va crucem suam interea portare pergat *corde magno, et animo volenti* (13).

De explicationibus datis circa puncta litterarum d. 27 Sept. gratias ago Rae Vae et Domino.

SS. SS. me valde commendo.

Angl. I, p. 53.

---

(9) P. Franciscus Brownbill, *Angliae* (1793-1813-1875): cf. *epist.* CCXL, not. 1.

(10) P. Robertus St-Léger, *Hiberniae* (1788-1807-1856), fuerat Praepositus Viceprov. Hiberniae ab anno 1830 ad 1834, eamque iterum recturus erat ab anno 1841 ad 1850. Hoc anno 1835 erat Vicarius Apostolicus Calcuttensis in Indiis. De eo multa occurrent dicenda sive hic infra (*epist.* CCLXI-CCLXIII, etc.), sive in vol. II, ubi de Missionibus.

(11) Cf. *Philipp.* IV, 12: « Scio... et satiari et esurire, et abundare et penuriam pati ».

(12) Cf. *Ps.* XXXVI, 5: « Revela Domino viam tuam, et spera in eo, et ipse faciet ».

(13) Cf. *II Machab.*, I, 3: « (Deus) det vobis cor omnibus, ut colatis eum, et faciatis eius voluntatem corde magno et animo volenti ».

CCXLVI.

Ad R. P. Richardum Norris (1), Provincialem.

Stonyhurst.

1. *Queritur de inexplicabili silentio Viceprovincialis Hiberniae.* — 2. *Rogat ut mittat aliquem Patrem in Hiberniam, qui eum nomine Generalis serio moneat et urgeat.*

Roma, 29 Augusti 1835.

Scribo hanc epistolam ad Ram Vam, ut, si qua ratione fieri possit, sollicitudini meae de Viceprovincia Hiberniae satisfaciam.

Queritur de iexplicabili silentio Viceprovincialis Hiberniae.

1. — Ex quo R. P. Kenney (2) Viceprovincialis munere illic fungitur post P. Roberti St-Léger discessum (3), id est, ab anno integro ac tribus insuper quatuorve mensibus, nullas ego litteras ab illo P. Viceprovinciali accepi, nec fere a quoquam alio ex illa Viceprovincia, nisi identidem ex Collegio Tulliolano (4). Quid causae subsit, ego ne suspicari quidem possum. Pluries ego ad eumdem P. Viceprovincialem scripsi, de tam diuturno silentio cum illo expostulans (5). *Nullo* adhuc *responso* tot meas litteras ille *dignatus est;* nam omnes illas epistolas meas periisse, aut eius ad me responsa interiisse, quis credat? praesertim cum alias epistolas ultro citroque missas pervenisse constet. Egone solus adeo infelix, ut epistolae ad unam omnes intereant?

---

(1) De P. Richardo Norris, cf. *epist.* CCXLII, CCXLV.

(2) P. Petrus Kenney, *Hiberniae* (1779-1804-1841), egregius sane vir et eloquentiae talento insignis, fuerat Superior Missionum Hibernicarum, et qua talis anno 1829 in Congregationem Generalem XXI, a qua electus est Praepositus Generalis P. Roothaan, admissus est (cf. *Instit. S. I.*, vol. II, pag. 477, C. G. XXI decr. 3). Tam in Congregatione quam postea, cum P. Generali studiose egit de negotiis Societatis in Hibernia obtinuitque ut eo ipso anno 1829 exeunte nova Viceprovincia Hiberniae erigeretur, cuius ipse renuntiatus est primus Praepositus. At mox, regimine Viceprovinciae Patri Roberto St-Léger transmisso, in Americam Septentrionalem venit illarum Missionum Visitator. Cum vero P. Robertus St-Léger in Indias a Sacra Congregatione de Propaganda Fide missus est, P. Kenney iterum Praepositus Viceprov. Hiberniae est constitutus (1834-1836), ac demum Rector seu Superior Collegii et Residentiae Dublinensis ad S. Francisci Xaverii. Anno 1841 cum Romam venisset pro triennali Congregatione Procuratorum, hic pie obiit die 19 Novembris. Cf. [Albers], *Liber saecularis hist. S. I. ab anno 1814 ad 1914*, Romae, Typis Vaticanis, 1914, pp. 81-84, 88, 183; Sommervogel, IV, 1001 et sq.

(3) Cf. *epist.* praeced., not. 10.

(4) *Tulliolanum Collegium* erat una ex praecipuis domibus Viceprovinciae Hiberniae, in loco *Tullabey* prope urbem *Tullamore* sita, unde nomen accepit. Etiam nunc floret. Cf. infra, *epist.* CCLXI.

(5) In regesto Prov. Hiberniae inde ab anno 1830 plures exstant huiusmodi litterae ad Patrem Kenney datae, in quibus idem questus recurrit: hoc silentium inexpugnabile fuisse dixeris! Optimus nempe P. Kenney disertissimus erat orator et strenuus operarius, sed tardus admodum scriptor. V. infra, *epist.* CCLXV-CCLXVII.

2. — Quid ergo sit, scire vehementer cupiens, Rae Vae rogo, ut vel Patrem illum qui ex ista Provincia Procurator electus (5) ad nos venturus est (et hoc quidem praeplaceret, cum sic ex oculato teste aliquid de Hibernia rescirem) vel, si id Rae Vae accideret incommodius, alium ex istius Provinciae Anglicanae Patribus Dublinum mittat, vel ubicumque demum P. Kenney versatur, eumque meis verbis interroget: *Quid rei sit? quae causa talis ac tam longi silentii? Edicat, an ergo Viceprovincia Hiberniae non erit amplius membrum Societatis? Aut membrum erit, omni communicatione cum Capite orbatum? An demum, officii pertaesus, alium sibi suffici in gubernanda Viceprovincia, velit? Verum, si hoc cupiat, an ipsi videatur isto modo recte ac religiose intentum eiusmodi suum persequi?* Ista, nunc quidem, cum solo P. Kenney, ceteris insciis, Pater ille, qui mittetur, pertractet. — Praetextu illuc eundi uti poterit, v. g. ut a P. Kenney ipso accipiat deferenda ex Viceprovincia Hiberniae, quae ad proximam Congregationem Procuratorum deferri Romam debent.

Rogat ut mittat aliquem Patrem in Hiberniam, qui eum nomine Generalis serio moneat et urgeat.

Nihil aliud in hisce litteris ad Ram Vam scribo, quia hae ipsae litterae ad P. Kenney deferendae sunt, eique ipsi *soli* exhibendae.

SS. SS. me commendo.

Angl. I, p. 62.

CCXLVII.

Ad R. P. Iosephum Tristram (1),
Superiorem Residentiae S. Georgii.

[*Worcester*] (2).

1. *Gratias agit de bonis nuntiis.* — 2. *Dolet de morte eius fratris.* — 3. *Gaudet de Provinciae incremento.*

Roma, 19 Martii 1836.

1. — Gratissimae fuere mihi litterae, quas Ra Va pro suo munere die 20 Ianuarii ad me dedit. Gratiasque ago maximas de notitiis datis de Nostrorum istic religiosa vivendi ratione,

Gratias agit de bonis nuntiis.

(5) Eo anno conventuri erant Romam omnes Procuratores, singuli a singulis Provinciis electi, pro triennali Congregatione Procuratorum. Ab Anglia autem hac vice electus est Procurator P. Ioannes Bird, de quo cf. infra, *epist.* CCXLIX.

(1) P. Iosephus Tristram, alio nomine Cross, *Angliae* (1766-1803-1843), fuerat *Rect. Coll. Saxosylvensis* (Stonyhurst) ab anno 1819 ad 1829; deinde *Mission. Apost.* in Worcester. In catalogo autem huius anni 1836 indicatur *Sup.* Collegiorum Immaculatae Conceptionis et S. Francisci Xaverii (non dicitur quo loco, sed probabiliter in urbe Liverpool). et simul *Sup.* Resid. S. Georgii (Worcestriae) a die 28 Iulii 1832, itemque *Mission. Apost. in Worcester.* Ab anno 1837 ad mortem usque, erat *Mission. Apost.* apud Newhall.

(2) In regesto non indicatur locus, sed probabilius epistola missa est Worcestriam, ubi P. Superior Residentiae S. Georgii plerumque degebat: vide notam raeced.

ac fructuosis laboribus. Augeat Dominus in omnibus Nostris spiritum, et laborum augeat fructus in vitam aeternam.

Dolet de morte eius fratris.

2. — *Messis multa,* o Pater, *et operarii pauci.* Utinam immortales essent operarii strenui! Qualem se Ra Va praestitit, et praestat; qualem se praestitit bonae memoriae Frater Rae Vae, laborum Societatis socius, deque ea tam bene meritus (3). Certe P. Provincialis (4) non defuerit iis, quae gratus animus a Nostris postulabat; atque ego etiam viri optimi animam in Sacrificiis commendavi et commendo. R. I. P.

Gaudet de Provinciae incremento.

3. — Quod Ra Va scribit de Patris Provincialis zelo, id mihi quidem etiam solatio maximo est. Video Provinciam istam in dies progredi ad meliora. Dominus perficiat opus suum! Magnum Patribus nostris istic excitamentum esse debet tam *ampla messis,* quae ipsis non in Anglia modo, sed et in regionibus extra Europam sitis sub Anglorum dominio iamiam *albescit.*

SS. SS. me valde commendo.

Angl. I, p. 117.

CCXLVIII.

Ad R. P. Thomam Brownbill (1),

Rectorem et Magistrum Noviciorum.

Stonyhurst (2).

1. *Gratias pro litteris acceptis.* — 2. *Gratulatur de felici statu Noviciatus et laudat prudentiam in Noviciis ad vota admittendis.*

Roma, 10 Iulii 1838.

Gratias pro litteris acceptis.

1. — Respondeo ad carissimas litteras Rae Vae d.d. 24 Iunii, quas uti et illas praecedentis trimestris rite suo tempore accepi et de quibus gratum in primis animum meum Rae Vae significandum habeo.

---

(3) Rev. D. Ioannes Tristram, sacerdos saecularis, per plures annos in nostris ipsis catalogis indicatur ut adiutor Patrum Societatis hoc titulo: *Mission. Apost. apud Spinkhill.*

(4) Is erat tunc R. P. Richardus Norris, de quo cf. *epist.* CCXLII, CCXLV, CCXLVI.

(1) Cf. *epist.* CCXL et CCXLIV.

(2) Ita in regesto; Domus quidem probationis erat in loco *Hodder,* qui tamen haud longe distat a Stonyhurst.

2. — Gratulor dein Rae Vae et Provinciae isti de felici statu tirocinii (3), valdeque approbo quod non ita festinet ad admittendos ad vota iuvenes de quorum aptitudine aut bona voluntate necdum bene constat. Nihil iuvenibus quibusdam magis nocet, quam si ipsi deprehendant vel solum suspicentur suum in Societatem ingressum valde a Superioribus desiderari sive propter singularia talenta, sive ob natalium conditionem; nihil aeque illis nocet. Nihil magis illis persuasum esse debet nisi quod Societas aliis non indiget alumnis quam qui bonae in primis sint voluntatis, aptique ad verum illius induendum spiritum; quae animi dispositio ubi deest, cetera omnia, scientia, nobilitas, divitiae, parentum auctoritas et nomen magnum, nocent potius quam prosunt, plerumque etiam incommoda gravissima generare solent.

Gratulatur de felici statu Noviciatus et laudat prudentiam in Noviciis ad vota admittendis.

Commendo me SS. SS.

Angl. I, p. 117.

CCXLIX.

Ad R. P. Ioannem Bird (1),
Provincialem.

Stonyhurst.

1. *Dolet de gravi quodam defectu cuiusdam Patris.* — 2. *Quantum hi defectus impedire possint bonum animarum in Anglia!*

Roma, 29 Decembris 1838.

Cum Ra Va has meas accipiet, iam P. Procurator Provinciae (2) reversus in Provinciam, plura hinc tum scripta tum oretenus dicta communicaverit. — Patrem Chadwick (3) retinendum potius existimavimus pro re Calcuttensi.

(3) Numerabantur tunc 20 Novicii Scholastici in Domo Hodderana, numerus haud sane spernendus pro tam parva adhuc Provincia. Sed fortasse Pater Roothaan magis gratulatur de « felici statu » spirituali, quam de solo numero.

(1) P. Ioannes Bird, *Angliae* (1783-1803-1853), plures annos impendit in labores apostolicos in urbe Preston, cuius Residentiae S. Wilfridi annis 1832-1834 praefuit. Ab anno 1834 Socius fuit Praepositi Provincialis P. Richardi Norris, cui anno 1838 successit in regenda Provincia per triennium. Tum Rector fuit Collegii S. Aloisii Prestonensis (1841-1844), Operarius variis locis, ac demum Rector S. Georgii Worcestriae, ubi et mortuus est.

(2) Illo anno 1838 habita erat Romae diebus 16-19 Novembris triennalis Congregatio Procuratorum, ad quam missus fuerat ab Anglia ut Procurator Provinciae P. Richardus Norris (de quo cf. *epist.* CCXLII etc.), qui paulo ante munus Praepositi Provincialis deposuerat.

(3) P. Franciscus Chadwick, *Angliae* (1801-1818-1857), ab anno 1834 in Indiis versabatur. In catalogo sequentis anni (1839) indicatur Romae commorans: sed ineunte anno 1840 Calcuttae degebat, cuius Missionis anno 1842 indicatur Superior. In Provinciam dein revocatus, variis sacris ministeriis operam dedit. Obiit Oxoniae (Oxford).

Dolet de gravi quodam defectu cuiusdam Patris.

1. — Ad Rae Vae litteras d.d. 29 Novembris quid dicam? De P. P..... [4] sane doleo summopere. Utinam saltem monita, quae R. V. dedit, effectu non careant! Mala sunt ista sane gravissima, et gravitatem notabiliter auget tempus hoc, in quo tantae spes rei bene gerendae ad religionis incrementum operarios omnes officii sui admonere deberent, ut caverent ne ipsi divino operi impedimenta ponerent; quod certe *grande piaculum* haberi debet, ac *terribili Dei iudicio vindicandum*. Hanc, quaeso, observationem facere, et illi Patri, et si quis alius forte indigeat, ne omittat.

Quantum hi defectus impedire possint bonum animarum in Anglia!

2. — Deus bone! Fervere spiritu omnes in Anglia sacerdotes deberent hoc tempore, ut divinae Misericordiae opus urgerent; et Nostri... Ignatii filii... et filii tantorum in ipsa Anglia Patrum...?! Vel unus ex Nostris, qui ita offensioni sit, in causa esse potest, cur Deus tam multa impedimenta, quae ab iis qui minime deberent obiiciuntur, permittat. — Uno verbo, sint Nostri ita animati, ut Societatis homines decet, et ego non dubito, quin impedimenta, quae extrinsecus adhuc nobis obiiciuntur, removeantur, idque fors citius eveniret, quam quisquam sperat, si tamen in nobis ipsis impedimenta non sint [5].

Velim Ram Vam tempestive aliquid innuere de futuro P. Rectore Collegii Stonyhurstensis [6], et mentem suam aperte mihi explicare, quemnam scil. prae ceteris idoneum fore existimet. De Calcuttensibus sociis, mittendis scilicet, alias.

SS. SS. me commendo.

Angl. I, p. 124.

---

[4] Agitur de eodem Patre, de quo in nota 6 *epist.* CCXLV.

[5] Similia habentur in *epist.* CCXLV, d. d. 21 Martii 1835 ad praecedentem Provincialem P. Richardum Norris: vide supra, pag. 425, num. 4.

[6] Habebatur tunc in illo tanti momenti Collegio solum Pro-Rector, P. Iacobus Brownbill (cf. *epist.* CCXL n. 1 et CCLXI), cui anno 1839 suffectus est, item Pro-Rector, P. Franciscus Daniel (1798-1816-1869): Rector pleni nominis nonnisi ab anno 1845 (in catalogo anni 1846) indicatur, P. Richardus Norris (de quo cf. *epist.* CCXLII, n. 1).

CCL.

AD R. P. IOANNEM BIRD ([1]),

Provincialem. *Stonyhurst.*

1. *Laetus nuntiat plenam in melius mutationem cuiusdam Patris tertiam probationem agentis. — 2. Eum ad Missionem Madurensem vera vocatione impelli non dubitat. — 3. Id illi Missioni multum profuturum sperat.*

Roma, 19 Decembris 1840.

Laetus nuntiat plenam in melius mutationem cuiusdam Patris tertiam probationem agentis.

1. — Litteras accepi a P. Clifford ([2]), modo tertium annum Probationis agente in Lugdunensi ([3]), quae me ingenti fuere solatio. Vere videtur *facta esse manus Domini super eum*, ita quidem ut qui ab aliquot annis filius dolorum fuit et multi timoris ac sollicitudinis ingentis ([4]), iam totus in alium mutatus plurima eaque egregia sperare iubeat. Omnem animum suum mihi exposuit, et quae secum acta sint in Exercitiis menstruis. Benedictus Deus! Quae ipse de se scribit generosae non emendationis modo, sed vitae plane novae in Christo, eadem ex iis, quae scribit P. Instructor ([5]), confirmata [sunt]. — Haec solatio maximo et Rae Vae erunt procul dubio.

Eum ad Missionem Madurensem vera vocatione impelli non dubitat.

2. — Sed fortasse Rae Vae solatium aliquo dolore miscebitur, cum accipiet eumdem Patrem singulari vocatione divina, cuius signa mecum communicata mihi quidem dubitationem excludunt, impelli ad petendum, et petere revera instanter Missionem in Maduré. Neminem hominum hanc ei cogitationem iniecisse, nec directe nec indirecte, persuasum mihi est. Nec vero quisquam de hoc cogitare ausus esset. Neque ego ausus essem vel cogitare, et si, qualis erat prius, vel e longinquo desiderium talis Missionis manifestasset, ut illusionem explosissem. At vero, eiusmodi sunt novae istae gratiae, ut mihi de divina voluntate dubium non sit, et omnino sperem et confidam huic eum voluntati divinae et vocationi fideliter obsecuturum.

([1]) Cf. epist. praeced.

([2]) P. GUALTERUS CLIFFORD, *Angliae* (1804-1823-1844), post sacerdotium, docuerat philosophiam in Seminario Stonyhurstensi; hoc anno 1840 missus erat in Domum Lalovescanam tertiae probationis Prov. Lugdunensis apud Sanctuarium « Notre Dame d'Ay » haud longe a sepulchro S. Ioannis Francisci Regis. Quantum Pater profecerit in illa « schola affectus » apparet ex hac et sequenti epistola Patris Roothaan. In Indias ineunte anno 1841 re vera missus est, at triennio post, in aquis fluminis Cavery apud Trichinopolim, ex infortunio periit, die 21 Maii 1844, quadragesimo aetatis anno vix expleto. Cf. SOMMERVOGEL, II, 1242.

([3]) In *Provincia* Lugdunensi: cf. notam praeced.

([4]) Non constat quaenam tantae sollicitudinis et tot dolorum causa fuerit: probabiliter quidam notabilis defectus spiritus religiosi vel quid simile. Ex catalogis apparet ei dilatum fuisse sacerdotium, quod non in fine tertii anni theologiae, ut solet, sed post expletum totum cursum studiorum suscepit. Sed feliciter postea hos defectus reparavit et tempus instanter operando redemit.

([5]) Instructor tertiae probationis Lalovescanae erat vir prudentia et pietate clarus, P. SEBASTIANUS FOUILLOT, *Lugdunensis* (1798-1816-1877). De eo cf. *epist.* LX.

d illi Missioni multum profuturum sperat.

3. — Quid ad haec Ra Va? — Ergo, quae Provincia *spinae puncturas,* acutas sane, toleravit diu, iam *rosae* suavi odore non delectabitur? — Quid vero? Si hac via vocet Deus? — Equidem timerem vehementer, ne si obsisteremus, pro *rosa* denuo *spinam* habere nos ingemiscere cogeremur. Erit vero unus P. Anglus in illa Missione (6) fortasse totius Missionis, Deo sic disponente, non mediocre fulcimentum; erit etiam aliqua Gallis compensatio pro iis Patribus qui ex Gallia in Anglicae Provinciae Missionibus exteris, Calcuttae et in Iamaica, operam navant. Sed omnes istae considerationes numquam de P. Clifford in Maduré mittendo vel cogitationem minimam iniecissent, nisi divina Bonitas ipsa, miro sane suae providentiae ductu, *sic* vocaret ipsum, et *sic* voluntatem suam manifestaret.

Intelligo, Patrem Provincialem Galliae timere (7), ne Ra Va offendatur; sed ego id non timeo, et Patri Clifford respondebo, ut quae ad me scripsit, ingenue etiam cum Ra Va communicet (8).

Per se intelligitur, de solo P. Clifford ad Missionem illam destinando, cetera eius ut sunt, ita esse et mansura Anglicae Provinciae attributa (9).

SS. SS. me impense commendo, faustissima precans festa natalitia, et beatissima in Domino.

Angl. I, p. 158.

CCLI.

Ad R. P. Gualterum Clifford (1).

[*La Louvesc*] (2).

1. *Gratulatur de salutari eius mutatione.* — 2. *Suadet ut suo Provinciali rem totam manifestet.* — 3. *Normas tradit ad divinam vocationem sanctius sequendam.*

Rome, 21 Décembre 1840.

Gratulatur de salutari eius mutatione.

1. — Votre bonne lettre, mon cher Père, m'a singulièrement consolé et édifié. Vous avez très bien fait de me

(6) Cum tota illa Missio, in regionibus ditioni Anglicae subiectis sita, commissa esset solis Patribus Gallis, facile apparet, vel *unum* Patrem Anglum re vera « non mediocre fulcimentum » totius Missionis fore, iure sperari posse.

(7) Ita legitur in regesto, sed legendum videtur *Lugdunensem,* nam pristina *Provincia Galliae* iam erat tunc ab aliquot annis divisa in duas Provincias, *Franciae* et *Lugdunensem*; ab hac autem pendebat Missio Madurensis. Praepositus Prov. Lugdunensis tunc erat R. P. Ludovicus Maillard, de quo cf. epist. LXX, n. 1.

(8) Vide epist. sequentem.

(9) Haec « cetera » videntur esse bona temporalia ipsi obvenientia et ab ipso renuntiata in favorem suae Provinciae: cf. epist. seq., num. 3.

(1) De P. Gualtero Clifford deque toto negotio hac epistola contento, cf. epist. praeced., cuius haec est complementum.

(2) In regesto non indicatur locus, sed certe tunc P. Clifford in Domo probationis Lalovescana, apud Sanctuarium « Notre Dame d'Ay », versabatur: cf. epist. praeced.

donner des détails. Vraiment, d'après tout ce que vous me dites, mon bon Père, je ne puis ne pas dire: *Factus est Spiritus Domini super te!* (3). Et je me garderai bien de m'opposer le moins du monde aux desseins de sa miséricorde. Je craindrais de faire tort à la bonté divine, et de vous exposer vous-même aux plus grands dangers, si je ne secondais pas de mon côté ces opérations de la grâce. Et vous, mon cher Père, tâchez de conserver avec fidélité ce don bien insigne du Seigneur, et efforcez-vous d'y correspondre *in spiritu humilitatis et in animo contrito* (4), en pensant souvent: *unde hoc mihi?!* (5). Puis ayez grande confiance dans le secours de Dieu: *qui coepit ipse perficiet* (6).

2. — Maintenant, écrivez vous-même au P. Provincial d'Angleterre (7). Moi de mon côté, je viens de le faire (8), et je suis persuadé que lui non plus ne fera aucune opposition, bien qu'il soit tout naturel qu'il doive regretter de vous perdre pour la Province, à présent qu'elle pourrait espérer d'avoir en vous un ouvrier zélé et solidement religieux. Mais ce que le bon Dieu prend, Il le rend au décuple, au centuple. A. M. D. G.!

Suadet ut suo Provinciali rem totam manifestet.

3. — Je vous avoue ensuite, que j'aimerais mieux, si cela n'est pas absolument nécessaire, que vous ne retourniez plus en Angleterre. Si cependant c'était nécessaire, patience! — Quant aux intérêts temporels, ce que vous avez destiné pour la Compagnie, c'est à la Province d'Angleterre que cela doit rester, conformément à l'Institut (9). Quant à vous, *sequere Iesum nudum nudus.* — Ce que la convenance demande que vous fassiez envers vos parents, faites-le par lettres.

Normas tradit ad divinam vocationem sanctius sequendam.

Adieu, mon bon Père. — Je prie le Seigneur qu'il conserve et confirme et accroisse en vous les dons de sa grâce, et me recommande à vos SS. SS.

Angl. I, p. 159.

---

(3) Innuitur ad frequentem similem locutionem Prophetarum in Sacra Scriptura.

(4) Ex Missali Rom. post Offertorium; cf. *Dan.* III, 39: «... in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur».

(5) Cf. *Luc.*, I, 43.

(6) Cf. *Philipp.*, I, 6: « qui coepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu ».

(7) Is erat R. P. IOANNES BIRD, de quo cf. epist. praeced.

(8) Scripserat ante duos dies, die 19 Decembris 1840: vide epistolam praecedentem.

(9) Bona temporalia, de quibus ante ultima vota facienda est renuntiatio, non sequuntur renuntiantem de loco in locum, sed manent domui vel operi cui fuerint applicata: cf. *Epit. Instit.*, nn. 481-490.

CCLII.

Ad R. P. Ioannem Bird [1], Provincialem.

Stonyhurst.

1. *Gratias agit de P. Clifford Missioni Madurensi concesso.* — 2. *Quid de quodam olim Nostro, Societatem iterum ingredi flagitante?* — 3. *De pietate etiam externa erga B. V. Mariam impensius promovenda.*

Roma, 6 Martii 1841.

Gratias agit de P. Clifford Missioni Madurensi concesso.

1. — Quod de P. Clifford missione in Maduram [2] Ra Va cum PP. Consultoribus tam pronis animis responderit, gavisus sum valde et gratulatus sum. Et sane non dubito, quin hoc sacrificium divinae Bonitati lubenti voluntate factum Dominus isti Provinciae compenset. — Iam ille Pater cum sociis profectus est. Compleat Dominus quod ipse coepit opus!

Quid de quodam olim Nostro, Societatem iterum ingredi flagitante?

2. — Noster olim D. P..... [3] lamentabilem ad me scripsit epistolam, quod nimis rigide accepta fuerit eius illa culpae qualiscumque confessio; et quod adeo ad otium stricte gerendum coactum se videat; dolet Societatem a se amissam, etc. Equidem, quid ipsi respondere possim, non satis scio. — Quid, quaeso, Ra Va et PP. Consultores sentiunt?

De pietate etiam externa erga B. V. Mariam impensius promovenda.

3. — Quaedam in ephemeridibus leguntur, quae sollicitudinem faciunt de Nostrorum in Hibernia proin et in Anglia conservatione. Videtur recrudescere adversariorum odium. Mihi illud occurrit, ut quam possim maxime commendem devotionem et fiduciam erga Illam, cui dicitur: *Gaude, Maria Virgo, cunctas haereses sola interemisti in universo mundo* [4]. Mira sunt, quae ab associatione Parisiis instituta in honorem SSmi Cordis V. M. pro *conversione peccatorum* obtinentur plane prodigia gratiarum! [5]. Timeo, ne etiam Nostri in Anglia parum bene consulant sibi reique catholicae, dum quodam vano timore et humano respectu, velut in gratiam protestantium, ab iis publicis in ecclesia, aut etiam domi, demonstrationibus erga Beatissimam Virginem abstinent, quae inter Catholicos alibi vigent, et in ipsa etiam Anglia, in

---

(1) Cf. *epist.* CCL.

(2) Cf. *epist.* CCL, CCLI.

(3) Agitur de illo Patre P..., de quo in nota 6 ad *epist.* CCXLV. — In Societatem iterum receptus est (quod raro admodum evenit), et in Societate pie obiit anno 1870.

(4) Cf. *Breviarium Rom.*, in Officio B. M. V., III Noct., antiph. 1.

(5) Innuit ad Consociationem Purissimi Cordis B. M. V. a Rev. D. Renato Dufriche des Genettes Parisiis in templo Dominae Nostrae a Victoriis institutam, quam Pater Roothaan magni faciebat. Cf. Pirri, *P. Giov. Fil. Roothaan*, pp. 496 et sq. — Nonnullae exstant epistolae a P. Roothaan Domino des Genettes missae: cf. *Epistolae Io. Phil. Roothaan*, vol. V., *epist.* CCCLXV-CCCLXVIII.

Missionibus istis, paucis abhinc annis vigebant; v. g. recitabatur *Ave Maria* ante contiones; Litaniae recitabantur ante Missam, etiam diebus Dominicis. Quidni exponatur B. V. Imago cum ardenti lampade? etc. Non utique omissione piarum consuetudinum Romanae Ecclesiae alliciendi sunt protestantes (quasi fateremur iustas esse ipsorum criminationes), sed legitimus Ecclesiae usus explicandus et commendandus. Ego certe in Virgine Matre, ut pro Ecclesia et Societate universa, ita et pro Anglia, spem omnem repositam habeo, quia per Ipsam Dominus nobis omnibus erit propitius. Velim, hoc punctum Ra Va serio recogitet. Nollem sane ex hoc defectu detrimenta manasse, quae Provincia hisce annis facere visa est [6].

SS. SS. me impense commendo.

Angl. I, p. 160.

CCLIII.

AD R. P. ANDREAM BARROW [1],

Rectorem Collegii.

Stonyhurst.

1. *Gaudet de profectu spirituali quorundam e Nostris.* — 2. *FF. Coadiutores vere ut Fratres tractandi.* — 3. *Exquisitior vestium cura moderanda.* — 4. *De exstructione Collegii.*

Roma, 31 Maii 1843.

Gaudet de profectu spirituali quorundam e Nostris.

1. — Respondeo ad carissimas litteras Rae Vae, quas suo tempore rite accepi. Congratulor in primis Rae Vae de felici mutatione quam in nonnullis Patribus tum SS. Exercitia, tum gradus susceptio effecerunt; de Magistris Scholasticisque bene etiam speremus, modo Pater Spiritualis et ipsa quoque Ra Va pergant illos diligenter suaviterque in spiritu excolendo. Idem quoque de alumnis pro illorum modulo et mensura.

---

(6) *Detrimenta ... facere,* non ita intelligi debet quasi Provincia detrimenta afferret alicui; sed sermo est de quibusdam defectibus in disciplina etc. et minore fortasse fructu in ministeriis apostolicis. Nam ita sumitur vox « detrimentum » in Instituto et Congregationibus Generalibus Societatis.

(1) P. ANDREAS BARROW, *Angliae* (1804-1821-1865), Rector fuit Collegii Stonyhurstensis ab anno 1842 ad 1845; reliquo vitae suae tempore, plerumque sacris ministeriis ut *Operarius* seu *Missionarius* addictus est; plures annos fuit etiam *Consultor Provinciae.*

FF. Coadiutores vere ut Fratres tractandi.

2. — Quoad FF. Coadiutores, quos Ra Va in omnibus aequalitatem cum ceteris affectare exponit, inde id provenire existimo quod, sicut ex nonnullis intelleximus, non ut Socii Fratresque, immo filii eiusdem Matris, sed veluti famuli hucusque fere habiti fuerunt; id quod ab universali Societatis more alienum est. Circa cibum potumque nullum debet esse inter Nostros discrimen; circa vestitum et suppellectilem ipsae Regulae discrimen aliquod ponunt, sed tale quod nec munditiem nec decentiam offendat (2).

Exquisitior vestium cura moderanda.

3. — Uti scribo ad P. Provincialem (3), Fratrum vestitus et suppellex non adaequanda sunt ad ea quibus nunc utuntur Patres et Scholastici; sed hos inter et illos media via tenenda est. In Patribus vestitus ratio nimis ad mundanum ritum, ad affectatam munditiem composita est. Mundities nobis in regulis commendatur, haec autem tantam in laneis lineisque subtilitatem ac tot mutatoria non exigit. Amici etiam saeculares dolent Nostros istic non satis distingui a saeculari Clero, qui magnam partem mundanas vanitates moresque nimium aemulantur. — Quoad recreationes, per se patet Fratres non esse omnino aequiparandos Scholasticis, qui mentalibus passim exercitiis intenti frequentiori levamine indigent.

De exstructione Collegii.

4. — Quoad constructiones Collegii, non dubito quin cum P. Provinciali et Consultoribus fuerint diligenter discussae quo ex Societatis usu solide et ad usum convenienter fiant et pro mensura facultatum, ne *debita* ultra vires contrahantur (4).

Fr. Timotheus Mulheran Missiones exteras petit; placet petitio, sed pergat in virtutibus solidari; servabitur interea petitionis memoria (5).

Commendo me SS. SS.

Angl. I, p. 189.

---

(2) De peculiari amore Patris Roothaan erga Fratres Coadiutores vide *epist.* CCXVI, n. 1.

(3) Is erat tunc R. P. Ranulphus Lythgoe, *Angliae* (1793-1812-1855), qui Provinciam Angliae gubernavit annis 1841-1847. Tam ante quam post provincialatum Rector fuit vel Superior.

(4) Quantum P. Roothaan abhorreret ab aere alieno contrahendo, iam pluries notavimus: cf., v. g., *epist.* CCIX et CCXXIII.

(5) Fr. Coad. Timotheus Mulheran, *Angliae* (1808-1835-1874), Missiones non adiit, sed in Provincia remansit.

CCLIV.

Ad R. P. Georgium Connell ([1]),

Rectorem.

Hodder.

1. *Gaudet de pietate ibi vigente erga SS. Corda Iesu et Mariae.* — 2. *De quodam iuvene ex haeresi converso in Societatem admisso.*

Roma, 14 Augusti 1844.

1. — Litterae, quas Ra Va d. 28 Apr. et Iul. ad me dedit, rite advenerunt; ex quibus magno meo gaudio intellexi, Novicios nostros vere in spem Societatis adolescere. Foveat eos divina gratia, et maturescere faciat ad uberrimos fructus afferendos. Quod Ra Va felicem progressum eorum favori SSmi Cordis Iesu et Mariae attribuit, id mihi argumento est, cultum hunc inter vos vigere, quod mihi gratissimum esse non ignorat Ra Va. Illis et Nostris, qui inter heterodoxos vivunt, singulari ratione utraque haec devotio colenda est.

Gaudet de pietate ibi vigente erga SS. Corda Iesu et Mariae.

2. — Scripsit Ra Va de iuvene Germano, qui abiurata haeresi Societatem ingressus est; sed non possum, quin Rae Vae in eo dirigendo magnam cautionem commendem ([2]). Multa experientia in variis Provinciis facta nobis constat, eiusmodi neophytos, maxime Germanos, multum negotii facessere. Ad exaltationem proni, omnia solent phantasia metiri, et vitam spiritualem non tam simplici corde, quam exstica ([3]) cogitatione amplecti. — Raro etiam intellectum sciunt subicere. — Magis placuisset, si ille in saeculo diutius probatus esset. Probetur saltem eo melius in Noviciatu antequam ad vota admittatur.

De quodam iuvene ex haeresi converso in Societatem admisso.

Gratias ago pro notitiis de Collegio datis, quibus suo tempore utar.

Commendo me SS. SS.

Angl. I, p. 222.

([1]) P. Georgius Connell, *Angliae*, sed gente Hibernus (1800-1818-1853), erat Rector et magister Noviciorum in Domo Hoderrana a die 12 Martii 1842. Anno 1845 in insulam Melitam missus est, ibique *Superior* illius inchoatae *Missionis* (ut tunc dicebatur) eam promovit, donec fractis viribus Stonyhurst anno 1849 rediit, ubi paucis post annis mortuus est, die 29 Martii 1853.

([2]) Videtur agi de Friderico Müller (1816-1844-...), ingresso die 30 Apr. 1844, quem in catalogis Angliae invenimus usque ad annum 1854: postea, iam sacerdos ab aliquot annis, sed nondum ad ultima vota promotus, e catalogis evanescit, e Societate nempe dimissus.

([3]) Ita clare legitur in regesto, sed certo certius est error amanuensis: fortasse legendum « exstatica » (?).

CCLV.

Ad R. P. Andream Barrow (1), Rectorem Collegii.

1. *Laudat eius sollicitudinem de vita spirituali subditorum.* — 2. *Natu vel gradu maiores ceteris praeire debent exemplo regularitatis.* — 3. *Quaedam Patri Provinciali praestanda committit.*

Roma, 14 *Septembris 1844*.

Laudat eius sollicitudinem de vita spirituali subditorum.

1. — Accepi binas litteras Rae Vae d.d. 17 Maii et 24 Augusti pro quibus gratias ago. Est mihi non mediocri solatio, Rae Vae sollicitudinem de Nostrorum vita vere religiosa et spirituali animadvertere; quantopere autem cum Ra Va doleam, quod non omnes ipsius studio respondent, non est cur pluribus dicam. Commendavi R. P. Provinciali (2), ut Ram Vam adiuvaret; interea repeto, quae nuper scripsi (3), rogans ne Ra Va deficiat animo; insistat apud Deum pro obtinendis maioribus gratiis, et suos paterna charitate constanter iuvare conetur.

Natu vel gradu maiores ceteris praeire debent exemplo regularitatis.

2. — Curet vel maxime, ut natu maiores et praecipue qui aliquam auctoritatem in ceteros habent, exemplo vitae religiosae praeluceant; et quoniam nuper ex aliquo dubio nobis proposito cognovi, in ista Provincia maiores natu, Professos etc. in nonnullis rebus a disciplina religiosa eximi, hoc Ra Va, rogo, ne ullo modo permittat. Non novit Societas talia privilegia; nec ipsi Superiores sibi illa arrogare debent. Si valetudinis vel urgentis negotii gratia nonnunquam exemptio facienda videtur, haec sane non aetati aut muneri aut meritis, sed necessitati conceditur, nec minus iunioribus et Fratribus, quam reliquis.

Quaedam Patri Provinciali praestanda committit.

3. — Etiam quae de refectorio et de studiis scripserat Ra Va commendavi R. P. Provinciali; quod vero ad Patrem attinet, qui germanicae linguae gnarus sit, idem R. P. Provincialis cum Praeposito illius Provinciae agere debet, ex qua talem socium desiderat accipere.

Confidat Ra Va in Deo, et fortiter agat: Deus prope est iis, qui tribulato sunt corde. Tantum ne excedat in sollicitudine!

Commendo me SS. SS.

Angl. I, p. 225.

---

(1) Cf. *epist.* CCLIII.

(2) R. P. Ranulpho Lythgoe; cf. *epist.* CCLIII. not. 2.

(3) Epistola in qua huiusmodi commendationes inveniantur, nulla alia habetur in regesto nisi sub die 4 Decembris 1843, id est novem mensibus ante hanc epistolam; itaque illud « nuper » late sumi debet, nisi fortasse agatur de alia recentiore epistola in regestum non inserta.

CCLVI.

AD R. P. IACOBUM BROWNBILL (1),
Rectorem Collegii S. Ignatii (2).

London.

1. *Gaudet de rei catholicae progressu in Anglia.* — 2. *Quid a Nostris praestandum.*

Roma, 29 Novembris 1845.

Rae Vae litterae die 24 Iulii et 20 Octobris datae, tempore advenerunt.

1. — Non est, cur dicam, quanta animi voluptate perlegerim, quae Ra Va de felici rei catholicae progressu retulit (3). Certe digitus Dei est hic! Et quoniam divina Providentia singulari modo regno Angliae succurrere videtur, utinam Nostris contingat, illud, quod et Praecursor Domini et ipse Christus non cessabant clamare, Anglis efficaciter persuadere: « Poenitentiam agite, appropinquavit enim Regnum coelorum » (4). Gaudet de rei catholicae progressu in Anglia.

2. — Ut hoc coeleste Regnum veniat, avellendus animus ab huius vitae non bonis tantum, sed etiam commodis. Et certe S. Ioannes exemplo magis etiam quam verbis docuit, quomodo Domini viae parandae! in quo nos praeclare informat ad vitam vere apostolicam. Docemur enim ab ipso Christo, ideo populos ad Ioannem exiisse, quod vitae eius puritatem et rigorem poenitentiae admirabantur (5). Rogo igitur Ram Vam ut Nostros, quandocumque occasio se obtulerit, ad hoc hortetur. ut exemplo prius et deinde verbo doceant terrestria despicere et desiderare coelestia. Anglicanum illud *confortable* non exiguum [opponit] operi divino impedimentum (6). Quid a Nostris praestandum.

Reliquum est, ut me Rae Vae SS. SS. et orationibus enixe commendem.

Angl. I. p. 248.

---

(1) P. IACOBUS BROWNBILL. *Angliae* (1798-1815-1880), frater PP. Thomae et Francisci Brownbill (cf. *epist.* CCXL, n. 1). fuerat Pro-Rector Collegii Stonyhurstensis ab anno 1836 ad 1839 (cf. epist. CCXLIX n. 5): deinde fuit Rector Collegii Londinensis S. Ignatii ab anno 1841 ad 1854: postea *Oper.* et *Paroch.* ibidem usque ad extremam senectutem.

(2) In catalogis dicitur *Pro-Rect.* seu *V. Rect.* usque ad annum 1850; in catalogo anni 1851 vocatur *Rect.*, sed indicatur tempus ac si semper pleno nomine Rector fuisset, id est *a die 14 Sept.* 1841.

(3) Habebatur tunc magnus ille ad Ecclesiam Catholicam motus, quem Oxoniensem vocant (*The Oxford Movement*): hoc ipso anno 1845 celeberrimus ille IOANNES HENRICUS NEWMAN. futurus Cardinalis, fidem catholicam professus erat, die 28 Octobris.

(4) *Matth.*, III, 2.

(5) Cf. *Matth.*, XI, 7-10: « ... Quid existis in desertum videre? » *etc.*

(6) Idem inculcaverat in *epist.* CCLIII (vide supra).

CCLVII.

Ad R. P. Iacobum Brownbill (1), Rectorem Collegii S. Ignatii.

London.

Paterne gratulatur de ministeriis apostolicis erga pauperes.

Roma, 19 Novembris 1850.

Paterne gratulatur de ministeriis apostolicis erga pauperes.

Ra Va facile intellexerit, quanto mihi solatio sint, quae ex gratissimis eius litteris d.d. 21 Octobris de missione Westmon. (2), et sacri ministerii laboribus cognovi. Utique pauperes et miserabiles praecipua quadam cura excolere nostrae omnino vocationis est; siquidem Dux noster divinus eiusmodi homines peculiari benignitate amplexus, inter notas, quibus promissus Messias cognosceretur, eam adnumeravit: *pauperes evangelizari* (3). Utinam igitur pro illa sua clementia in carissimis Anglicae Sociis hunc spiritum augere semper et dirigere dignetur. Quod ut mihi contingat, commendo me enixe Rae Vae SS. SS. et orationibus.

Semper mihi carissima memoria Rae Vae, quam coram cum multa mea aedificatione vidi (4). Perge, Pater carissime, operari, ut *bonus miles Christi, Operarius inconfusibilis, corde magno et animo volenti* (5), ut semper fecisti, ad maiorem Dei gloriam (6).

Angl. II, p. 9.

(1) Cf. epist. praeced.

(2) *Westmon.* seu *Westmonasterium* illud est quod vulgo *Westminster* nuncupatur, una ex regionibus ipsius urbis Londinensis, ubi illo ipso anno 1850 constituta est Sedes Metropolitana catholica totius Angliae.

(3) Cf. *Matth.*, XI, 5: «... Caeci vident, ...pauperes evangelizantur».

(4) P. Roothaan Angliam petierat et Londini constiterat aliquot dies anno 1849, dum invisebat domos Provinciae Angliae et Viceprovinciae Hiberniae: cf. Pirri, pp. 448 et sqq.

(5) Menti Patris Roothaan, divinis Litteris assuetae, occurrunt verba haec ex variis Sacrae Scripturae locis: cf. *II Tim.*, II, 3 et 15; *II Machab.*, I, 3.

(6) Tota haec postrema pericope, post clausulam consuetam addita, in regesto nullo signo P. S. designatur. Facile diceres has lineas P. Roothaan propria manu adiecisse, in folio ab amanuensi iam accurate exscripto, post subscriptionem, ut saepe consueverat, ad paternam benevolentiam apertius exhibendam.

CCLVIII.

Ad R. P. Christophorum Fitzsimon ([1]),

Londres.

1. ***Animum addit ad munus Patris Spiritualis bene adimplendum. — 2. Quid maxime urgendum.***

Rome, 11 *Septembre 1851.*

Je vous dois encore réponse à votre bonne lettre du 4 Juillet.

1. — Vous avez bien fait en m'exposant vos difficultés par rapport à la charge de Père Spirituel au Collège de Stonyhurst (2); je loue la candeur, et j'approuve encore davantage les sentiments de résignation, avec lesquels vous finissez.

Animum addit ad munus Patris Spiritualis bene adimplendum.

Sans doute, mon Père, pour porter les autres à la vie *spirituelle,* c. à. d. *surnaturelle,* à la *vie de foi,* en combattant la vie toute *naturelle, humaine,* ou même *mondaine,* il faut être *spirituel* soi-même. Mais, 1° le sentiment: *Ego vir videns paupertatem meam* ([3]), est déjà une bonne disposition, très bonne. 2° L'office de P. Spirituel est un grand moyen pour acquérir ce qui nous manque, et un stimulant des plus efficaces pour notre propre progrès, chose vraiment inappréciable. 3° Quant aux instructions ou exhortations, tenez-vous à la plus grande simplicité, qui va très bien avec ce qu'il y a de plus solide. Que Rodriguez soit votre répertoire ([4]), et les Règles soient la matière ordinaire, car tout est là. Courage donc et confiance en Dieu!

2. — Avec charité et douceur, vous modifierez, vous neutraliserez, enfin vous combattrez ce malheureux esprit *extérieur* qui malheureusement ne domine que trop, et qui empêche horriblement l'esprit *intérieur,* qui est celui de la Compagnie. Que sommes-nous, que serons-nous, et que feronsnous qui vaille, dans notre vocation, sans cet esprit *intérieur*

Quid maxime urgendum.

([1]) P. Christophorus Fitzsimon, *Angliae* (1815-1834-1881), erat ab anno 1851 Socius Patris Provincialis. Simul autem fungebatur munere Patris Spiritualis in Collegio Stonyhurstensi. Ab anno 1864 ad 1869 fuit Rector et Magister Noviciorum in Roehampton. Reliquum tempus fuit Praefectus Spiritualis in variis Collegiis, Operarius et Parochus. Cf. Sommervogel, III, col. 766.

([2]) Praeter hoc munus primarium, pluribus aliis officiis fungebatur, in Collegio Stonyhurstensi, ut apparet ex catalogis annuis; idque sane ob penuriam personarum in illa Provincia. Itaque mirum non est ipsum habuisse « difficultés par rapport à la charge de Père Spirituel » : quod munus vel solum totum hominem occupasset. Verum multiplex illud pondus bonus Pater plures annos sustinuit.

([3]) Cf. *Thren. Ierem.*, III, 1.

([4]) Agitur de celeberrimo libro P. Alfonsi Rodriguez, *Exercitium perfectionis et virtutum christianarum.* Ex hoc et sequenti commendatione de Regulis, eruitur agi de adhortationibus ad Nostros habendis potius quam ad alumnos Collegii.

et *de foi?* « Unusquisque sibi persuadeat, tantum se in rebus spiritualibus promoturum esse, quantum ab amore sui ipsius et a rebus mundanis sese abstraxerit » (*S. P. Ign.*) (5). *Haec loquere et exhortare* (6). Dilatez votre coeur et celui des autres, et ayez grande confiance en la *grâce de la vocation*, pour vous, mon Père, et pour les autres. Les peines, sans doute, ne vous manqueront pas. Mais, *in cruce salus*, et c'est bien ce qu'il y a de mieux pour nous dans cette vie si courte, et qui doit être suivie d'une éternité!

Adieu, mon cher Père. En union.....

Angl. II, p. 32.

CCLIX.

Ad R. P. Henricum Segrave (1), Rectorem Convictus S. Pauli.

Malta (2).

1. *Cur Convictus Melitensis decreverit.* — 2. *Caute agendum esse monet in urgendo usu linguae anglicae.* — 3. *Quid Rectori praestandum sit.* — 4. *De quodam Fratre Coadiutore.*

Rome, 11 Novembre 1851.

Cur Convictus Melitensis decreverit.

1. — Je ne sais pas encore où en est l'affaire de votre *Convitto* (3). Je vous ai écrit le 11 Octobre répondant *affirmative* à celle que vous m'aviez adressée en Septembre, et qui avait souffert un long retard. Je ne sais encore si vous

---

(5) Haec ad sensum depromuntur ex translatione vulgata *Exercitiorum* (cf. *Institut. Soc. Iesu*, Florentiae, 1893, vol. III, p. 475). Ipse P. Roothaan ita accuratius ex hispano transtulit: « Cogitet enim unusquisque, tantum se profectum facturum esse in omnibus rebus spiritualibus, quantum exiverit e proprio suo amore, e propria voluntate et utilitate ». (*Exercitia Spirit.*. edit. Taurinen. Marietti, 1928, n. 189).

(6) *Tit.* II, 15.

(1) P. Henricus Segrave, natione Hibernus, sed *Angliae* Provinciae inscriptus (1806-1828-1869), fuit Superior Missionis et Rector Collegii Melitensis ab anno 1849 ad 1855. Post triennium ministerii apostolici Londini, anno 1858 Guianam petiit, indeque post septennium in Angliam reversus, in Collegio demum Stonyhurstensi pie obiit die 13 Febr. 1869.

(2) *Missio Melitensis*, inchoata anno 1845, tunc Provinciae Angliae commissa erat; ab anno 1852 non iam *Missio* vocatur, sed *Convictus*, deinde *Collegium*. Post mortem Patris Roothaan, ab anno 1861, tota insula Melita, quod ad regimen et ministeria Societatis, commissa est Provinciae Siculae, quae etiam nunc eius curam gerit.

(3) *Convictus S. Pauli* in catalogis primum apparet anno 1852, id est exeunte anno 1851 iam inchoatus erat; immo, ex iis quae dicit P. Roothaan de vicissitudinibus Convictus, multo ante incepisse dici debet, saltem ad modum experimenti. Ab anno 1855 solum *Collegium* sine convictu apparet.

avez reçu cette réponse du 11 Octobre. Faute de mieux, je l'avais adressée à la maison de *S. Calcedonio* (4).

Maintenant, mon Père, je dois appeler votre attention sur deux points extrêmement importants. Ce sont des remarques faites par une personne très sage, et qui a suivi les phases de votre *Convitto*, ses accroissements, ses décroissements, etc. Ce n'est pas quelqu'un de votre Collège. Cette personne a observé que la suppression de la philosophie au *Convitto* l'a fait baisser, parce que, par cette suppression, les pères (5) qui ont quelques sollicitude pour la foi de leurs enfants, voient comme perdus tous leurs sacrifices, quand ils se voient forcés d'envoyer leurs enfants, après leur cours d'études inférieures, à l'Université..., à une philosophie Dieu sait laquelle.

Caute agendum esse monet in urgendo usu linguae anglicae.

2. — Cette même personne remarque encore que le Collège, mis sur le pied tout à fait Anglais, et présentant comme *substantielle* presque l'étude seulement de l'anglais, et tout le reste comme *accessoire*, puisque tout le reste est traité fort légèrement, ne peut en aucune manière répondre aux besoins et aux voeux des bons Maltais. Cela pourra peut-être satisfaire quelques-uns qui aspirent à devenir tout à fait Anglais, par intérêt ou par ambition. Mais, certes, ce ne serait pas un but digne d'un Collège de la Compagnie, d'autant plus que la personne qui m'écrit dit, qu'elle a entendu de *braves* protestants dire sans cérémonie: *Bon, bon! que les Jésuites s'occupent à rendre les Maltais Anglais, et nous nous chargerons de les faire ensuite protestants.*

Quid Rectori praestandum sit.

3. — Il est donc de la plus haute importance, mon Père: 1° que vous évitiez cet écueil de laisser même soupçonner qu'on ne pousse que l'étude de l'anglais, mais qu'on pousse aussi sérieusement, et les études classiques, et l'italien.

2° Que la philosophie soit enseignée dans votre Collège comme elle le fut, il y a quelques années, mais qu'elle le soit non pas en anglais, mais en latin, ou si cela ne se pouvait encore, en italien. Vous avez le P. Rossini (6), qui peut très bien l'enseigner, et qui s'ennuyait il y a plusieurs mois, parce qu'il lui semblait être à Malte comme pour ne rien faire. Ce Père est plein de bonne volonté et capable de travailler.

---

(4) *S. Calcedonio*, alia domus in insula Melita. quo multi e Nostris ex Italia profugi tempore perturbationum civilium anni 1848 confugerant.

(5) Ita legitur in regesto: aptius diceretur: *les parents*.

(6) P. Carolus Rossini (1805-1823-1860), e Prov. *Taurinensi*. erat tum Melitae Professor linguae italicae: anno 1856 in Collegio Traiectensi ad Mosam (Maastricht, Prov. *Neerlandicae*) docebat theologiam dogmaticam in cursu minore; anno 1858 invenimus eum, in Italiam reducem, in Seminario Massae Carrarae, Lectorem Sacrae Scripturae; demum ab anno 1859 usque ad mortem in Missione de Belize in Honduris Britannicis.

De quodam Fratre Coadiutore.

4. — La bonne conduite du F. Schembri (7) à Naples semble bien confirmer que les accusations portées contre lui chez vous, étaient des calomnies, comme il a toujours protesté. A Naples les Supérieurs qui n'ont pas manqué d'y avoir l'oeil, en sont très contents. Mais sa santé souffre beaucoup là. Et comment le renvoyer chez vous, avec les préjugés qu'on a contre lui?

En union......

Angl. II, p. 36.

(7) Fr. Coad. Iosephus Schembri, *Siculae* (1816-1843-1881). Non videtur in patriam suam insulam Melitam rediisse, nisi post dispersionem suae Provinciae Siculae anno 1860, ex quo tempore Melitae degit ibique mortuus est. Hoc anno 1851, ut hic dicit P. Roothaan, Neapoli versabatur.

SECTIO II.

AD PATRES VICEPROVINCIAE HIBERNIAE

CCLX.

AD R. P. BARTHOLOMAEUM ESMONDE [1],
Rectorem Collegii.

Clongowes [2].

1. *Gratias agit de litteris acceptis.* — 2. *Laudat Rectoris sollicitudinem in urgenda regulari observantia.* — 3. *De nimia quorundam loquendi libertate.* — 4. *Ne Rector despondeat animos.*

Roma, 22 Martii 1832.

Gratias agit de litteris acceptis.

1. — Litteras suas carissimas de 26 Ianuarii accepi; responsum hucusque distuli, quia alteras a Ra Va promissas sperabam me in dies accepturum.

Interea pro istis gratias ago multas; gratum meum animum significare etiam vellem Patribus Shine [3], Curtis [4] et

---

[1] P. BARTHOLOMAEUS ESMONDE, *Hiberniae* (1788-1807-1862), ab anno 1829 erat Rector Collegii Cluenensis. Anno 1837 Romam vocatus est, *Oper.* et *Conf. Coll. German.*, et (ut ex aliis P. Roothaan epistolis constat) ut praesto esset P. Generali aliisque Curiae Generaliciae officialibus pro negotiis lingua anglica tractandis et pro Hibernicis peregrinis Romam venientibus. Anno 1843 in insulam Melitam cum P. Ryllo missus est, ibique ministeriis apostolicis impigram operam dedit. Fractus viribus, in Italiam revocatus, deinde in Hiberniam remissus, variis in Provinciae domibus *Operarium* gessit. Dublini obiit die 15 Decembris 1862. Cf. SOMMERVOGEL, vol. III, col. 448 et sq.: inde apparet eum iampridem fuisse etiam Panormi ubi et duo opuscula ad pietatem fovendam anglice imprimenda curavit anno 1812.

[2] *Clongowes Wood,* ubi prima et per plures annos praecipua Missionis Hiberniae domus seu *Collegium Cluenense* habebatur, ita describitur in primo catalogo manuscripto « pro anno 1817 ».: « Locus olim dictus *Castle Brown* in Dioecesi Kildariensi prope urbem Naas, 18 milliaribus distans Dublinio; sunt Convictores ad 240 » (*Arch. Rom. S. I*).

[3] P. IOANNES SHINE, *Hiberniae* (1791-1809-1834), Professor erat et Consultor in Collegio Cluenensi; anno 1834 degebat in Collegio Dublinensi, *Praef. stud.* et *Praef. eccles.*; sed die 3 Augusti illius anni immatura morte sublatus est: unus nempe fuit ex iis « ultra 50 Sociis, plerisque in aetatis flore », quos anno 1834 « praeter 15 illas victimas Matriti crudelissime caesas » morte naturali amissos P. Roothaan moerens dicebat Patri Wolff (v. supra, *epist.* CCXXIX, p. 3).

[4] P. IOANNES CURTIS, *Hiberniae* (1794-1814-1885), videtur fuisse et ipse Consultor Collegii Cluenensis, quamquam in Catalogo manuscripto « pro anno 1832 » recensetur inter Patres Residentiae Dublinensis; fortasse post scriptum catalogum in Collegium Cluenense rediit: alias enim ibidem fuerat. Rector deinde fuit Colle-

O'Connor (5) pro diligentia, quacum consultorias suas scripserunt (6); verum, ne sine necessitate crescat litterarum fasciculus, rogo Ram Vam ut id meis verbis faciat.

Laudat Rectoris sollicitudinem in urgenda regulari observantia.

2. — Me non parum consolatur sollicitudo Rae Vae ad religiosam inter Nostros disciplinam promovendam; quae sollicitudo, uti confido, non in vanum recidet. Quo autem difficiliores sunt circumstantiae et magis radicati usus non omnino regulis et moribus nostris conformes, opus est constantia maiori certe ac perseverantia, sed nec ista deerunt. Minime dubito quin et ipsi Nostri, quibus fortasse haec non ita placent ab initio, experturi sint quantum necessaria sit accurata in Nostris regularum observantia, item studiorum et methodorum ad Instituti normam exacta conformatio, si velimus cum fructu laborare in iuventutis educatione.

De nimia quorundam loquendi libertate.

3. — Miseror sortem Superiorum in ista Viceprovincia, cum videatur adhuc in aliquibus esse longe nimia loquendi et censurandi libertas. Is ubi defectus exsistit, impossibilis evadit gubernatio. Graviter hac super re scribo ad P. Viceprovincialem (7); tales, si non se emendent, in Societate non sunt tolerandi, quantavis sit aliunde eorum eruditio et capacitas, quibus maioris facienda est Societatis conservatio, adeoque et Superiorum auctoritas. Itaque Ra Va tales admoneat serio, illaque adhibeat media, quae Patri Viceprovinciali indicavi; quod si non iuvet, officio non deero.

Ne Rector despondeat animos.

4. — Finem impono commendando ne animum despondeat Ra Va neque quorumdam oppositione ab officio implendo deterreri se sinat; prudenter utique, suaviterque procedendum, sed tamen procedendum est.

Commendo me SS. SS.

Hibern., p. 24.

---

gii Tulliolani (1834-1842) et Collegii ac Residentiae Dublinensis (1842-1850), Praepositus Viceprovinciae (1850-1856), deinde iterum Superior Residentiae Dublinensis, operarius etc. Anno 1849, cum P. Roothaan praecipuas Hibernicae Viceprovinciae domos invisurus Kingstown appulit, P. Curtis eum primus excepit et Dublinium comitatus est: cf. Pirri, pag. 448. Obiit nonagenario maior Dublinii die 10 Dec. 1885. Cf. Sommervogel, II, 1742.

(5) P. Ioannes O'Connor, *Hiberniae* (1788-1808-1841), erat tunc Minister eiusdem Collegii, cuius dein fuit etiam Procurator, iterumque Minister, ibique mortuus est.

(6) *Consultoriae* (*litterae* scilicet) vocantur litterae quas singulis annis ad Generalem mittere debent singuli Consultores domorum semel, bis vero Consultores Provinciae, referentes quae notatu digna occurrant, secundum puncta quaedam proposita.

(7) *Viceprovincialis*, id est *Praepositus Viceprovinciae Hiberniae* tunc erat R. P. Robertus St-Léger, de quo cf. epist. seq.

CCLXI.

Ad R. P. Robertum St-Léger (1), Praepositum Viceprovinciae.

[*Tullabeg*] (2).

1. *Gratias agit de epistolis.* — 2. *Solvit quaestionem de admittendis minervalibus alumnorum.* — 3. *De visitatione Collegii Cluenensis.*

Roma, 13 Octobris 1832.

1. — Ultimas scripsi Rae Vae 24 Iulii. Suas exinde accepi quattuor, datas nempe 28 Iul., 15 Aug., 11 et 12 Sept. Pro omnibus gratias ago multas. Responsum distuli tum quod nihil urgeret, tum etiam quod in dies nova iudicia exspectarem de P. Shine (3), ast solus hucusque P. Bracken (4) iudicium suum misit una cum consultoriis mensis Iulii (5). Caeterorum PP. Consultorum nemo scripsit, aut certe a nullo litterae ad nos pervenerunt. Sed et P. Esmonde iam diu non scripsit qua Collegii Rector (6). Gratias agit de epistolis.

2. — Circa *minerval* (7) memoria exciderat (8) id quod Solvit quaestionem de admittendis minervalibus alumnorum.

(1) R. P. Robertus St-Léger, *Hiberniae* (1788-1807-1856), in primo catalogo manuscripto Missionis Hiberniae « pro anno 1817 » dicitur *Minister* et *Oper.* in Collegio Cluenensi. Dein, ab anno 1818 ad 1830 fuit Rector et plures annos etiam Magister Noviciorum in Collegio Tulliolano. Annis 1830-1834 et iterum 1841-1850 Praepositus fuit Viceprovinciae Hiberniae. Inter haec duo Viceprovinciae regimina collocatur eius missio in Indias, ut Pro-Vicarius Apostolicus Calcuttensis; de qua missione plura dicenda occurrent infra. Cf. Sommervogel, VII, 431; - item H. Josson, *La Mission du Bengale Occidental*, Bruges, 1921, vol. I, pag. 163. — Eius nomen in catalogis et documentis hibernicis St-Leger sine accentu scribitur: sed in auctoribus historicis semper (ut nos utimur) St-Léger cum accentu invenitur, utpote quod sit nomen ex Gallia sane allatum.

(2) Praepositus Viceprovinciae primis illis annis in Collegio Tulliolano plerumque degebat; illuc igitur probabiliter missa est haec epistola, quamquam locus non indicatur in regesto. Tulliolanum autem Collegium, quod usque ad praesens manet (quamquam non iam ut Collegium externorum, sed ut Scholasticatus pro Nostris auditoribus philosophiae), in loco *Tullabeg* (= *collis parvus*) situm est, sed nunc potius inscribitur ab urbe *Tullamore* (= *collis magnus*), quae non ita longe a Collegio abest, id est 5000 passuum inciter.

(3) De P. Ioanne Shine, cf. not. 3am ad epist. praeced. - Agebatur de iudiciis Consultorum ad hunc Patrem promovendum ad ultima vota, quae tamen Pater, non quidem ob minus favorabilia iudicia (nam pluris ab omnibus fiebat ut optimus religiosus), sed ob alias ignotas causas, nunquam emisit; mortuus est post duos annos, adhuc *Schol. approb.*, primis nempe tantum votis simplicibus, perpetuis quidem, devinctus.

(4) P. Patricius Bracken, *Hiberniae* (1795-1811-1867), unus erat ex consultoribus Viceprovinciae, ut hinc facile eruitur, et *Praef. spir.* in Collegio Cluenensi, in quo deinde docuit theologiam etc. Ab anno 1836 ad 1841 toti Viceprovinciae praefuit; rexit dein Collegium Tulliolanum, et Magister Noviciorum fuit (1851-1863). Cf. infra, *epist.* CCLXVIII; cf. Sommervogel, II, 78.

(5) *Consultoriae (Litterae)*: vide not. 6am ad epist. praeced.

(6) Cf. epist. praeced.

(7) *Minerval* seu pecunia solvenda ab alumnis pro institutione scholastica: gravis haec quaestio, qua Pater Roothaan verebatur ne Constitutiones Societatis tangerentur, anxium eum tenuit ad mortem usque; et una fuit ex causis ob quas Congregationem Generalem anno 1853 indixit. Cf. Pirri, pag. 524.

(8) Hoc loco in regesto habetur signum, cui in fine epistolae respondet sequens P. S.: « Mihi vero inhaeserat menti, fore ut Illustrissimus Archiepiscopus scripturus esset de hac re, ac testaturus, etiam ante abolitam Societatem Nostros

cum P. Kenney [9], cum hic adesset, conclusum fuerat; ut enim relatum est in libro Consultationum [10], an. 1829, 27 Sept., ad quaesitum Patris Kenney: *num permitti possit ut Nostri a parentibus quorum filii scholas nostras in Hibernia frequentant, pretium aliquod accipiant, cum tale sit nationis praeiudicium contra scholas gratuitas, ut nullo modo induci possint parentes ut filios ad huiusmodi scholas mittant; aliunde vero nulla sit pro Magistris alendis fundatio; visum fuit PP. Assistentibus tolerari id posse, modo pretium non exigatur tamquam de iure debitum, nec excludantur iuvenes honesti quorum fortassis parentes solvendo non essent.* Ita habet se res. Si igitur eaedem sint Dublinii circumstantiae, patiemur ut et ibi aliquid solvatur; ast valde desidero ut semper id habeatur veluti mera tolerantia propter localem necessitatem, ne quid detrimenti capiat Societas in re, quae ipsi adeo gloriosa est, ministeriorum scilicet gratuita dispensatio.

Quod Ra Va in suis de 12 Sept. scribit Patrem O'Brien [11] velle mecum de gradu suo tractare, exspecto; nihil vidi hucusque.

De visitatione Collegii Cluenensis.

3. — Gratias Rae Vae in specie ago pro litteris *Soli* [12]; inservierunt non parum ad rerum statum exactius cognoscendum. Exspecto cum desiderio exitum visitationis in Collegio Cluenensi. Sane difficultates sunt graves, ast patientia et tempore et prudentia nihil est quod non possit obtineri successive; putarem autem ad hoc conducens fore si Ra Va ipsa in Cluenensi Collegio stabilem haberet residentiam.

Commendo me SS. SS.

Hibern., p. 35.

---

isthic solitos fuisse *minerval* aliquod admittere ; sed id in ipsa Consultatione te status fuisse P. Kenney dicitur, et hoc fundamento ea sumpta resolutio ».

(9) De P. Petro Kenney, cf. *epist.* CCXLVI.

(10) *Liber Consultationum*, id est Regestum manuscriptum continens acta consultationum Patris Generalis cum PP. Assistentibus, a Secretario Societatis exarata et custodita.

(11) P. Gulielmus O' Brien, *Hiberniae* (1795-1814-1851), promissas litteras tunc iam paraverat, sed Romam pervenerunt paulo post, quibus paterne admodum respondit P. Roothaan die 29 Dec. 1832. En, v. gr., initium epistolae: « Litteras Rae Vae d. 17 Sept. - 12 Oct. sane *longas*, longiores etiam, quam necesse esset, legi, et *libenter* legi, nisi quod scriptio, angusta nimis, oculos haud parum fatigabat. Quod autem ad me scribere de rebus tuis, mi Pater, voluisti, id vero iure tuo fecisti, neque in eo timenda est ulla non modo offensio, sed ne molestia quidem ulla. Fratres meos carissimos, immo Christi Domini fratres, ad me recurrere fidenter, mihi gratissimum est. Paucis itaque ad Rae Vae petitiones respondeo... » (*Reg. Hibern.*, pag. 36).

(12) De litteris *Soli* seu *soli Praeposito Generali* reservatis, cf. *epist.* CCXLIII, n. 2.

CCLXII.

Ad R. P. Robertum St-Léger (1),
Praepositum Viceprovinciae.
Tullabeg.

1. *Quaerit Missionarios Calcuttam mittendos.* — 2. *« Date et dabitur vobis ».*

Roma, 20 Iulii 1833.

Scribo ad Ram Vam de negotio gravissimo, quod nobis impensissime commendatur a SSmo Domino (2), quodque nostrae vocationis est maxime proprium (3).

1. — Multi catholici, qui Calcuttae versantur, omni prorsus ope spirituali destituti, enixe postularunt, ut ex Nostris aliqui illuc mitterentur, in tot animarum extrema necessitate laborantium subsidium (4). Quanti sit ista res, quam digna zelo nostro, non est quod ego fusius hic exponam. — Sed, 1° An aliqua ratio isthic apparet, qua transmitti aliquot Sacerdotes Calcuttam possint? 2° An Ra Va in sua Viceprovincia aliquem vel aliquos Patres habet, qui et libenter talem expeditionem ad maiorem Dei gloriam adirent, et, quod caput est, virtute solida ita sint instructi, ut eis Missio huiusmodi tuto committi possit? Hoc 2um quaero, non quod de Patrum istorum bona voluntate dubitem, sed quod virtus communi maior ad tam longinquam Missionem requiratur, quodque in ea regione magis a rerum terrenarum copia et a vitae commodis quam a paupertatis effectibus timendum fore praevideam. 3° Quosnam ergo Patres Ra Va mihi proponeret?

Quaerit Missionarios Calcuttam mittendas.

2. — Nolim *penuriam Sociorum* Ra Va excuset: nam 1° *date, et dabitur vobis,* certissimum est Domini promissum; neque ulla umquam Provincia ob huiusmodi sacrificia detrimentum cepit, sed numero et spiritu aucta fuit, quaecumque liberalem se hoc in genere praestitit, ut satis constat ex nostris annalibus (5); 2° nos ipsi pro modulo nostro auxilia opportuna submittere, ac vestra illa damna, si qua sint futura, compensare studebimus.

« Date et dabitur vobis ».

Sollicite ad haec omnia responsum a Ra Va exspecto, quo possim et ego respondere aliquid ad postulata mihi facta.

SS. SS. me commendo.

---

(1) Cf. epist. praeced.

(2) Gregorio PP. XVI.

(3) In eundem sensum iisdemque fere verbis hoc ipso die 20 Iulii 1833 P. Roothaan scripsit etiam ad R. P. Richardum Norris, Praep. Prov. Angliae: cf. *Regest. Angl.*, pag. 35.

(4) Cf. Pirri, pp. 225 et seq.; Josson, *La Mission du Bengale Occidental*, Bruges, 1921, vol. I, pp. 162 et seq.

(5) Cf. *epist.* CCXXXVII, ubi affertur exemplum Prov. Lugdunensis.

P.S. Prudentiae erit, negotium hoc non propalare; idque serio commendandum iis, quibuscum Ra Va hac de re aget. Multa bona consilia saepe fuere disturbata, quia intempestive cognita.

Hibern., p. 42.

CCLXIII.

Ad R. P. Robertum St.-Léger (1), Praepositum Viceprovinciae.

Tullabeg.

1. *Gratias agit de generosa sui oblatione.* — 2. *Dispositiones et normae pro prima expeditione mox Calcuttam petitura.* — 3. *De variis aliis negotiis Viceprovinciae.*

Roma, 10 Decembris 1833.

Gratias agit de generosa sui oblatione.

1. — Ultimas dedi ad Ram Vam 21 Sept.; binas postea accepi, nempe 11 Sept. et 25 Oct. a Ra Va scriptas; pro illis gratias ago multas, at in primis pro generosa Rae Vae et boni sui fratris (2) dispositione, quae quanto me gaudio, tanto me dolore affecit intelligere, quod adeo ab huiusmodi praeparatione animi remoti sunt plerique alii istius Viceprovinciae Patres.

Dispositiones et normae pro prima expeditione mox Calcuttam petitura.

2. — Quidquid autem sit de illis, aperiam nunc Rae Vae quid in Domino statuerim; idem scribo hodie ad P. Norris (3), item ad P. Kenney (4), cum aliis autem nonnisi admodum discrete et confidentialiter communicandum. Igitur 1° destino ad illam Missionem Calcuttensem Ram Vam cum suo fratre Ioanne St-Léger, item PP. Franciscum Chadwick (5) et Richardum Sumner (6) ex Prov. Angliae, denique duos Fratres

---

(1) Cf. epist. praeced.

(2) Eius frater natu minor erat P. Ioannes St-Léger, *Hiberniae* (1798-1818-1868): ab anno 1831 erat Rector Collegii Tulliolani. Petiit re vera cum fratre suo Calcuttam, indeque cum eo reversus, fuit plures annos *Proc.* Resid. Dublinensis atque etiam *Proc. Viceprov.*, *Oper.* etc. - Quanta duo hi fratres dilectione invicem necterentur, innuit ipse P. Roothaan in *epist.* CCLXVIII (vide infra): « ... Duo fratres ab invicem separari non posse dicuntur absque periculo ictus apoplectici !... ». Et sane fere semper simul in eadem domo commorabantur.

(3) P. Richardus Norris erat tunc Praepositus Prov. Angliae: cf. supra, *epist.* CCXLII, CCXLV, CCXLVI. — Cf. etiam notam 3am ad epist. praeced.

(4) P. Petrus Kenney (cf. *epist.* CCXLVI et alias hic infra), ex America, ubi fuerat Visitator, non ita pridem reversus, mox erat Patri Roberto St-Léger sufficiendus ut Praepositus Viceprovinciae Hiberniae.

(5) De P. Francisco Chadwick, cf. *epist.* CCXLIX, n. 3.

(6) P. Richardus Sumner, *Angliae* (1801-1820-1877), in Missione Calcuttensi versatus est usque ad 1844; in Europam reversus Vicerector fuit in Collegio Liverpolitano S. Francisci Xaverii, deinde *Oper.*, *Paroch.* etc. Cf. Sommervogel, VII, 1730.

adhuc designandos (7). 2° Ad res disponendas desidero ut Ra Va *sine mora* sese Saxosylvam (8) conferat et inde cum alterutro ex supranominatis PP. Anglis huc Romam veniat, mecum de toto negotio collaturus. 3° Dixi *sine mora*, vellem enim ut mense Maio proximo ex Anglia in Indias tota ista expeditio locum haberet; unde videt Ra Va tempus quidem sufficiens, ast non superfluum adesse, ut interea Ra Va huc venire et in Angliam reverti valeat. 4° Constituo per interim P. Petrum Kenney Hiberniae Superiorem et ad ipsum scribo. Aliud quod hac super re scribam, in praesentiarum non habeo; exspecto ut Ram Vam cum suo socio cito amplecti possim.

De variis aliis negotiis Viceprovinciae.

3. — Plures adhuc habeo informationes ad gradum (9), sed cum soli PP. Consultores Bracken (10) et Aylmer (11) sua suffragia miserint, res tota longo tempore suspensa haeret cum nostro satis magno incommodo, et non raro cum rei ipsius detrimento; quam facile enim accidere posset, ut omnino aliter esset iudicandum dum mittantur suffragia, quam fuerit iudicatum dum fiebant informationes et consultationes!

Pro Rege Ferdinando VII (12), qui perhonorifico decreto Societatem restituerat in Hispania (13), indicta fuerunt per universam Societatem 3 Sacra a Patribus et 3 Coronae a Fratribus offerenda in animae ipsius refrigerium; velit Ra Va idipsum in sua Viceprovincia promulgare.

Accepi quoque litteras a P. Ioanne St-Léger. Cum nihil nunc speciale scribendum sit, velit Ra Va ipsi meis verbis gratias agere, simulque novam destinationem significare. Interim maneat ipse in suo officio, donec hinc aliud scribatur, cum Ra Va hic adfuerit.

Commendo me in SS. SS.

Hibern., p. 47.

---

(7) Ex Josson, op. cit. (vol. I, p. 163) scimus duos Fratres Coadiutores Calcuttam missos fuisse FF. Eduardum Sinnott ex Vicepr. *Hibern.* et Ignatium Monnier ex Prov. *Lugdun.*

(8) *Saxosylva* est nomen latinum loci *Stonyhurst*, ubi celeberrimum Stonyhurstense Collegium habetur, de quo supra, *epist.* CCXLI.

(9) I. e. de iis qui ad gradum seu ad ultima vota promovendi erant.

(10) Cf. *epist.* CCXLI not. 4.

(11) P. Carolus Aylmer, *Hiberniae* (1786-1808-1849), in primo catalogo manuscripto Hiberniae « pro anno 1817 » dicitur *Sup. Miss. Hiberniae et Rect. Coll. [Cluenensis]*. Fuit deinde Rector Collegii Dublinensis, ibique mansit deinceps fere semper, etiam deposito Rectoris munere, ut *Oper.*, *Praef. eccl.* etc., et saepius fuit Consultor Viceprovinciae. Cf. Sommervogel, I, 711.

(12) Ferdinandus VII, Caroli IV filius, Hispaniarum Rex ab an. 1804 ad 1833, a Napoleone e throno eiectus ipso primo sui regni anno, ac dein restitutus anno 1814, mortuus erat die 29 Sept. huius anni 1833.

(13) Decreto die 29 Maii 1815 lato : cf. Frías, *Historia de la Comp. de J. en su Asistencia moderna de España*, Madrid, 1923, vol. I, pp. 90 et sqq. — Vide supra, *epist.* XCVII.

CCLXIV.

Ad R. P. Petrum Kenney [1],

Dublin.

Fortiter improbat consilium mutandi designationem P. Roberti St-Léger pro Missione Calcuttensi.

Roma, 21 Ianuarii 1834.

Fortiter improbat consilium mutandi designationem P. Roberti St-Léger pro Missione Calcuttensi.

Heri accepi Rae Vae litteras, d. d. 2 huius. — Miratus sum valde, vel potius obstupui.

Rae Vae promptitudinem ad Missionem Indicam laudo. Sed hanc cogitationem admittere non potui, nec admitto. Si Ram Vam non existimassem *in Hibernia* retinendam, ipsam in America reliquissem [2]. *Hiberniae* necessitas praecipue iuvit ad Episcopatum in America a Ra Va avertendum [3].

Rationes, quas Ra Va contra Missionem Patrum St-Léger congessit, minime mihi persuadent. — Quod Ra Va cum Consultoribus de hac re egerit, minime probo. — Ram Vam cum P. Anglo Romam venire loco Patris Roberti, quomodo possint Consultores *suadere*, quomodo possit P. Robertus *permittere, plane non intelligo.*

Consilium, quod Ra Va suggerit circa Patrem Robertum, qui vocatus Romam venit (et spero utique illum iam iter aggressum), utique opportunum esset casu quo quis *non vocatus* veniret.

Sed fortasse ista Rae Vae epistola scripta fuit in primo quodam impetu zeli, non satis mature consideratis rebus omnibus. Hac solum ratione intelligo aliquomodo, et libenter excuso.

SS. SS. me commendo.

Hibern., p. 48.

---

[1] Cf. *epist.* CCXLVI; item alias hic infra. Ex America nuper advectus, mox erat Viceprovinciae Praepositus futurus, sed *nondum erat.* Hoc prae oculis habendum, ut stilus huius epistolae sat fortis intelligatur: non enim privati cuiusdam Patris erat rem accurate perpensam et iam a Superioribus statutam improbare et mutare velle; neque Consultores quidpiam auctoritatis habent, sed solum ius et officium consulendi.

[2] Eo missus fuerat Visitator illarum Missionum, indeque nuper redierat.

[3] Cf. Albers, *Liber saecularis*, Romae, 1914, p. 183: ubi tamen videtur agi potius de alia Sede antea Patri Kenney oblata in Hibernia.

CCLXV.

Ad R. P. Petrum Kenney,

Praepositum Viceprovinciae (1).

Dublin.

1. *De diuturno et inexplicabili silentio dolet et conqueritur.* — 2. *De quibus praesertim Generalis certior fieri debet.* — 3. *Officium scribendi inculcat et urget.*

Roma, 14 Martii 1835.

De diuturno et inexplicabili silentio dolet et conqueritur.

1. — Rae Vae cogitandum relinquo, quid me sentire necesse sit ob tam longum Rae Vae silentium (2). Ultimae litterae, quas a Ra Va accepi, erant d.d. 5 Februarii anni praeteriti, in quibus alteras mox scripturum se dicebat, quas scilicet numquam vidi. Hanc ergo Rae Vae promissionem commemoravi in meis die 19 Aprilis, sed frustra. Scripsi item per Dominum Killigan 15 Maii, dein 4 Sept., et 23 eiusdem. At nullum umquam responsum. — Ex foliis publicis, ex aliorum litteris, accepimus, seu moesta de Nostrorum mortibus in Hibernia, seu laeta de Collegio Cluenensi, de Ecclesiae S. Francisci Xaverii (3) dedicatione, at a Ra Va *nihil*, plane *nihil*. — Scripserat, meo iussu, Pater Glover (4): illi Ra Va respondit. At plures iam ex eo tempore effluxere menses, et nihil litterarum. — Miror, doleo, quid subsit causae ignoro, sed nec suspicari possum, cur ita Ra Va prorsus non scribat. Nimiae occupationis excusationem admittere non possum. Quid enim? Tredecim mensium spatio ne semel quidem scribi ab eo, qui ex officio singulis mensibus scribere deberet? Tanto tempore horam unam scribendae epistolae inveniri non potuisse? — Sed satis sit querelarum, in quibus fateor, vix mihi ab acerbiore monito temperare possum. Desidero, cupio, peto ac postulo, ut quamprimum Ra Va me a sollicitudine liberet, quam adeo longum silentium natum est excitare.

De quibus praesertim Generalis certior fieri debet.

2. — Praeter illa, quae universum Viceprovinciae statum spectant, quaeque ex Ra Va discere vehementer opto iamdudum: 1° Aliquid scire velim ex Ra Va de negotio accusationis,

(1) Cf. *epist.* CCXLVI et alias plures.

(2) Cum optimo Patre Kenney Pater Roothaan semper conqueri debuit de diuturno silentio: cf., praeter CCXLVI. etiam *epist.* CCLXVI et CCLXVII.

(3) Residentiae Dublinensis.

(4) P. Thomas Glover, *Angliae* (1781-1803-1849), erat tunc « Substitutus Assistentis Hispaniae », qui tamen toto munere Assistentis fungebatur. Cur autem et quomodo tunc pro Hispania electus fuisset Anglus etc., cf. *Instit. S. I.*, edit. Florent., vol. II, pp. 477 et seq. (Cong. Gen. XXI, decr. 4 et 6). P. Glover post annum 1840, deposito munere, in Angliam rediit. Cf. Sommervogel, II, 1502.

seu potius, ut spero, calumniae adversus P. C...... (5). An dissipatae iam istae umbrae? Sin minus, nonne aliquid inconveniens videtur, quod Superiorem agat? — 2° De Rectore Collegii Cluenensis qui secundum triennium brevi terminabit (6); esset utique agendum de successore ei dando. — 3° Ille D. Murphy, Collegii Germanici convictor, qui bonum Fratrem O'Ryan (7) susceperat maritimo itinere deducendum in Hiberniam, ac dein, mutato consilio, terra iter egit, et iuvenem Novariae reliquit, viaticum illius, per errorem certe, secum asportans, quid agit? — 4° Dublinensis templi debita, quo in statu sunt? — 5° Dnus iste Killigan post suum hinc discessum dicitur tam multa levissimi animi dedisse indicia, debita etiam contraxisse, ut, si haec vera sint, non potuerit in Societatem admitti, nec admissus retineri (8).

Officium scribendi inculcat et urget.

3. — Necesse etiam omnino est, ut sciamus quot sint et quinam in Societatem admissi Novicii, etc. Quid enim est in Societate Provincia vel Viceprovincia, cuius omnia ignota sunt Praeposito Generali? Debetne in Hibernia Societas considerari ut membrum sine communicatione cum capite? Absit, absit. Ergo, Revde Pater, *quamprimum*, quaeso, per Dei amorem, *cito, cito*, acceptis hisce meis, rescribat; et si statim amplas dare non posset, saltem det signum vitae, cum fideli promissione scribendi brevi post plenius et uberius, et promissionem deinceps servet (9).

SS. SS. me valde commendo.

Hibern., p. 54.

(5) Ita legitur in regesto. Agi debet de optimo P. Ioanne Curtis, qui erat tunc Rector Collegii Tulliolani: cf. *epist.* CCLX, not. 4. - Cum tandem P. Kenney Romam scripsit, die 15 Sept. 1835, nihil fere novi rettulit Patri Generali, ut ei respondet P. Roothaan die 31 Dec. 1835; sed hic addit: « Unum, quod gratissimum fuit, et quod utique erat conforme exspectationi meae, fuit quod Ra Va ab omni specie, qua per insanam calumniam optimus P. C. maculari visus fuerat, eumdem purgaverit plenissime » (*Reg. Hibern.*, pag. 60).

(6) Iste Rector Collegii Cluenensis erat ab anno 1829 P. Bartholomaeus Esmonde de quo cf. *epist.* CCLX.

(7) Fr. Georgius O'Ryan, Scholasticus, *Hiberniae* (1811-1830-1834), in catalogo Romano anni 1834 recensetur inter Auditores Rhetoricae in Domo probationis ad Quirinalem, sed iam designabatur *Aegrotus*. In ipso itinere, de quo hic est sermo, mortuus est die 14 Nov. 1834 Novariae, ubi eum reliquerat Dnus ille Murphy.

(8) Num Dnus iste Killigan in Societatem admissus sit, non constat: certe in ea non est retentus.

(9) Mirum sane quod tam fortis et urgens epistola Patrem Kenney non moverit! Et tamen certum est bonum illum Praepositum Romam non scripsisse nisi die 16 Septembris huius anni 1835, id est sex menses post hanc epistolam. Interea debuit P. Roothaan attingere Patrem Kenney per Provincialem Angliae (cf. *epist.* CCXLVI). Die 6 Octobris potuit tandem rescribere Patri Kenney paternam epistolam quae mox sequitur (*epist.* CCLXVI), qua etiam ostenditur quanti Pater Roothaan nihilominus faceret Patrem Kenney.

CCLXVI.

Ad R. P. Petrum Kenney,
Praepositum Viceprovinciae (1).

Dublin.

Gratias agit quod tandem litteras acceperit tam diu expetitas.

Roma, 6 Octobris 1835.

Respondeo statim ad Rae Vae litteras d.d. 16 Septembris, quamvis *par pari* referre [possem], et responsum *per annum et menses plures* differre, prout Ra Va egit erga nos (2). — Deus Rae Vae parcat! Sed ego, si tristia audire de vestra Viceprovincia acciderit, non mirabor. Certe, *sic* agendum inter nos non est. *Doleo vehementer!* quid aliud dicam? Ex ista Viceprovincia, quando tales sunt angustiae, concedo ut Procurator non veniat (3), quoniam unanimis haec est Congregationis vestrae sententia et votum. — Opportune ergo veniet istuc P. Procurator Anglicae (4), cui Ra Va tradat, quae mittenda habet. Eius adventum fortasse mirabitur Ra Va; sed, quid agerem?

Gratias agit quod tandem litteras acceperit tam diu expetitas.

Rae Vae cogitandum porro relinquo, an *excusationem* sui [admittere possim; admitto] (5) tamen pro praeterito, si pro futuro Ra Va stet promissis (6).

Ego Patrem Kenney maximi facio (7), eumque praeclaris instructum dotibus ad gubernandam Viceprovinciam minime dubito; sed neminem puto in Societate sibi soli sufficere, nec posse membrum ullum in corpore Societatis recte valere, si cum capite non communicet. Spectemus, qualis sit ordo Providentiae, in Societate constitutus, et hunc servemus, et servabit nos.

SS. SS. me commendo.

Hibern., p. 59.

(1) Cf. *epist.* CCXLVI etc.

(2) Cf. *epist.* CCLXV.

(3) *Procurator* nempe qui in Congregatione Provinciali eligendus erat ut Romam veniret ad Congregationem triennalem Procuratorum, tunc mox habendam.

(4) Cf. *epist.* CCXLVI. - Procurator Prov. Angliae illo anno electus erat P. Ioannes Bird, de quo cf. *epist.* CCXLIX.

(5) In regesto desunt certe quaedam verba, quae hic supplere conati sumus.

(6) Incredibile dictu! sed P. Kenney silere perrexit. P. Roothaan gravissimis litteris die 17 Martii 1836 datis terminum unius mensis et dimidii assignavit *(Reg. Hibern.*, pag. 64): quo expleto, ipsum munere Praepositi deponeret et alium nominaret. Scripsit tandem, sed iam P. Generalis statuerat ei successorem dare P. Patricium Bracken, qui Viceprovinciam rexit annis 1836-1841: cf. *epist.* CCLXI, not. 4. Ceterum P. Kenney officium Viceprovincialis semper « invitus gerebat », idque notum erat Patri Generali.

(7) Iam in Congregatione Generali XXI, a qua electus est, P. Roothaan noverat et maximi fecerat. Patrem Kenney: cf. Pirri, pag. 306.

CCLXVII.

Ad R. P. Petrum Kenney [1], Superiorem Residentiae.

Dublin.

Iterum de longa Patris Kenney mora in scribendo conqueritur.

Roma, 3 Aprilis 1838.

Iterum de longa Patris Kenney mora in scribendo conqueritur.

Ex quo Ra Va constituta est Superior Residentiae Dublinensis et Rector inchoati istius Collegii [2], itemque Viceprovinciae Consultor, nullas omnino ad hunc usque diem me accepisse litteras, cogitet, velim, Ra Va, an non debeam mirari summopere, et an etiam non haberem iustam causam conquerendi de tam longo silentio. — Sed, pro querelis, rogo instanter, per Dei amorem, et per amorem Societatis, et istius Viceprovinciae, ac Domus etiam, cui Ra Va praefecta est, ut tandem aliquando tam longum silentium rumpat. Litterarum commercium in Societate praesertim cum Societatis capite, tantum valere in hoc morali corpore, quantum valet in physico circulatio sanguinis, ut ego existimo, et existimare puto etiam Ram Vam. Certe unum hoc est ex praecipuis mediis, quae ad Societatis conservationem S. Pater Noster in Constitutionibus suis nobis proposuit ac praescripsit [3]. Exspecto itaque litteras, easque tales, quae rerum copia diuturnum silentium compensent [4].

SS. SS. me commendo.

Hibern., p. 88.

---

[1] Cf. epistolas praecedentes.
[2] Rector erat a die 1 Ianuarii 1837.
[3] *Constit. S. I.*, P. VIII c. 1 n. 9, cum *Declar.* L, M, N.
[4] Ex regestis videtur erui posse Patrem Kenney etiam in posterum diutissime siluisse; nam P. Roothaan eum alias urgere debuit. Verum quidem est tunc P. Kenney « viribus deficere » incepisse (ut aiebat P. Roothaan litteris d. d. 19 Iun. 1838); mortuus autem est post tres annos, Romae in Domo professa, durante Congregatione Procuratorum, ad quam ex Hibernia missus fuerat: cf. *epist.* CCXLVI not. 2.

CCLXVIII.

AD R. P. ROBERTUM ST-LÉGER (1),

London.

1. *Sollicitus de eius silentio, urget ut de se suoque fratre aliquid referat.* — 2. *Meminerint se sui iuris non esse.*

Roma, 22 Iunii 1839.

Sollicitus de eius silentio, urget ut de se suoque fratre aliquid referat.

1. — Nolim importunus videri admonitor, mi Pater; sed tamen officio ad scribendum compelli me sentio. — Iam duo menses sunt, eoque amplius, quod in Angliam Ra Va cum P. Ioanne appulit (2). Vos brevi coram videre et amplecti optabam, idque tanto sperabam citius futurum, quod nullam a vobis de vestro felici in Europam adventu epistolam acciperem. At vero... post tantum temporis elapsum, nescio quid cogitem; praesertim cum rumor nescio quis ferat, vos primum quidem apud Nostros divertisse Londini per aliquot dies, iam vero diversari nescio ubi.

Meminerint se sui iuris non esse.

2. — Memineritis, quaeso, vos tamen vestri iuris omnino non esse, memineritis vos religiosos Soc. Iesu, obedientiae voto obstrictos Deo et nobis, neque posse licite morari extra domos nostras in locis, ubi domicilium Societatis habetur, nisi forte Superior Londinensis Domus ita censuerit, id quod sane mirarer. Exspecto ergo *quamprimum* aliquid saltem litterarum, si forte non statim Romam cogitetis. Utinam vero etiam citius ego te, mi Pater, videam et amplectar, quam haec ad te epistola perveniat! ut iam haec mea sollicitudo evanescat (3).

SS. SS. me commendo.

Angl. I, p. 135 (4).

(1) De P. ROBERTO ST-LÉGER cf. *epist.* CCLXI.

(2) Redierat ex India cum fratre suo P. IOANNE ST-LÉGER: cf. *epist.* CCLXIII.

(3) Venerunt ambo Romam, ut ex sequenti epistola facile apparet. Hanc vero paternam et teneram dilectionem Patris Roothaan iure admirabitur qui perpenderit quantum ipse doloris et angoris ab iis, utique bona fide agentibus, passus fuerit ob eorum modum agendi Calcuttae: cf. epist. seq. et in vol. II huius collectionis ubi de Missionibus.

(4) Haec epistola transcripta quidem est in regestis Prov. Angliae, quia Londinum missa erat, sed inter epistolas huius Sectionis II « ad Patres Viceprovinciae Hiberniae » eam inserendam ducimus, cum agat de Patre huius Viceprovinciae, qui Londini obiter tantum degebat.

CCLXIX.

Ad R. P. Patricium Bracken (1), Praepositum Viceprovinciae.

Clongowes Wood.

1. *De Patribus St-Léger in Hiberniam revertentibus.* — 2. *Cur Calcuttam reliquerint.* — 3. *Aliae rationes secreto tegendae.* — 4. *Amantissime eos excepit.* — 5. *Quomodo tractandi in Hibernia.* — 6. *De re oeconomica.*

Roma, 29 Augusti 1839.

De Patribus St-Léger in Hiberniam revertentibus.

1. — Heri profecti sunt Roma PP. Robertus et Ioannes St-Léger (2), in istam Viceprovinciam reversuri, ubi, spero, *prima opera facient* (3), utiles futuri in tantis Viceprovinciae necessitatibus. Illos per aliquod tempus in Italia lubens retinuissem, destinassemque alterum Neapolim, Nicaeam (4) alterum; in his enim duabus civitatibus summopere desideratur aliquis Pater Anglus. Sed duo fratres ab invicem separari non posse dicuntur absque periculo ictus apoplectici (5), cui periculo profecto nolui ipsos et me ipsum exponere.

Cur Calcuttam reliquerint.

2. — Ratio cur Calcuttam reliquerint esse (6) quod, cum P. Robertus Vicarium Apostolicum debere esse Episcopum iteratis litteris ad Sacram Congregationem [de Propaganda Fide] datis exposuisset, ipseque professione sua prohiberetur ab hoc honore admittendo, revocandum ipsum Sacra Congregatio censuerit; quem item frater, me sic disponente, secutus est. — Haec ratio *vera* est, et *sola* dicenda aliis.

Aliae rationes secreto tegendae.

3. — Quaedam aliae rationes, *aliis non dicendae* (7), fuere, quae eamdem determinationem apud Sacram Congregationem urserunt, quas paucis Rae Vae *soli*, ut iam istorum Patrum Superiori, significandas existimo. 1° Quod P. Robertus, Vicarius Apostolicus, bona intentione utique, sed tamen vere male, comprobaverit et foverit una cum duobus sic dictis Ecclesiasticis Protestantibus, educationem et institutionem puerorum, etiam Catholicorum, in Collegio Protestantico, scripto approbans, una cum illis haereticis, lectiones cateche-

---

(1) De P. Patricio Bracken cf. *epist.* CCLXI not. 4.
(2) Cf. *epist.* praeced.
(3) Cf. *Apoc.* II, 5: « ...et prima opera fac ».
(4) *Nicaea ad Varum*, quae italice *Nizza*, gallice *Nice* dicitur.
(5) Cf. *epist.* CCLXIII, not. 2: tanta invicem dilectione vinciebantur!
(6) Ita in regesto: sed certe est error amanuensis; legi debet: « haec est ».
(7) Quae P. Roothaan ex caritate tunc silentio tegenda volebat, nunc iam ab historia narrari possunt, eoque magis quod, ut dicit P. Roothaan, « bona intentione » acta sunt. Cf. Josson, *La Mission du Bengale Occidental*, Bruges, 1921, vol. I, pp. 165-185.

ticas minime sanas. 2° Quod, exaltata phantasia, se vexatum existimaret a suo Praeposito Generali, cum hoc commercium litterarum abrupisset fere omnino, hunc variis modis veluti oppositum iussis Sacrae Congregationis et Summi Pontificis insimularet, se non posse *duobus Dominis* servire assereret, et alia huiusmodi etiam peiora. Nostros autem Calcuttenses sibi putaret infensissimos, quos tamen falso omnino suos calumniatores apud populum crederet et palam diceret, unde turbae et mala innumerabilia. — Hae fuere Sacrae Congregationi et Summo Pontifici causae, ut illum revocarent in Europam.

4. — Ego utrumque Patrem amantissime excepi. — Unum doleo, quod vix errasse se, vix *humani aliquid passum fuisse* P. Robertus agnoverit. Sed iam ista Deo commendanda. Ego certe meos dolores et angores, quos toto fere triennio passus sum eius causa, in Christi Iesu vulnera sacratissima conieci, et eius causa, non mea, dolui, et lubens phantasiae alteratae, quae verus est morbus, omnia tribuere conatus sum, minus bonae voluntati nihil. — Restat, ut iam uterque Pater, ut supra dicebam, *priora opera faciant*, seque tales in Hibernia praebeant, quales eos in Hiberniae ante hos quinque annos cognoveram (8).

Amantissime eos excepit.

5. — Rae Vae erit eos 1° tractare omni benignitate, quo levius ipsis fiat onus hoc quodcumque quod ipsis esse potest in isto reditu in Hiberniam; 2° curare ut nonnisi ea *ratio*, quam supra indicavi esse *solam* dicendam aliis, publicetur tum inter Nostros, tum inter externos; 3° cavere, ne quod habeant cum Calcutta commercium, nisi quod ad exstinguendum ibi discordiae ignem valeat; alioqui, utique melius, ut nullum omnino habeant. — Itaque, quod regulae praescribunt circa litterarum commercium (*Summar.* 39), [id] *stricte* observandum est in isto casu litterarum, quae vel ex Calcutta ad ipsos, vel ab ipsis Calcuttam scribantur. — Deberent certe ipsi ita scribere, ut quae mali semina ibi relicta sunt ab ipsis, destruerentur (et P. Ioannes aliquid iam fecit in hoc genere), sed saltem ne fovere illa mala pergant. Hoc avertat Deus!

Quomodo tractandi in Hibernia.

6. — In iter acceperunt 50 Libras sterlin. — Hos sumptus, et qui alii ipsorum occasione facti sunt, nos refundimus; neque enim istam Viceprovinciam his gravare, nec Missionem Calcuttensem possumus. — P. Robertus calicem sibi donatum in Hiberniam defert, non utique *suum;* id enim paupertati nostrae repugnat. Illum Ra Va applicet vel Dublinensi stationi, vel uni ex Collegiis.

De re oeconomica.

SS. SS. me valde commendo.

Hibern., p. 105.

(8) Uterque *priora opera* re vera fecerunt, et P. Roothaan eis plenam suam fiduciam restituit: P. ROBERTUS paulo post (cf. epist. seq.) iterum nominatus est Praepositus Viceprovinciae (1841-1850); P. IOANNES eius Socius fuit, ac dein Procurator Viceprovinciae etc.

CCLXX.

Ad R. P. Robertum St-Léger,
Praepositum Viceprovinciae (1).

Clongowes Wood.

Adhortatio ad paupertatem religiosam impensius fovendam et generosius amplectendam.

Roma, 25 Augusti 1841.

Adhortatio ad paupertatem religiosam impensius fovendam et generosius amplectendam.

Inter ea, quae sollicitudinem ingerunt de statu istius Viceprovinciae, non minimum illud est, quod omnia prorsus domicilia gravi aere alieno premantur, et ita premantur, ut nisi aliquod remedium efficax adhibeatur, ruina omnis rei imminere videatur. Equidem de Rae Vae sedulitate atque industria plurimum confido. Sed adhortandi nobis sunt Patres ac Fratres nostri, ut pro communis Matris salute, in qua cuiusque nostrum salus continetur, non modo labores non recusent, sed etiam inter labores necessariis contenti sint, nec graventur in tantis Viceprovinciae angustiis aliquos sanctae paupertatis effectus experiri, carendo libenter iis seu commodis seu lautitiis, quae si tolerari possunt etiam in religiosis, ubi rerum copia abundent, non tamen sunt ad valetudinem ac vires conservandas necessariae. Numquid vero cuiquam nimium videri debeat, aut paupertatis, quam profitemur, effectus intolerabilis, si in tanta necessitate superflua resecentur? Plane non dubito, quin profecto experientia discant, quod Patres nostri constanter fassi sunt, quod etiam nostris temporibus fatentur Missionarii nostri, quotquot in vera rerum paupertate versantur; scilicet, quantum de exterioribus solatiolis propter Dei amorem relinquitur, tantumdem crescere et superabundare internae suavitatis consolationem. *Gustate et videte* (2). Neque enim vinci se hominis liberalitate divina Bonitas patitur.

Hanc mentem meam Ra Va Patribus istis ac Fratribus fidenter aperiat, et manum oeconomiae procurandae efficaciter admoveat; ita tamen, ut necessaria et convenientia nemini deesse patiatur. Aderit Dominus servis suis, et *quaerentibus Regnum Dei et iustitiam eius, cetera omnia adiiciet* (3).

SS. SS. me enixe commendo.

Hibern., p. 125.

---

(1) Cf. epist. praeced., not. 8. — Viceprovinciam rursus regere coeperat die 28 Februarii 1841.

(2) *Ps.* XXXIII, 9.

(3) Cf. *Matth.*, VI, 33.

CCLXXI.

Ad R. P. Robertum Haly ([1]),
Rectorem Collegii.

Clongowes.

1. *Gratulatur de bono statu Collegii.* — 2. *Similia sperat de reliqua Viceprovincia.* — 3. *Paterna adhortatio ad meliora aemulanda.*

Roma, 13 Februarii 1843.

1. — Ultimae trimestrales ([2]) Rae Vae de statu Collegii Cluenensis, itemque PP. Consultorum litterae *refecerunt viscera mea* ([3]), cum ex iis intelligerem, quantum iam in melius conversa sit Collegii conditio sub omni respectu, ut dicere iuvet: *Haec est mutatio dexterae Excelsi* ([4]). Sit soli Deo honor et gloria! Non possum tamen, quin et Rae Vae et Sociis ex animo et gratuler et gratias agam, quod tam sincere tamque efficaciter, unitis viribus, ad omnia isthic restauranda incumbatis. Adsit porro Dominus pro bona voluntate! Gratulatur de bono statu Collegii.

2. — Utinam aliquando similia nuntientur, non solum de Tulliolana, sed et de Dublinensi domo! Neque enim dissimulare possum, quam graves, idque iam dudum, angustiae animum premant ob collapsas istius Viveprovinciae res. Quo magis nunc respiro, cognitis Cluenensis Collegii benedictionibus. Exemplum istud spero non sine fructu futurum. Similia sperat de reliqua Viceprovincia.

3. — Pergite modo, Patres mei carissimi, et Magistri et Fratres, pro gradu et officio quisque suo, commune bonum promovere *A. M. D. G. Quaerentibus Regnum Dei et iustitiam eius, adicientur cetera* ([5]), id quod etiam paucorum mensium experientia mire confirmavit. O quantum boni praestare poterit Viceprovincia, si carissimi PP. Hiberni, vocationis suae spiritu animentur! Equidem sic existimo, brevi istam quamdam sterilitatem, qua plures iam annos laborare visa est, in laetissimam fecunditatem mutatum iri, neque in Hibernia solum, sed ad exemplum tam multorum ex aliis coetibus religiosis et e Clero seculari, in longinquis etiam regionibus Hibernos Socios opus evangelicum promoturos, ubi fide ac zelo, Hibernis digno, veri Societatis filii esse adnitentur. Paterna adhortatio ad meliora aemulanda.

([1]) P. Robertus Haly, *Hiberniae* (1796-1814-1882), fuit Rector Collegii Cluenensis ab anno 1836 ad 1840 itemque ad 1842 al 1848; Socius et Consultor Provincialis plures annos; Rector Collegii Dublinensis (1851-1856); *Operarius* usque ad mortem. P. Roothaan magni eum faciebat, et anno 1836 in eo fuit ut eum nominaret Praepositum Viceprovinciae.

([2]) *Trimestrales litterae*, quas nempe singuli Rectores quater in anno i. e. singulis trimestribus ad Generalem scribere debebant.

([3]) Cf. Epist. S. Pauli ad Philem., v. 20: « ... refice viscera mea in Domino ».

([4]) Cf. *Ps.* LXXVI, 11.

([5]) Cf. *Luc.*, XII, 31.

Iterum iterumque Sociis plurimam a me salutem ab Ra Va dici cupio, omnes peramanter amplector in Domino meque Rae Vae et Sociorum SS. SS. et orationibus enixe commendo.

Hibern., p. 140.

CCLXXII.

Ad R. P. Robertum St-Léger, Praepositum Viceprovinciae.

Dublin.

1. *De quadam facultate obtinenda.* — 2. *Multum gaudet de renovatione spiritus in Viceprovincia, et hortatur ad constantiam.* — 3. *De Exercitiis Clero propositis vehementer gratulatur.*

Roma, 16 Novembris 1843.

De quadam facultate obtinenda.

1. — Ra Va litteris suis ultimis d. 26 Oct. a me petiit, ut Parocho Tulliolano obtinerem facultatem benedicendi numismata, coronas etc. Non erit difficultas; sed omnino necesse est nomen et cognomen illius benemeriti viri sciam. Quo a Ra Va accepto, sine mora illius facultatis renovationem procurabo.

Multum gaudet de renovatione spiritus in Viceprovincia, et hortatur ad constantiam.

2. — Scribit etiam Ra Va de *Ordinatione* nostra (1) iam nemine obloquente stabilita. Idem intellexi ex epistolis PP. Curtis (2) et Haly (3), nec possum dicere, quantum hi nuntii mihi gaudium attulerint. Fieri non potest, quin, illa *Ordinatione* hoc spiritu submissionis et abnegationis sui suscepta et, ut sperandum, constanter observata, mox mala evanescant, quae nos, Rev. Pater, tamdiu acerbo dolore afficiebant, necnon fructus quoque lectissimi, fructus dico vitae vere religiosae, vos omnes et me una vobiscum exhilarent in Domino. Certe Ra Va hos fructus iam videt; eia ergo, exsurgat cum suis omnibus in magnam fiduciam, opus inceptum dilatato corde usque prosequatur, neque ullo modo dubitet, quin auxilia divina in dies crescant potius quam minuantur. Obsecro Ram Vam, ut suos omnes, quam maxime potest, ad

---

(1) P. Roothaan, die 17 Februarii 1843, peculiarem *Ordinationem* « ad Praepositum Viceprovincialem, Rectores et Superiores Viceprovinciae Hiberniae » dederat (*Reg. Hibern.*, pp. 140 et seq.), qua quasdam consuetudines minus probandas aboleverat, aliaque disciplinae religiosae capita pressius statuerat et urserat. De illa *Ordinatione* sermo est etiam in epist. seq.

(2) De P. Ioanne Curtis, qui hoc tempore erat Rector Collegii S. Francisci Xaverii et Residentiae Dublinensis et Consultor Viceprovinciae, cf. *epist.* CCLX, not. 4.

(3) De P. Roberto Haly cf. epist. praeced.

generosum animum erigat, ut ex una quidem parte fixis oculis semper intueantur sublimem perfectionem, ad quam omnino nos conniti oportet; ex altera vero parte maiorem semper in se excitent fiduciam in Deum, cuius voluntas est sanctificatio nostra (4). *Qui vocavit, ipse et faciet, quia potens est, omnia superabundanter facere* (5). Haec scribo, quia intelligo, non parvas esse difficultates, quas optimi Socii Hiberniae superandas habent, ut in cursu incepto protinus pergant.

3. — P. Haly etiam de Exercitiis retulit clero numeroso cum optimo fructu datis. Gratulor ex animo et hoc nuntio denuo desiderium concepi, ut Socii hoc genus missionis valde excolant. Recordor, aliquando Rmum Episcopum Dublinensem (6) vehementer optasse, ut Nostri domum aliquam missionis erigerent vel missiones facerent. Annon fieri potest, ut Ra Va aliquos Patres ad hoc idoneos tali ministerio addicat? Eiusmodi labores apostolici, si prudenter suscipiuntur, non minus Nostros animare, quam aliis prodesse ad salutem solent, et multiplicare operarios, vocationes ad Societatem excitando.

De Exercitiis Clero propositis vehementer gratulatur.

Commendo me SS. SS.

Hibern., p. 150.

CCLXIII.

Ad R. P. Patricium Meagher (1),

Dublin.

1. *Cur data sit « Ordinatio ».* — 2. *Quanti ipse faciat Patres Hibernos.*

Roma, 30 Martii 1844.

Carissimas Rae Vae rite accepi, proque iis gratias ago, quas item agi meis verbis desidero ab Ra Va ceteris PP. Consultoribus. Tarde venerunt; quod Ra Va dicit: *ut mos est,* malim ego dicere: *ut fert abusus.*

(4) Cf. *I Thessal.*, IV, 3: « Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra ».

(5) Cf. *Ephes.*, III, 20: « Qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus ».

(6) Archiepiscopus Dublinensis ab anno 1832 ad 1852 erat Excell. DD. Daniel Murray (1768-1852): cf. *The Catholic Encyclopedia*, New-York, 1911, vol. X, p. 646.

(1) P. Patricius Meagher, *Hiberniae* (1799-1828-1855), erat tunc in Collegio-Residentia Dublinensi, docens in scholis et consultor etc. Fuit deinde ibidem Vicerector eiusdem Collegii inchoati S. Francisci Xaverii, a Residentia separati, a die 1 Ian. 1846 et Rector anno sequenti usque ad immaturam mortem (die 17 Aprilis 1855).

Cur data sit « Ordinatio ».

1. — Quod Ra Va de *Ordinatione* (2) etiam nunc gemens commemorat, sciat, velim, me ad illam devenisse non nisi post multam et longam deliberationem. Gemebamus a multis annis, non solum nos, sed cum pluribus optimis PP. Hibernis, qui tamen remedium semper differendum censebant, quod ipsis videretur nescio quomodo periculosum. — Tandem nobis aliter visum est; in Domino confisi, et in gratia vocationis, deque PP. Hibernorum solida virtute melius sentientes quam ipsi PP. Hiberni, *Ordinationem* dedimus, cuius facti multum abest ut nos poeniteat. Fructus eius certe non poenitendos exstitisse et porro exstare, etiam Ra Va non diffitetur. Ergo: *consolemur invicem in verbi istis* (3).

Quanti ipse faciat Patres Hibernos.

2. — Patres vero, Dublini, apud me in tam humili aestimatione inveniri (!) dolet Ra Va; ego vero doleo quod ita Rae Vae videatur. Ego vero illos magni facio, novi indefessos operarios pro divina gloria. Scio illos *portare pondus diei et aestus* (4). Quomodo possem illos parvi facere?! Non, mi Pater, non ita existimare debes, ut si quos defectus emendatos cupimus, ideo censendi simus minoris aestimare dilectissimos fratres nostros. Nonne imitandus nobis est in gubernatione Dominus et Dux noster, qui *quos amat, arguit?* (5).

Sed de his satis. — Ego multa bona spero de Nostris Hibernis: dolebam dudum Societatem in Hibernia, regione tam catholica et heroice catholica, languere; — mihique persuadebam, id quod etiam nunc sentio, si Nostri fuerint, quales eos S. P. Ignatius optat, fore ut Societas isthic omnino reflorescat, et fructus ferat uberrimos A. M. D. G. (6).

SS. SS. me impense commendo.

Hibern., p. 156.

---

(2) Cf. epist. praeced., not. 1. — *Ordinatio* illa, octo paragraphis distincta, quaedam pressius urgebat circa plenam bonorum renuntiationem non procrastinandam, circa usum pecuniae ad religiosae paupertatis spiritum fidelius aptandum, circa vitam communem aliaque huiusmodi disciplinae capita, quae « propter difficilia locorum temporumque adiuncta ab universali Societatis usu legibusque » in illa Viceprovincia paulatim aliquantum deflexerant.

(3) Cf. *I Thessal.*, IV, 17: « Itaque consolamini invicem in verbis istis ».

(4) Cf. *Matth.*, XX, 12: «... portavimus pondus diei et aestus ».

(5) Cf. *Apoc.*, III, 19: « Ego, quos amo, arguo et castigo ».

(6) Quod quidem deinceps feliciter evenit; nam optime floruit ista Provincia, sive in patria, sive in Australia, ubi novam Societatis Viceprovinciam paravit, sive nunc etiam in Sinis in Missione Hongkongensi.

CCLXXIV.

AD R. P. ROBERTUM ST-LÉGER,
Praepositum Viceprovinciae.

Dublin.

1. *Quantum cordi habeat incrementum Societatis in illis regionibus.* — 2. *Apta media proponit.*

Roma, 14 Decembris 1844.

1. — Cum saepe mecum angustias, in quibus carissimos Hiberniae Socios constitutos esse scio, considerarem, eo maiori animi dolore afficiebar, quod intelligerem, quantum Societas nunc maxime in istis Provinciis in auxilium animarum et divinum obsequium conferre posset, modo viribus crevisset. Nihil igitur magis optandum, quam ut plures ad nostrae vitae genus apti tirones suscipi et in litteris ac pietate rite institui [valeant], tum vero Sociis campus aperiri possit, in quo nostri Instituti proprii labores cum fructu exercere queant.

Quantum cordi habeat incrementum Societatis in illis regionibus.

2. — Quem in finem sequentia statui Rae Vae proponere:

1° Quia tantae sunt rei pecuniariae angustiae, effeci, ut in tirocinio Romano duo loci offerrentur Sociis Hibernis; commendavi idem caritatis officium Superioribus Provinciarum Parisiensis, Lugdunensis et Belgicae, nec ullus dubito, quin sine omni difficultate votis nostris satisfaciant. Itaque cum se offerant idonei adolescentes, Ra Va ad illos Provinciales cum omni fiducia scribat (1). Romam autem duos, quam primum voluerit, iam mittere poterit (2). Illud tantum curabit Ra Va, ut qui mittantur, spem bonam faciant fore, ut tum in noviciatu tum in scholasticatu proficiant; (nam beneficium illud etiam ad scholasticatum extendetur). Praeterea Hiberniae utique Provincia sumptus itinerum ferre et simul providere debebit, ut, si quando necesse est, cum viatico in patriam remitti possint.

Apta media proponit.

2° Quoniam pauci sunt in Collegio Tulliolano alumni, nonne convenire videtur ut ad tempus hoc Collegium in Residentiam mutaretur? (3) Alumni, qui sunt, in Collegium Cluenense mitti, Socii autem vel sacro ministerio vel studiis

(1) Et sane ex catalogis annorum sequentium facile conicitur hoc eximiae caritatis officium, a P. Roothaan tam paterne paratum, ab illis Provincialibus liberaliter per aliquot annos praestitum fuisse.

(2) Romam iam inde ab anno 1845 missi sunt.

(3) Non videtur hoc consilium perfici potuisse; nam in catalogis annuis, v. gr. anni 1847, Collegium Tulliolanum apparet in suo statu; ab anno 1848 omittitur Convictus et deinceps vocatur Collegium *inchoatum* (quamquam a multo iam tempore exsistens). Post triginta circiter annos, alumni missi sunt in Collegium Cluenense, et Tulliolanum factum est Domus probationis seu Noviciatus primum, dein Domus tertiae probationis, demum Collegium Nostrorum auditorum philosophiae, ut etiam nunc est. Cf. supra, *epist.* CCLXI, n. 2.

applicari possent, et hoc posterius commodum illud est, quod hac propositione quaeritur. Referat Ra Va suam et Consultorum sententiam hac super re.

(Sequuntur deinde alia puncta de negotiis peculiaribus minoris momenti, quae hic exscribere supervacaneum duximus).

Hibern., p. 162.

CCLXXV.

Ad R. P. Robertum St-Léger, Praepositum Viceprovinciae.

Dublin.

Paternas salutationes mittit et Hibernos Socios solatur.

Roma, 28 Novembris 1847.

Paternas salutationes mittit et Hibernos Socios solatur.

Etsi de negotiis praeter ea, quae P. Procurator referet (1), scribendum in praesenti nihil haberem, nolui tamen opportunam occasionem praetermittere, quin paucis saltem Rae Vae et pro ultimis suis carissimis, exeunte Octobri datis, gratias agerem, et ipse declararem animi mei sensum, dolorem quidem non mediocrem de tantis malis, quibus Hiberniae populus et vos cum ipso vexari non desinitis (2). Dabit tamen Deus cum tentatione proventum (3), et consolabitur vos, Pater misericordiarum, in omni tribulatione (4). Interea et nos pergemus cogitare, quomodo saltem operarios auxiliares submittendo onere vos aliquantum levare possimus. Voluntas certe non deest: sed undique in messem vocantur operarii, et ipsi tamen pauci sunt numero (5).

Confirmet ergo vos omnes Deus verbo gratiae suae, cui vos commendo. Mei quoque rogo, ut memor sit in SS. SS.

Hibern., p. 180.

(1) Habita nuper erat triennalis Procuratorum Congregatio, ad quam ex Hibernia electus fuerat et Romam venerat P. Ioannes Curtis, Superior Residentiae Dublinensis, qui nunc in Hiberniam redibat, et die 19 Martii 1850 renuntiandus erat Praepositus Viceprovinciae. De eo cf. *epist.* CCLX not. 4; itemque vide epistolas mox sequentes.

(2) Notum est quanta per id tempus Hibernia pateretur, dum libertatem plene et vere recuperare nitebatur, duce clarissimo Daniele O' Connell. Ingens praeterea fames per illos annos Hiberniam vastavit, magna cum pauperum clade.

(3) Cf. *I Cor.*, X, 13: « Faciet [Deus] etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere ».

(4) Cf. *II Cor.*, I, 3, 4: « Benedictus Deus... Pater misericordiarum. .... qui consolatur nos in omni tribulatione nostra ».

(5) Cf. *Matth.*, IX, 37: « Messis quidem multa, operarii autem pauci ».

CCLXXVI.

AD R. P. IOANNEM CURTIS [1],
Praepositum Viceprovinciae.

Dublin.

1. *Commendat ut Nostri a negotiis politicis prorsus abstineant.* — 2. *De quadam Congregatione mulierum.* — 3. *Consultores audiendi: « Vae soli! ».*

Roma, 30 Septembris 1851.

Licet adhuc diebus 20 et 24 h. m. ad Ram Vam litteras dederim, non possum tamen, quin nonnulla, quae nuperrime ad me perlata sunt meque nonnihil sollicitum tenent, iam nunc cum Ra Va communicem.

Commendat ut Nostri a negotiis politicis prorsus abstineant.

1. — Hucusque Nostri, sive qui in Hibernia sive qui in Anglia sunt, et quietem et libertatem operandi pro gloria Dei, magnam partem eo conservarunt, quod negotiis publicis, quae populi agitant, nullo modo se ingerebant, neque ullum partium studium prae se ferebant. Iam refertur ad me, in ephemeridibus hibernis nonnulla typis mandata, quae eiusmodi negotia respiciant, et *nomina* quidem tum Rae Vae tum aliorum Patrum apposita fuisse. Scio equidem res, quae agantur, non esse mere politicas, sed ex parte saltem religiosas [2]; at vero neutiquam probare ideo possum, Nostros ab illa prudentia, qua hactenus tacuerunt, iam recedere. Quod nos religiosi, et religiosi quidem Societatis Iesu, in Ecclesiae utilitatem praestare possumus et debemus, non est quaerendum in illa publica disceptatione, quae a civili et politica commotione seiungi non potest, et in qua ipsi Episcopi inter se non consentiunt. Quamvis ignorem, an de his *controversiis* actum sit a vobis.

De quadam Congregatione mulierum.

2. — Dicitur etiam nescio quae Congregatio numerosissima mulierum erecta, *quae in domo nostra conventus suos celebret!* Laudo zelum, sed non laudo hanc prudentiam. — RR. Archiepiscopus [3], cum facultatem faceret, credidisse fertur, eam peti pro alia civitate, non pro Dublinensi, ubi necessitati, ad quam levandam Congregatio instituta sit, ipso auctore, per religiosas feminas occurratur.

Consultores audiendi: « Vae soli! ».

3. — Numquid Ra Va de his et similibus, antequam ea aggrederetur, Consultores suos audivit? Equidem dubito; at

---

(1) De P. IOANNE CURTIS, cf. epist. CCLX not. 4, et CCLXXV. — Munus Praepositi susceperat inde a die 19 Martii 1850.

(2) Agebatur eo tempore in Hibernia libertas et aequalitas socialis et politica civium, quam ad annum 1847 defenderat Daniel O' Connell, postea novi duces propugnabant.

(3) Erat tunc Exc. DD. Daniel Murray: cf. *epist.* CCLXXII. not. 6.

vehementer cupio, ut Ra Va in posterum non acta tantum, sed agenda etiam cum iis communicet. *Vae soli!* Iterum dico (4).

Nonne videretur Rae Vae P. Ioannes St-Léger (5) in primis aptus, qui inter Consultores Viceprovinciae adnumeraretur? De hoc et futuro Superiore Residentiae (6), eius responsum exspecto.

Commendo me in SS. SS.

Hibern., p. 192.

CCLXXVII.

Ad R. P. Ioannem Curtis, Praepositum Viceprovinciae.

Dublin.

Non est cur commoveantur in Hibernia de ephemeride « Civiltà Cattolica ».

Roma, 8 Februarii 1853 (1).

Non est cur commoveantur in Hibernia de ephemeride « Civiltà Cattolica ».

Respondeo ad carissimas Rae Vae litteras d. 27 Dec. et 10 Ian. datas. Non erat, quod Ra Va et alii Patres, qui isthic sunt, de programmate quod de « *Civiltà Cattolica* » editum est, usque adeo commoverentur, cum multi Angli, qui hic commorantur, ephemerides illas lectitent, nec tamen ulla huius generis querela audita sit. Neque enim in iis contra formam regiminis, quam constitutionalem seu systema repraesentativum vocant, in universum disputatur, sed contra id genus huius formae, quod seditiosi homines *hocce tempore* omnibus populis per fas et nefas obtrudere adlaborant (2). Hoc etiam ipsis verbis « Les systèmes *modernes* du gouvernement repré-

---

(4) Saepius P. Roothaan hoc idem inculcavit sive Provincialibus sive aliis Superioribus, ut Consultores suos libenter et frequenter audirent: cf., v. gr., *epist.* CCXXXIX, not. 12.

(5) Iam hunc Patrem novimus: cf. *epist.* CCLXIII, CCLXVIII, CCLXIX. - Ex catalogis non apparet eum nominatum fuisse Consultorem Provinciae.

(6) Superiorem Residentiae Dublinensis adhuc agebat ipse P. Viceprovincialis; sed a die 13 Dec. 1851 nominatus est Superior P. Robertus Haly, qui erat et mansit Socius Praepositi Viceprovinciae: cf. *epist.* CCLXXI.

(1) Haec est sane una ex postremis epistolis a P. Roothaan datis, et certe parata erat pridie; nam nocte inter 7 et 8 Februarii 1853 gravissimo morbo correptus est, quo post tres menses ad mortem est deductus. Cf. Pirri, pp. 527 et seq.

(2) Ephemerides « Civiltà Cattolica » ediderunt annis 1851 et 1852 longam commentariorum seriem a P. Aloisio Taparelli d'Azeglio compositam sub titulo communi « Gli Ordini rappresentativi ». In his agebatur de subiecto huius Ordinis, seu « De Natione »; « De Potestate Legifera »; « De Potestate *Responsabili* »; « De Potestate Iudiciali », etc. In fine, cum saepe debuisset auctor adversariis respondere, addidit longum Epilogum, quo totam tractationem clausit. Cf. Pirri, *Carteggi del P. L. Taparelli d'Azeglio*, Torino, 1932, pp. 364-372.

sentatif », quae Ra Va ex programmate attulit, significatur; sed haec iis, qui ipsas ephemerides non legerunt, fortasse non satis sunt perspicua. Tantum abest, ut in Angliam quidquam hostiliter tentatum sit, ut potius huius regni forma tamquam ex melioribus antiquis laudetur..

Haec, spero, sufficiant ad Ram Vam timore illo, et falso et nimio, liberandam.

SS. SS. me commendo.

Hibern., p. 202.

APPENDIX

Nota. — Binae hae litterae, alterae ad Patres ac Fratres Provinciae Galicianae, ad Patres ac Fratres Provinciae Angliae alterae, cum in alio peculiari regesto apographo, cui titulus « *A. R. P. N. Ioannis Roothaan Ordinationes, Instructiones et Epistolae* », transcriptae invenirentur, sepositae primum fuerant, ut inter « Ordinationes et Instructiones » (in volumine II huius collectionis) ederentur: at dein, attenta earum destinatione ad unam Provinciam, visum est eas non esse seiungendas a litteris ad Patres eiusdem Provinciae datas, quae in hoc volumine continentur. Ne tamen litterarum series huius voluminis iam parati et fere iam typis excusi perturbaretur, eas in Appendicem reiciendas duximus.

CCLXXVIII.

Ad Patres et Fratres Provinciae Galicianae (1).

1. *P. Roothaan eos paterne solatur in iis, quos ex Dei voluntate sustinent, laboribus.* — 2. *De modo se gerendi in illis adiunctis.* — 3. *Meminerint in beneficium excipiendas esse tribulationes pro Christo.*

Roma, 3 Octobris 1829.

P. Roothaan eos paterne solatur in iis quos ex Dei voluntate sustinent, laboribus.

1. — Redeunte ad vos Rev. Patre Praeposito Provinciali cum sociis suis (2), non possum quin, paucis licet verbis, at multo affectu, vos alloquar, Patres Reverendi ac Fratres in Christo carissimi. Praeter enim commune vinculum, quo universae Societati nunc magis etiam quam antea adstrictus sum, peculiari quodam nexu vobis in Christo Iesu me devinctum lubens profiteor vestraeque Provinciae, quae mihi quondam in

(1) V. supra, pag. 218 not. 2. - Huic ad totam Provinciam communi epistolae locus tribuendus fuisset pag. 219, ante epist. CXXVI.

(2) Praepositus Prov. *Galicianae* erat P. Aloisius Loeffler (1769-1788-1842); eius autem socii, qui nempe e Prov. *Galiciana* ad Congregationem Generalem missi fuerant, erant P. Antonius Korsak (1764-1781-1831) ex P. Aloisius Landes (1767-1787-1844). Hic postremus ab ipsa Congregatione electus erat Assistens Germaniae (cf. *Instit. S. I.*, vol. II, pag. 477, decr. 6); sed forte in Galiciam redibat ad quaedam negotia componenda. Romam reversus, munere Assistentis egregie functus est ad mortem usque (25 Ian. 1844). - Congregatio illa Generalis XXI, a qua P. Roothaan electus est Generalis Praepositus, finem habuerat die 17 Augusti 1829; sed multi Praepositi Provinciales et Electores Romae manserant, ut cum novo Generali de rebus suae quisque Provinciae agerent.

Alba Russia mater exstitit carissima (3), et altrix et educatrix, et in qua tot [vivunt] mihi dilectissimi Patres, tot religiosae institutionis Socii et in vitae huius nostrae laboribus comites ac sodales, qui verbo et opera plurimum mihi in Domino profuerunt; id quod grato semper animo frequenter recolere consuevi. Itaque in primis omnes vos, Patres ac Fratres carissimi, arctissime amplector in Domino, plurimamque salutem singulis impertiri maximopere gestio, tum si quid possum solatii vobis adferre in iis, quos ex Dei voluntate sustinetis laboribus, vehementer cupio. Etenim variae quorundam Vestrum querelae ad me pervenerunt de molestiis atque impedimentis, quae non pauca sane nec levia in istis partibus sese vobis obiiciunt, ut non potuerim vestra afflictione non ipse affligi ac doloribus vestris non vehementer commoveri. Certe quidem tantam rerum morumque mutationem, quam ab annis aliquot subiistis, gravem vobis accidere, minime equidem miror, praesertim cum inter haec ipsa quae vobis molestiam faciunt, quaedam sint, quae a Nostris usibus haud parum recedere videantur; in quibus tamen, nisi tempori cedamus et quantumvis ingrata generoso animo superanda nobis constituamus, [pacem habere non possumus] (4); nec ego vereor, ne non in Galicia magis quam in omnibus fere orbis partibus male nobis sit; ac de mundo paene exire necesse sit, si locum velimus, ubi ea libertate institutis nostris et consuetudinibus vivere liceat, ut quondam in Alba Russia licuerit.

De modo se gerendi in illis adiunctis.

2. — Itaque dum salva nobis sint ea, quae Instituti nostri ratio a nobis inviolabiliter exigit, suaque sibi constet doctrinae sanitas et vitae religiosae sanctitas, non iniquo animo feramus necesse est quidquid nobis in quacumque orbis parte de libertate decedit, dum id in patientiae et humilitatis lucra convertatur. Neque enim aut contra aut praeter Institutum nostrum est, variis cum molestiis conflictari iugoque etiam fortasse indebito subiici, illudque pro Dei amore ac proximi salute aequo animo tolerare. Cogitate, quaeso, Patres Reverendi ac Fratres carissimi in Christo, quot et quanta Patrum nostrorum plurimi, quorum laus est in nostris Annalibus amplissima et quos beatos praedicamus, in longinquis ac barbaris regionibus praeter omnem morem ac modum Europaeum pertulerint ac laeti etiam in Domino superaverint; quot et quantis sese lubentes subiecerint ipsius servitutis iniuriis, quin tamen ideo illi quidque de filiorum Dei libertate deperderent, imo vero eo liberiores animo, quo generosius sibi ipsi

(3) Provincia *Galiciae* seu *Galiciana* exorta erat e Provincia *Albae Russiae*, quae iuvenem Ioannem Roothaan anno 1804 exceperat. Cf. supra, pag. 218, not. 2.

(4) In regesto quaedam verba ab amanuensi certe omissa sunt, quae ex probabili coniectura ita supplere conamur.

pro Dei obsequio imperarent. His itaque, quae Patres nostri subiere graviora, nos leviora nostra consolemur, et si quando insolitae alicuius molestiae vel subiectionis incommodis animum nostrum pertentari senserimus, pacem conservare, et in virtutis ac perfectionis exercitium ea ipsa quae patimur convertere studeamus; serpentis prudentiam imitantes, qui, dum caput salvum et incolume conservet, ceteram corporis partem, ut S. Ioannes Chrysostomus adnotat (5), quibusvis ictibus haud gravate exponit. Vos quidem certe, Patres Reverendi ac Fratres in Christo carissimi, si quando seminastis in lacrymis, multos tamen eosque copiosos animarum manipulos colligitis (6); Deoque Optimo Maximo, qui est merces nostra magna nimis (7) obsequium insigne praestatis, dum errores non tam serpentes, quam iam celebratos passim his infelicissimis temporibus, vestris studiis convellere, dum pietatem teneris iuvenum mentibus instillare, dum divini verbi pabulo sanctisque Sacramentis familias, gentes reficere non cessatis; quod si, ut ista vobis praestare liceat, vel molesta subire coram externis tentamina necesse sit, vel interdum in vestrorum munerum exercitio ab aliis etiam quam a Superioribus vestris religiosis quaedam iussa excipere coacti essetis, haec patienter et humiliter ferendo, illa strenue exercendo, gloriam sane vobis apud Deum et homines haud exiguam comparatis.

Meminerint pro beneficio excipiendas esse tribulationes pro Christo.

3. — Memineritis, quaeso, quidquid nobis adversi, quidquid humiliationis contingat, in nostra quidem vocatione gratiae ac liberalitatis divinae loco esse, quibus aliquando illam beatissimam audire ex ore Christi dabitur: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis* (8). Quidni, Patres Reverendi ac Fratres in Christo carissimi, quae iam Dei beneficio obtinuistis, grato animo ac laeto commemoratis, eaque tanquam carissima pignora benignitatis in vos Dei, novarumque gratiarum veluti pollicitationes accipitis? Parumne vobis videtur id quod iam istic praeter omnium spem aut exspectationem consecuti estis? Augustissimi in vos Caesaris favor, os liberum in vindicanda ab erroribus fide, pessimorum librorum eliminatio exigua vobis videntur bona, vel pro iis obtinendis non optime impensas curas ac labores, non ampla mercede toleratas etiam cuiusvis generis molestias existimetis? Itaque, Patres optimi, beneficiorum divinorum nolite oblivisci, et quae nunc adhuc identidem animos vestros angunt et cruciant, etiam haec aliquando in meliora conversum iri ne diffidite. Expectat Dominus ut misereatur vestri. Nemo,

(5) Homil. XXXIV in Matth. (c. X, v. 16): cf. in *Breviar. Rom.*, die 30 Iunii, lect. VII.
(6) Cf. *Ps.* CXXV, 5, 6.
(7) Cf. *Gen.*, XV. 1.
(8) Cf. *Luc.*, XX, 28.

quaeso vos, angusto sit animo, nemo vinci se laboribus sinat, aut ad impedimenta quae rursum inceptum retardare tentant, gradum sistat, sed inter adversa ipsa ardorem operandi, orandique fervorem adaugere unice conetur Deo confisus et Superiorum providentiae, qui profecto quidquid ad vos sublevandos fieri poterit, lubentes ultra praestabunt; quod quidem ego de me ita vero polliceor, ut mei muneris id esse intima conscientia sentiam. Sed illud vos rogo, ut si quid minus cito fiat, quam quidam vestrum optarent, id ne exiguae voluntati nostrae tribuatis, cum incredibile dictu sit, quantas ubique difficultates offendat quidquid est e re Christiana, nec mirum sit Superiores cuiusvis religiosi Ordinis non posse illud efficere, quod nec principes ipsi optime animati in suis ditionibus, nec vel ipse Summus Ecclesiae Pastor ac Iesu Christi in terris Vicarius in Dei Ecclesia gubernanda potest. Huius causam cum nostrae Societatis causa coniunctam esse merito nobis gratulandum esse existimo, tantumque abest ut dolere nos nimium de nostris molestiis deceat, ut ne optandum quidem sit, cum Dei Ecclesiam eiusque supremum Caput ubique gravissima pati ac veluti vinculis impediri cernamus, ut nobis diversa uti sorte contingat. Ceterum quod maxime vobis praesidio erit ac levamini (inter omnia quae undecumque adversa vobis accidunt), pacem inter vos et concordiam benevolentiamque mutuam, pretiosissimam, inquam, caritatem fraternam conservate ac fovete, quae sola potest omnem amaritudinem depellere, animi deiectionem erigere, atque in ipso huius vitae exilio beatae patriae dulcedinem delibandam praebere.

Valete, meque in vestris sanctis Sacrificiis et precibus Deo, Virginique Matri commendate.

Ordin., pp. 106-108

CCLXXIX.

Ad Patres et Fratres Provinciae Angliae (1).

1. *Paternam sollicitudinem ostendit.* — 2. *Spiritum vocationis a quavis mundanitate alienum magis magisque fovendum commendat.* — 3. *Intima cum Deo coniunctio studiose custodienda.* — 4. *Sacra ministeria quomodo exercenda.*

Roma, 26 Novembris 1829.

Paternam sollicitudinem ostendit.

1. — Nihil mihi iucundius foret, Patres Reverendi ac Fratres in Christo carissimi, quam si unumquemque vestrum coram

---

(1) Huic ad totam Provincia Angliae communi epistolae locus tribuendus fuisset pag. 413, ante epist. CCXXXIX.

videre et alloqui concederetur [2]; cum autem fieri id nequeat, litteris saltem vos convenire iam pridem statueram, nec distulissem tamdiu, nisi plura ac gravia negotia prohibuissent hucusque. Quid autem causae sit, cur me adeo urgeri sentiam, ut vos Anglicanae Provinciae Socii dilectissimi, hisce litteris conveniam, paucis habetote. Perpendens mecum praeclara, quae istic a Societatis nostrae hominibus ad Catholicae Ecclesiae exiguas reliquias conservandas gesta olim ac tolerata fuerunt; ad haec reputans quam profuse nostris etiam temporibus dignetur Divina Bonitas vestris conatibus aspirare, ut in summa licet operariorum penuria, totque undique aliis ex aliis sese obicentibus difficultatibus, tantum nihilominus incrementum in dies caperet sanctissima nostra Religio; cohibere me non valeo, quominus vos moneam, Patres Fratresque carissimi, ut in grati animi significationem dignos vos ipsos efficere studeatis, quos pergat Divina Clementia ad Suam promovendam gloriam adhibere.

Spiritum vocationis a quavis munditate alienum magis magisque fovendum commendat.

2. — Qua in re ut et ego pro iniuncto mihi officio aliquid conferam, tria vobis commendare maxime necessarium duxi. Primum est, ut ille amor quo sanctam vocationem vestram prosequimini, ex rerum omnium terrenarum contemptu magis eluceat; cum enim mundo, atque iis omnibus quae mundi sunt renuntiaveritis, vos ipsi iudicate, Patres Reverendi, quam alienum foret a vero Iesu Socio si in omni vestro habitu atque agendi ratione quidquam appareret mundano adhuc pulvere inquinatum, aut saecularem affectum redolens. Sit sane in vestris domiciliis, ceterisque rebus prima munditiae cura, sit decens, ut Sacerdotibus convenit, rerum omnium apparatus, utique non repugno, quinimmo commendo; nam et S. P. Ignatius voluit ut Nostri in exteriori habitu decentem ac honestum piorum Sacerdotum morem sequerentur. At vero quis non videt, quam sedulo cavendum sit ne, obtutu nescio cuius decoris, religiosa simplicitas patiatur, ipsaque paupertas nostra, quae quod ipsi non ignoratis, in eo consistit, ut non solum nemo rebus utatur tamquam propriis, sed etiam ne pretiosa aut superflua quis retineat. Neque refert quod plurima inani ac specioso honestatis nomine excusari, tegique soleant, si cor nostrum divisum cum Christo habemus, quod tamen Ipsi soli cum omnibus suis affectibus devovere voluimus atque reipsa devovimus. A vobis itaque et a domiciliis vestris, Patres Reverendi, removete penitusque ex animo abicite quidquid cum modestia ac religiosa paupertate minus congruit; vehementer enim desidero ut domicilia vestra simplicitatem omnino religiosam respirent, et ad luxum aut

---

(2) Sin minus unumquemque, at saltem multos vidit et allocutus est viginti post annos nempe 1849, cum Angliam invisit: cf. Pirri, pp. 447-450.

sensualitatem fovendam ne expendantur quae pauperum patrimonia esse debent. Cogitate semperque ante oculos vobis proponite eorum *multitudinem*, qui in eadem vocatione nostra optimis exemplis praecesserunt. Paucis contenti, maxima pace fruebantur, cum non alias divitias quam paupertatem Iesu, non aliam gloriam quam Salvatoris ignominiam, solam Christi Crucem delicias suas aestimarent. Absit autem ut timeatis ne minoris vos faciant homines cum minus vos ipsis conformatis; eo enim magis atque constantius apud omnes in honore sunt ac veneratione maioremque fiduciam sibi conciliant Sacerdotes ac Religiosi, quo vitam omnem severe ad vocationis suae sanctitatem exigant, atque a mundi vanitatibus se praebeant alieniores. Sed demus etiam reperiri, quibus hic mundi despectus displiceat; numquid huiuscemodi vanitatum mancipiis cedendum foret, et non potius audiendi quorum una cum Apostolo erat sententia: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem?* (3) Praeterea videte, num ab ipsis mundi amatoribus requiri soleant mundanorum Sacerdotum spiritualia ministeria, etsi eorum conversatione et commercio plurimum delectentur; sane experientia docet contrarium.

Intima cum Deo coniunctio studiose custodienda.

3. — Alterum quod vobis commendo, Reverendi Patres, est intima cum Deo per orationem coniunctio. Quae quam sit ad vestram conservationem et ad fructuose operandum in vinea Domini necessaria, latere vos non potest; vos maxime, Patres, qui varias per stationes dispersi, non modo pluribus illis adminiculis caretis, quae exacta Collegii disciplina, Superiorumque subministrat vigilantia, sed maioribus praeterea periculis expositi, vobis quodammodo relicti vivitis. Quare per Iesum Christum vos rogo atque obtestor, ut et in hac parte diligentes vos exhibeatis. Mementote quod vobis peculiari modo proposita ac praescripta sint quaecumque de oratione ceterisque spiritus exercitiis in Constitutionibus ac Regulis leguntur. Ne patiamini, Patres Reverendi, ut dies unquam elabatur, quin destinatum meditationi atque examini tempus quantum fieri potest accuratissime tribueritis. Sit dein etiam cura ut digne ac devote *Officium* exsequamini, quod per excellentiam vocatur *Divinum*. Sane cum his pro dignitate perfungi soliti fueritis, hoc ipso facillimum vobis erit in habituali cum Deo unione perseverare; fierique non poterit, ut non summo cum fructu tum pro vobismetipsis, tum pro commissis curae vestrae animabus tremendum Missae Sacrificium quotidie offeratis; cuius dispositionis et haec erit utilitas ut cetera quoque Sacramenta tanto cum pietatis affectu, tam viva fide sitis tractaturi, ut circumstantium quoque pectora amoris igne accendantur. Unum autem inter tot sanctitatis subsidia, ut efficacissimum, ita praecipue vobis commendan-

(3) *Galat.*, I, 10.

dum, Spiritualia S. P. Ignatii Exercitia. Scitis, Reverendi Patres, quanto studio his usi fuerint, quantum inde profecerint sanctissimi quique viri Societatis; quam multos omnis conditionis homines istorum Exercitiorum ope ad salutem suam in tuto collocandam et ad perfectionem consequendam perduxerint. Scitis quam stricte praescriptum sit, ut singulis annis Nostri omnes, a ceteris quibusvis occupationibus liberi, octo minimum dies in his versentur. Ad vos quod spectat, mihi quidem placeret, ut ad ea tranquille peragenda omnes qui in missionibus versantur, quotannis in Collegium sese reciperent, ubi tum regularis disciplinae, tum Superiorum auxilium non posset non plurimum conducere ad spiritus renovationem. Quod si locorum distantia aliisve rationibus aliqui ne ad Collegium se recipiant prohibeantur, illos in Domino exhortor ut saltem domi suae aut melius in viciniore Societatis Missione aliqua per integrum octiduum a consuetis ministeriis prorsus abstineant, atque totos sese recognoscendo animae suae statui in silentio ac solitudine applicent.

Sacra ministeria quomodo exercenda.

4. — Tertium denique, de quo vobis scribere statueram, est ipsum animarum ministerium, in quo sequentia mihi videntur servanda, ut cum omnium satisfactione et fructu procedere valeatis. In primis, Reverendi Patres, oportet ut nunquam sacrarum disciplinarum studium deponatis, quantumvis iam in animarum regimine exercitati videamini. Sint deliciae vestrae studiis istis tempus, quod a ministeriis vacat, consecrare. Omnino autem abstinendum ab inutilibus et frivolis lectionibus, cuiusmodi libri ne in domibus quidem nostris reperiri debent. Quod si feceritis, facile vobis erit ut nunquam nisi diligenter praeparati pro concione dicatis; tum verbo Dei, tum etiam populo christiano haec reverentia debetur, dum tamen non potior cura habeatur ornatae quam solidae instuructionis. Maxime dein cordi vobis sit, Patres Reverendi, ut non solum praesto sitis quoties ad Confessiones excipiendas vocamini, verum etiam, ut Regula Sacerdotum 8a dicitur [4], multum ad sanctum istud munus affici studeatis; nam persuasum vobis sit nusquam maiori cum fructu tempus impendi; modo mansuetudine et patientia Christi sitis armati, omnique prudentia atque circumspectione utamini, quae ut ipsis ministris periculo ne sit sanctissima haec functio, tot in locis nostrarum Constitutionum praescriptae fuerunt. Summa denique cura vobis esse debet infirmorum atque morientium, atque tunc demonstrare debetis veros vos animarum

---

Ordinat., pp. 108-111.

---

(4) Cum in recenti Instituti recognitione a communibus Regulis Sacerdotum seiunctae sint peculiares *Regulae Confessariorum*, sub eorum regula 1a nunc legitur id quod olim habebatur in regula 8a Sacerdotum: « Confessarii sanctum munus suum tamquam Instituti nostri valde proprium magnifaciat, multumque ad id affici studeant... » *(Regulae S. I.*, editio nova recognita, Romae, 1935, pag. 46).

pastores, qui non modo commoda sua et quietem, sed et vitam pro ovibus suis sacrificare non timent.

Haec sunt, Reverendi Patres, quae vobis in praesentiarum commendanda in Domino iudicavi.

Spero, imo confisus Ipsius infinita Bonitate non dubito, fore ut eadem quin et maiori quam antea liberalitate vestris laboribus benedicat Deus Optimus, cui et vos ipsos in dies generosiores vos exhibere proponetis. Mihi autem aliud nunc non restat, quam ut vobis manifestem mihi rem longe gratissimam facturos, qui ex singulis missionibus de rebus suis enucleatius ad me identidem scribere non omittent.

Me denique commendo SS. SS. et OO. VV., Reverendi Patres.....

INDEX CHRONOLOGICUS

EPISTOLARUM HUIUS VOLUMINIS

INDEX NOMINUM

NB. — Recensentur hic tantum nomina eorum, ad quos epistolae a Patre Roothaan missae sunt; numeri autem romani indicant epistolas ad ipsos datas.

Finito di stampare il giorno 30 aprile 1940-XVIII con i tipi della
Società Tipografica A. Macioce & Pisani — Isola del Liri